ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

Βιβλία, Δέκα.

ARISTOTELIS

ETHICORVM AD NICOMACHVM

Libri Decem.

Cum Dionysii Lambini Versione Latina,
à Matthia Bergio interpolata.

Acceſſerunt huic Editioni Loca Parallela, ex Magnis Moralibus, Eudemiis, Politicis, Rhetoricisq; libris: Singulorum capitum Summaria, & in Paragraphos ſectio.

CURA

SAMUELIS RACHELII

Phil. Moral. in Acad. Julia Prof. P.

Cujus etiam

Præmiſſa eſt in Vniverſam Ariſtotelis Philoſophiam Moralem
INTRODVCTIO.

HELMAESTADII,
Typis & ſumptibus HENNINGI MVLLERI,
Typographi Academici.

CIↃ IↃ C LX.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

SERENISSIMIS
PRINCIPIBVS AC DOMINIS,

DOMINO AVGVSTO,
DOMINO CHRISTIANO LVDOVICO,
DOMINO GEORGIO WILHELMO,
DVCIBVS BRVNSVICENSIVM
ET LVNÆBVRGENSIVM,
DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS,

Perfectæ Felicitatis
in
Vita Perfecta
Acroamaticum Opus
Philosophorum Principis,
Devotissimi animi tesseram,
Academicæ industriæ primitias,
Demandatæ Provinciæ levidense specimen,
Cum melius non suppeteret,
L. M.
Offert, Dicat, Consecrat,
Humillimus Subjectissimusque
Subditus ac Cliens
SAMUEL RACHELIUS.

Digitized by Google

SERENISSIMI PRINCIPES,
DOMINI CLEMENTISSIMI.

EX quo Vestris auspiciis exci-
tus docendi provinciam in Illustri Ve-
stra Academia Julia capessivi, id mihi in-
primis negotii dari credidi, ut cum aliis
meus labor probaretur, tum inprimis Summis no-
stri Julei Patronis: tantoque magis Spartæ ornan-
dæ incubui, quantò ejus dignitas aliis est splendi-
dior atque fructuosior. Illa enim jura exponere,
illa docere Officia, ad quæ universum mortalium
genus Natura obligavit, præclara non minùs quàm
utilis res est. Quod si quis eadem ex veris princi-
piis eruta accurata methodo tradat, & ad Scientiæ
amussim demonstrationumque soliditatem exami-
nata perficiat, opus omni laude majus exsequitur.
Felicissimè illud in hac etiam materia præstitit ad
miraculum omnium natus Aristoteles, palmam-
que omnibus aliis præripuit. Si enim veloci men-
tis agitatione Philosophorum sectas, quæ vel ante

vel

vel post eum floruerunt, percurramus; alios inconstanter ac dubiè, alios improbè impieque de Iusto & Honesto sensisse publiceque docuisse deprehendimus. At Stagirita Noster & verum Finem Hominis pervidit, & debita media istuc perveniendi præscripsit: quamvis (ut ipsius simili utar) in nonnullis dogmatibus etiam ejus Intellectus, tanquam Vespertilio ad solis radios, cœcutiverit. Hujus igitur perfectissimum de Moribus *Opus*, mea qualicunque cura ornatum, locupletatum, studijsque Academicis commodius redditum, Vobis, SERENISSIMI PRINCIPES AC DOMINI, ideo humillimè offero, Magnisque Vestris & ad immortalitatem duraturis Nominibus inscribo, quod nemini rectius id convenire arbitrer. Ubi enim mecum perpendo, & secundum Philosophi nostri doctrinam considero, Quid Quibus exhibeas; Virtutum ac Honestatis Disciplinam, Heroico splendore eminentibus PRINCIPIBUS illam deberi nullus dubitavi. Ecquis

Digitized by Google

enim majori animo ac Fortitudine Belli: ecquis majori Prudentia ac Justitia Pacis res administrat? Ubi sincerius ac religiosiùs Pietas exercetur? ubi frugalius vivitur, & corpora frequentiori labore firmata, otio & luxui eripiuntur, quàm in florentissimis Vestris provincijs? Ubi barbaries feliciori successu, ringente licet Invidia, profligatur, omnisque Sapientiæ cultura diligentiùs ac solidius excolitur, quàm in Vestra Academia Julia? Vobis itaque, SERENISSIMI PRINCIPES AC DOMINI, hanc omnem fortunam ac Felicitatem nostram acceptam ferimus, Vestræ Consummatæ Bonitati imputamus, quod nobis bene est: Vestræ Justitiæ, quod quisque suo securè tranquilleque utitur, fruitur: Vestræ Prudentiæ, quod immanis Belli flamma omnem ferè viciniam depopulata nos non corripuit. In Vestris etiam post Deum Virtutibus atque Autoritate omnem spem præsidiumque positum habemus, ut, sicuti Hercules Musageta suas Musas, Vos quoque, SERENISSIMI

SIMI PRINCIPES AC DOMINI, adversus Martis frementis iras minasque Vestrum Lyceum deinceps tueamini: quò Pietatis, Justitiæ ac Sapientiæ studia majus indies sub Vestra tutela incrementum capiant, & Vitiorum ac inprimis Atheismi peste excisa, Virtutum cum doctrina tum exercitatio magis magisque aucta efflorescat. Quam Morum culturam dum ego sive voce sive scripto urgeo, humillimum devotissimumque, SERENISSIMI PRINCIPES AC DOMINI, Clientem Vestrum clementissimo Vestro Patrocinio defendite quæso, serenaque, quem offero Librum, fronte accipite, Illustribus Vestris meritis non quidem ex asse respondentem, attamen convenientem. Quod si hanc insignem Clementiam impetravero, pro stimulo illa erit etiam per se cursuro, ut ad majora studia animum alacrius adjiciam. Servet interea Vos, PATRIAE PATRES, Deus ter Opt. Max. publico bono incolumes florentesque: firmet Ille Vestrum regimen saluberrimis consilijs, ubi omnia

mnia nutare videntur; perpetua Pace beet, licet omnia Bellonæ furor miscere ac sanguine humano cruentare desideret. Sic fiet, ut suus Virtuti honos semper constet, nec Honestas ab Utili absorbeatur, & Vos, SERENISSIMI PRINCIPES AC DOMINI, immortalem Nominum Vestrorum gloriam, decus, atque meritedem promeritam per omnes gentes ad omnes posteros diffundatis. Ex Academia Julia add. XII Kal. Mart. A°. CIↃ IↃ CLX.

SAMV-

SAMVELIS RACHELII
In
Philosophiam Moralem,
Aristotelis
INTRODVCTIO.

CAPVT I.

De Philosophiæ Moralis Naturâ & Strato, sive de Iure Naturæ in genere.

QVod iis accidere solet, qui ex diuturno carceris squalore densissimisque tenebris producti subitò Solis splendori exponuntur, ut ægrè conniveant, & medium aliquod inter lucem tenebrasque, se cernere putent; idem evenire illis videtur, qui ignorantiæ caligine paulùm discussâ nictantibus oculis Veritatis radios intuentur. Quia verò illam Philosophia sibi unicè propositam habet, operæ pretium fanè faciunt illi, qui cœcutientium imbecillitati subveniunt, & ciliis gramias exstergunt, quò aquilarum more irretorto oculo illius lucem ac splendorem adspiciant. Idem ego jam quoque facere constitui, ut tirocinium primamque in Philosophia Morali Peripatetica operam posituros de quibusdam præmoneam, ne in Lycei penetra-

Digitized by Google

netralia temerè irruant, sed necessariis instructi monitis ac præceptis ejus Antistitem Aristotelem cautè ac cum quadam veneratione adeant, qui viam commonstret, & in Virtutum sacraria deducat: quarum doctrinæ summa ad omnem vitam necessitas est atque utilitas, ex iis derivandæ fontibus, qui ex ipsa Dei Providentia admirabiliqúe ejus Bonitate ac Sapientia scaturiunt: ibi limpidissimum suum cursum sistentis, ubi Sanctitas habitat, Perfecta Iustitia & Felicitas. Nam, ut verbo dicam, hîc nihil aliud docetur, quàm ipsum Naturæ Ius quod appellamus, τὸ πρῶτον, ἀκίνητον, καὶ πανταχῆ τοῖς ἀνθρώποις ἔχον δύναμιν, *primum & æternum, immutabile, & ubi vis gentium eandem obligandi vim habens.* De quo quicquid Intellectus noster Practicus scit aut apprehendit, vel Principii, vel Conclusionis nomine venit. Quia verò hæc sine illo demonstrari nequit, Principia Practica cognoscere apprimè erit necessarium, quibus vita humana regitur. Sapientissimus enim rerum conditor Deus certas Hominis menti artium & scientiarum impressit notitias: κοιναὶς ἐννοίαις Græci, *communes & necessarias Intelligentias, primas notiones, igniculos, & semina mentis divinæ* Cicero vocat: quarum vi & adminiculo ad Veritatem cum Theoreticam tum Practicam pervenitur. Adeoque & ipsa illa Principia duplicia sunt, Theoretica & Practica, utriusq; Intellectus, Theoretici & Practici, facultatem perficientia. Sicuti verò Theoreticorum summum quasi caput hoc est: *Idem non potest simul esse & non esse*; Ita in Practicis est, *Honestum faciendum, Turpe autem fugiendum esse*. Iam quæ his comprehenduntur, ante primi Hominis lapsum plenè Intelle-

tellectus humanus cognoscebat, & Voluntas prompto faciliqué obsequio persequebatur. Postquam verò propter fructus vetiti degustationem Iustitia illa & Sanctitas primævà congenita evanuit, spississimæ errorum opinionumq́; nebulæ aciei mentis offusæ sunt, quas inter fluctuat, & modò huc modò illuc jactatur. Voluntatis quoque obsequium multis modis fuit impeditum, dum vel φαινόμενα pro veris bonis appetit, aut diversâ adfectuum vi ac colluctatione huc illuc impellitur. Sed neque tum immensa Dei bonitas cessavit. Etsi enim sublimem illum cognitionis & perfectionis gradum perdiderimus, igniculi tamen & scintillæ in nobis supersunt, quæ cognationem cum ipsa divina Mente habentes ad discrimen Honestorum & Turpium nos deducere poterunt, imprimis si debita cultura atque adsvefactione excitentur, & adversus succrescentes vitiorum viviradices firmo bonorum præceptorum sepimento muniantur. Nam hoc si fiet, vitia paulatim exstirpabuntur, & scintillæ istæ in magnam flammam adultæ lucem ac calorem suum diffundent, quo simul exsudet inutilis humor, & paulatim omnis ad pravitatem inclinatio superetur: secus si accidat, facili negotio velut infusa aquæ copia opprimentur exstinguenturque. Cum vero ex illis notitiis apta sit omnis vitæ humanæ felicitas, planius de iis agamus. Esse verò aliquod Ius Naturæ, supervacaneum forsan erit probare: quandoquidem sapientiores quique gentilium tale aliquod jus exstare uno ore fassi sunt; licet nec male feriati quidam defuerint, qui illud oppugnatum iverunt, veluti Carneades & alii. Vnum tamen ex Græcis, alterum ex

Latinis veriſſimum teſtimonium perhibentem audiamus. ἔστι γὰρ, inquit Ariſtot. 1. Rhet. c. 13, ὃ μαντεύονταί τι πάντες φύσει κοινὸν δίκαιον καὶ ἄδικον, κἂν μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ᾖ, μηδὲ συνθήκη. Quibus mox ſubjungit inſignes Sophoclis verſus:

Οὐ γάρ τι νῦν τε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε
ζῇ τοῦτο, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.

Hæc ita Riccobonus reddit: *Eſt enim quoddam, quod augurantur omnes, natura commune juſtum & injuſtum, etiamſi nulla ſocietas invicem ſit, nullaq; pactio. Non etenim id nunc, & heri, ſed ſemper. Et nemo ſcit unde ejus ortus ſit.* Cæterum in quo verbo maxima probationis vis latet, Interpretem hunc & alios fugiſſe videtur. Μαντεύεσθαι enim & hîc & alibi paſſim ſignificat Ariſtoteli, ut & Platoni, *unanimi conſenſu & quaſi divino inſtinctu aſſerere*. Quæ explicatio ſi allato textui accommodetur, nihil ſolidius ac veritati convenientius dici poteſt. E Latinis unus inſtar omnium Cicero eſt, qui tam diſertè ac ſapienter cùm alibi tum imprimis lib. 1. de Legib. loquitur, ut illum auro cariorem habere meritò debeant quivis morum luriſque ſtudioſi. *Lex*, inquit, *eſt ratio ſumma, inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria.* Et: *Nihil eſt profecto præſtabilius, quàm plane intelligi, nos ad juſtitiam eſſe natos, neque opinione, ſed natura conſtitutum eſſe jus.* Tentemus jam, an illius originem, quam vulgo ignorari dicebat Sophocles, indagare poſſimus. Scilicet ita eſt: Cum Deus univerſi hujus machinam immenſæ potentiæ vi condidiſſet, infinitaque creaturarum multitudine ac varietate repleviſſet, quaslibet ad certum

tum finem sapienter destinavit, omnibusque ac singulis eum adpetitum insevit, quô ad præstitutum finem ferrentur, ut in eo quælibet suam perfectionem ac felicitatem consequeretur, & inde excellens Dei bonitas undequaque se diffunderet, ut non solum specierum continua esset propagatio, sed & individuorum conservatio. Cum verò illa omnia, quæ ceraimus, in hominis usum condita sint, præcipuam sanè curam illius Deum habere videmus: quemadmodum etiam quilibet se teste haut difficulter fatebitur. Ideóque multo præclariorem finem ei proposuit, in quo summa Dei bonitas longe splendidius refulgeret, & præ cæteris creaturis Homo beatissimam felicitatem haberet. Sicuti vero ad ipsum mirifica illa Providentia finem omnia ordinat, ita sapientissimè convenientia cuilibet media indidit, quorum adminiculo illuc perducatur. Quapropter & homini animam rationalem divinæ suæ auræ particulam inspiravit, cujus luce ac inclinatione ad suum finem dirigeretur: quæ iis facultatibus prædita est, ut earum virtute scopum illum attingere queat. Et quamvis tota hominis vita continuata quædam actio est, certum tamen illum finem, Dei bonitati nostræque Naturæ ad exemplum illius conditæ convenientem, non nisi certis actionibus consequi datur: sic ut quæ ad hunc obtinendum faciunt, aut in illius fruitione operantur seseque agendo oblectant, contineant in se naturalem quandam moralemque bonitatem ac honestatem; aliæ ab eo abducentes atque alienæ, moralem quandam turpitudinem ac vitiositatem. Vt hinc appareat, Providentiam Dei quandam parendi necessitatem

actionibus noſtris impoſuiſſe, ut quædam actiones in ſe Debitæ ſint ac Honeſtæ, aliæ per ſe Illicitæ ac Turpes: ut item iſtæ præmium, hæ pœnam mereantur: quo nomine Iuſtæ dicuntur & Injuſtæ: ut ita tales actiones non Bonæ & Iuſtæ ſint, quia jubentur (id quod in poſitivis legibus locum habet) ſed quia in ſe tales ſunt, ideò jubentur. Et propter hanc obligationem ab æterno in mente Dei conceptam, juxta quam homo per certas actiones ad finem ſuum perveniret, Providentia illa *Lex Dei æterna* dicitur: quam crederes eſſe Platonis αὐτοδικαιοσύνην ſeu αὐτοδίκαιον, quod Ariſtoteles ſimpliciter immutabile eſſe ait lib. 5. Nic. c. 7. Hac enim re differt Lex illa æterna à Providentia divina, quod hæc res omnes in ſuos fines, maximè ultimum naturæ cujuſque ac Dei bonitati convenientem dirigat: At iſta eodem deſtinet, quatenus neceſſitatem & obligationem ad id imponit; à libero Dei decreto, hoc ordine & modo ad bonum finemque ultimum contendendum eſſe, ſtatuentis. Cui legi licet omnes res creatæ ſubſint, rationem tamen præcepti proprie non habet, niſi in iis, qui ratione præditi libero voluntatis arbitrio actiones producunt. In ſpecie vero ad hominem pertinet, cujus natura ita condita eſt, ut quidem ab æterno à Deo ad honeſtatem ac juſtitiam deſtinata ſit, propter libertatem tamen voluntati ejus inſitam non minus Inhoneſti & Injuſti actiones ejus capaces eſſe poſſint. Ne igitur is ſua libertate ad malum abuteretur, ad quod alioqui tot ſtimulis incitatur, Lege adſtringenda fuit, quæ ideo *Lex naturæ* appellatur, jus illud Naturæ, quod dicitur, in ſe continens. Quippe ipſa Natura rationalis

nalis Intellectu & Appetitu rationis præ aliis ornata, ex se & intrinsecè flagitabat regulam quandam normamque actionum ad suum finem dirigendarum. Iisque facultatibus ea vis à Deo fuit impressa, ut accedente aliqua adsuefactione, haut ægrè Iuris illius propositionibus, seu principiis, imprimis communioribus, adsentiretur Homo, eaque ceu regulas vitæ adgnosceret atque usurparet. Non enim inficias imus, non æquè facile quælibet hujus juris præcepta quibuslibet cognita esse, adeoque magnam Revelationis divinæ in S. Codice factam circa hæc probanda esse autoritatem; Ea tamen simpliciter Lex illa non indiguit, cujus rei testis ipse Apostolus c. 1. ad Rom. esse poterit, qui graviter sic scribit: διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε. h. e. *Illud quod de Deo cognosci debebat, manifestum illis est redditum. Ipse enim Deus illis manifestavit.* Etsi enim quædam Dei cognitio homini sine gratiosa revelatione plane sit ignota, unde Athenis aram Ignoto Deo inscriptam invenit Apostolus; ex parte tamen gentiles Deum cognoscere potuerunt per rationem. *Manifestum enim est in illis*, h. e. manifestum est eis, ex eo, quod in illis est, id est, ex lumine intrinseco: uti recte ad h. l. D. Thomas scribit. Quemadmodum vero homines animi sui notiones per signa quædam externa, puta voces articulatas aut Scripturam, explicant; ita & Deus dupliciter se manifestavit gentilibus; uno modo infundendo lumen interius, cujus luce ad sublimiora potuissent provehi: alio modo, proponendo sapientiæ ac bonitatis suæ signa exteriora h. e. visibiles creaturas, quas inspicientes Deum, cognos-

gnoscere, venerari atque admirari potuissent, debuissent. Vnde addit Apostolus, τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. i. e. *Siquidem quæ sunt invisibilia illius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur pervident, ipsaque æterna ejus potentia ac divinitas in hoc, ut sint inexcusabiles.* Quibus adde ejusdem D. Thomæ in Summa contra gentiles lib. 1. c. 30. *de similitudine creaturæ ad Deum.* Eo ipso igitur quo hominem ratione præditum nasci facit, sui quoque notitiæ radios immittit, inque illius mente cum effectu Lex illa tum demum promulgatur, quando rationis usus & intellectus Practici notiones scintillare seseque exserere incipiunt, quæ si debita cultura foveantur & excitentur, magis magisque succrescunt; illa vero neglecta, aut etiam prava adhibita, vitiorum

--- --- --- subit aspera sylva,
Lappæq; tribuliq; : interq; nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.

Talesque tunc adolescunt homines, qui iis moribus, ea barbarie pectora obsita habent, quales nobis describuntur illi Terræ filii, Gigantes, qui Diis ipsis â Poëtis bellum intulisse, & aggestis montibus cœlum expugnare voluisse dicuntur. Quales item sunt & fuerunt Anthropophagi, Sodomitæ, Idololatræ, Dæmonum, simiarum, serpentum fœdissimi cultores, ac victimarum humanarum immolatores. Quapropter Apostolus illos pronunciat ἀναπολογήτους, *inexcusabiles.* Διότι γνόντες τὸν θεὸν, οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν ἢ

σαν ἢ

σαν ἢ διχαείσησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. *Propterea quod cum Deum cognoverint, non ut Deum glorificaverunt, neque grati fuerunt, sed frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratum est insciens cor eorum. Cum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt, & mutaverunt gloriam immortalis Dei per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinem effictam, verum etiam volatilium & quadrupedum & reptilium.*

Nullam igitur ignorantiam suæ impietati ac injustitiæ obtendere Ethnici poterunt, quod illa non excuset, nisi fuerit talis, quæ nulla humana industria averti ac vinci possit. Cognoverunt enim ex obviis quibusque rebus excellentiam ipsius & immensam bonitatem; & tamen eam, quam hoc nomine debebant, venerationem ac gloriam Deo non tribuerunt, sed potius udo cerebro ac ingenio suo confisi sunt. Vnde porro factum, ut veræ sapientiæ lumine privati in vanitatem ac stultitiam inciderint, & turpissima divini cultus deliria somniaverint. Qui cum Deum ita dehonestaverint, ingentem illius iram in se concitaverunt, unde paulò antè Apostolus ita loquebatur: Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ, ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. *Palam fit enim ira Dei de cœlo, adversus omnem impietatem & injustitiam hominum, qui veritatem in injustitia detinent.* Cum verò omne jus sit quædam necessitudo officiorum, quibus

aliqua ſocietas continetur; ſine dubio jus Naturæ præcipuum ac firmiſſimum ſocietatum erit vinculum. *Prima* autem, inquit eleganter Cicero 1. de Leg. *homini ſocietas eſt cum Deo.* Et lib. 2. de Nat. deor. *Eſt Mundus quaſi communis Deorum atque hominum domus aut Vrbs utrorumque.* Deinde altera eſt Homini ſocietas cum Homine, qua tali: *Vt,* inquit idem ſub fin. iſtius 1. de Legg. Libri, *ſeſe non unis circumdatum mœnibus, populare alicujus loci, ſed civem totius mundi, quaſi unius urbis, adgnoſcat.* Sunt deinde aliæ ſocietates, Conjugalis, Paterna, Herilis, & maxime Civilis, quæ ſingulæ etiã peculiari quodam jure continentur, propriiſq; officiis reguntur. Hac ſocietatum diviſione præmiſſa, judicium fieri poterit, quomodo homines à jure naturæ ſint obligati. Dicit enim Philoſophus, Φυσικὸν δίκαιον εἶναι τὸ πανταχῆ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή. h. e. *Ius naturale eſſe, quod ubique eandem vim habet, & non quod ita videatur,* velſcus. Nimirum ad illa officia & jura, quibus prima illa atque altera ſocietas conſervatur, quilibet obſtrictus eſt, qui humana conditione animaque rationali ſe natum meminerit. Et licet hujus juris Naturæ communis uſus fortaſſis apud moratiores cultioreſque ſolum gentes deprehendatur; obligatio tamen illius æquè ad omnes pertinet. Eſt enim in ſe immutabile, quia auctoritatem ſuam non ab hominum placito ac inſtituto, ſed ab ipſa Natura ſeu Deo accepit. Non igitur in ullius hominis arbitrio poſitum, velitne hac lege prima atque æterna teneri; quia per ipſam naſcendi conditionem ad ejus obſequium eſt alligatus; Menti enim ipſius characteres luris illi-

us rudiori typo licet impressi sunt, nullam aliam ob causam, quam ut his obediret. Merentur profecto hic legi Ciceronis verba ex lib. 3. de Rep. à Lactantio l. 6. c. 8. petita, quibus nihil solidius ad præsentem causam quispiam attulit aut adferre poterit. *Est verò*, inquit, *Lex recta ratio, naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ vocet ad officium jubendo, vetando à fraude deterreat, quæ tamen neque probos frustra jubet, aut vetat, nec improbos iubendo aut vetando movet. Huic legi nec obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet; neque tota abrogari potest. Nec vero aut per Senatum, aut per populum solvi hac lege possumus. Neque est quærendus explanator, aut Interpres eius alius: nec erit alia Lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed & omnes gentes, & omni tempore, una lex & sempiterna & immortalis continebit: unusque erit communis quasi Magister & imperator omnium Deus ille, Legis hujus inventor, disceptator, lator: cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis adspernabitur: atque hoc ipso luet maximas pœnas, etiamsi cætera supplicia, quæ putantur, effugerint.* Quod si fortè, uti fit, illi characteres perversa educatione & moribus plus quam ferinis in ipsa protinus pueritia obliterentur, antequam debitum de rebus agendis aut omittendis judicium ferre potuerint, hi sane homines aut populi nullum inde patrocinium petere poterunt: sed quia proculcatæ malitiæ adsensum præbuerunt, aut fœdas vitiorum maculas non eluerunt, nec illam industriam attulerunt, ut prælucente rationis face ex his tenebris emergerent: imò cum id egerint potius, ut illam magis magisque obfuscarent; accidit, ut iræ divinæ impetus ac torrens tales inundaverit. Tremenda hanc in

rem exstant verba Apostoli ad Rom. c. 1. τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. καὶ καθὼς, οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ. Μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας. ψιθυριστὰς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. *Et præmium quod oportuit erroris sui in se recipientes. Et quemadmodum non probaverunt, ut Deum agnoscerent, ita tradidit eos Deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non conveniebant, repleti omni iniustitia, scortatione, versutia, avaritia, malitia, pleni invidia, cæde, contentione, dolo, malis præditi moribus, susurrones, obtrectatores, Dei osores, contumeliosi, elati, glorioſi, excogitatores malorum, parentibus immorigeri, expertes intelligentiæ, pactorum haut quaquam tenaces, alieni à charitatis affectu, nescii fœderis, immisericordes. Qui cum Dei justitiam noverint, nempe quod ii, qui talia faciunt, digni sint morte, non solum qui ea faciunt, verum etiam adsentiuntur iis, qui faciunt.* Hæc igitur vitia sua culpa ac malitia sibi contraxerunt, quod notitias de Deo noluerint excolere. Etsi enim illas ex ipsis creaturis facile colligere potuissent, repudiaverunt tamen illas, ne quod frenum suæ nequitiæ injiceretur: quin alii de Deo

tam

tam impiè ſenſerūnt, ūt crederent, res hominum ad illius notitiam ac cenſurā minime pervenire; adeoq; penitus corruptum fuit illorum judicium practicum, feceruntque ea, quæ à recta ratione diſcordant, retributionem accipientes in ſemetipſis, id eſt, in deformatione ſuæ naturæ, ut omni vitiorum generi immerſi nullo fine libidinum fas atque nefas diſcernerent. Et quamvis per vitioſos habitus ignorantia boni animis illorum inoleverat; iræ tamen Dei obnoxii ſiunt, quod olim rectius hæc intellexerint, vel ſaltem intelligere potuerint: non ſolum, qui talia patrarunt, ſed & qui laudarunt, opem, conſiliū ac favorem contulerunt: imo quſi talia non impediverunt, cū potuiſſent ac debuiſſent. His adde, quæ cap. 2. ſequuntur, violento fulmini æquiparanda. λογίζῃ ὦ τᾶτ', ὦ ἄνθρωπε, ὁ κρίνων τὰς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τᾶ θεᾶ; ἢ τᾶ πλάτους τῆς χρηστότητος αὐτᾶ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τᾶ θεᾶ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει: κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σε, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τᾶ θεᾶ. ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτᾶ. τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθᾶ, δόξαν καὶ τιμὴν, καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργὴ, θλῖψις καὶ στενοχωρία, ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου, τὸ κατεργαζομένου τὸ κακόν. Paulò pòſt cum dixiſſet, nullum inter Iudæos & Græcos diſcrimen habitum iri, ita pergit: ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρ-

τν, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται. καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος. οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου, γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων. *Cogitas autem hoc, ô homo, qui iudicas eos qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu suffugies iudicium Dei? aut divitias bonitatis illius, ac tolerantiæ lenitatisque contemnis, ignorans quod bonitas Dei ad pœnitentiam te invitat? sed juxta duritiem tuam, & cor pœnitere nescium, colligis tibi ipsi iram in die iræ, quo patefiet iustum iudicium Dei: qui redditurus est unicuique iuxta facta sua; his quidem qui perseverantes in benefaciendo gloriam & honorem, & immortalitatem quærunt, vitam æternam: iis verò, qui sunt contentiosi, & qui veritati quidem non obtemperant, sed obtemperant injustitiæ, ventura est indignatio, & ira, adflictio & anxietas adversus omnem animam hominis malum perpetrantis. --- Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege & peribunt. Et quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim qui audiunt legem, iusti sunt apud Deum, sed qui legem factis exprimunt, iusti habebuntur. Nam cum gentes, quæ legem non habent, natura quæ legis sunt, fecerint, eæ legem non habentes sibiipsis sunt Lex. Qui ostendunt, opus legis scriptum in cordibus suis, simul attestante illorum conscientia & cogitationibus inter se accu-*

santi-

santibus in eo die, cum judicabit Dominus occulta hominum.

Ex his cuivis abunde manifestum fieri existimo, quomodo *jus* illud Naturæ commune omnes omnino homines *sibi devinctos* teneat, nemoque ex iis sese illius nexui eximere aut subtrahere possit. Illa autem Iuris Naturæ officia, quibus reliquæ societates continentur, non æquè omnibus, sed iis solis incumbunt agenda, qui harum societatum membra sunt, sic ut quantum amicitiæ ex iis percipiant, tanta quoque sit juris & officiorum communio, quæ pro diversa societatum natura, fine ac regimine varia esse possunt. Hi sunt Iuris Naturæ fontes & incunabula, incrementa, vincula & effectus: unde ejus formam jam licet colligere & in genere illud describere. Sapiens ille Melanchthon *in Enarr.* lib. 5. Eth. Arist. Dialecticè Legem Naturæ describit, quod sit Notitia in mentibus humanis nobiscum nascens, & divinitus insita, de Deo, & de bonis moribus, seu discrimine honestorum & turpium. Grotius ita definit lib 1. de Iure B. & P. c. 1. §. 10. Ius naturale est dictatum rectæ rationis, indicans actui alicui, ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa Natura rationali, inesse moralem turpitudinem aut necessitatem moralem, ac consequenter ab autore Naturæ Deo talem actum aut vetari aut præcipi. Gregor. de Valentia planius etiam videtur definire voluisse Tom. 2. disp. 7. q. 4. p. 1. Lex naturalis est naturale rationis nostræ judicium seu dictamen, quo per lumen nobis ab æterna Lege impressum ac inditum evidenter cognoscimus, ea esse facienda, quæ ita sunt recta & naturæ nostræ consentanea, ut ea negligere sit deforme & naturæ repugnans: & contrà ea esse vitanda, quæ facere turpe sit & naturæ rationali

mali minimè congruum. Plurium definitiones non adfero, cum hæ ad rem ipsam cognoscendam sufficiant; Etsi non diffitear, multa ex his etiam posse subtiliter disputari. Nam sane, quod generis loco ponit Grotius, Dictamen, paulò obscurius est. Rectius Iudicium aut Notitia regularum practicarum. Nam ipse Apostolus ait, notitias has captivas teneri ab injustis adfectibus. Sed de his aliàs. Sic tamen hæ notitiæ nobiscum natæ nostræque naturæ insitæ videntur, ut debita adsvefactione excitandæ, adjuvandæ atque excolendæ sint. Nam principia secundum Philosophi adsertionem lib. 1. Nic. 7. triplici præcipuè modo colliguntur. τῶν ἀρχῶν, αἱ μὲν ἐπαγωγῇ θεωροῦνται. αἱ δ' αἰσθήσει, αἱ δὲ ἐθισμῷ τινί. καὶ ἄλλαι δὲ ἄλλως. *Ex principiis alia quidem inductione considerantur, alia sensu, alia consuetudine aliqua.* Nec frustra sunt posita illa, quæ lib. 2. cap. 1. in f. leguntur: ὐ μικρὸν διαφέρει τὸ ὅτως ἢ ὅτως ἐυθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ. μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. *Non parum refert, sed perquam multum; sicne an sic à pueris adsuescamus: immo verò totum in eo positum est.* Quia vero hominum animus valde obscuratus est, ut primæ illæ voluntatis Legisque divinæ notitiæ multis sæpè erroribus turbentur, perversa educatione item corrumpantur, imo in multis penitus deleantur; operæ pretium fuerit præcipua Iuris Naturæ capita in vnum fasciculum colligere, quæ quilibet homo scire sive indagare potest & debet; sic ut per illorum cognitionem, finem suum, ad quem à Deo conditus est, non solum adgnoscat, sed & reapse actionibus debitis eò contendat; si verò hujusmodi industriam non adhibeat, & sua culpa aut

culpa aut consensu notiones illas depravari patiatur, aut ipse suis moribus ac vitiis exstinguat, in gravissimam Dei iram incurrat, sitque ἀναπολόγητος.

CAPVT II.

Principiorum quorundam Practicorum specialis explanatio. Et quidem primo DEVM *esse.*

SIcuti omnium virtutum honestatisque caput est Dei agnitio; ita omnis impietatis ac turpitudinis ἀκρόπολις est Atheismus. Qui itaq; rectè de actionibus humanis docere easque informare cupiunt, iis tanquam certissimum primumque omnium supponendum est Deum esse. Qualis vero ille sit secundum essentiam suam, eadem Naturæ Lex indubiis testimoniis significat; videlicet mentem æternam, immensæ potentiæ, sapientiæ & bonitatis: à quo omnia alia sunt, & divinæ illius bonitatis emblemata impressa servant. Facile enim Ratio adgnoscit, res hujus universi, ipsamque mundi molem, non casu exstitisse, nec temere interire, sed à prima illa atque intelligente causa reliquarum seriem aptam esse, & vi hujus primi Motoris moveri agitarique omnia. Id quod ipse Aristoteles quoque adgnovisse videtur lib. 12. Metaph. c. 7. ubi expresse illam primam causam vocat Deum. Quam quæso causam hujus universi, quem tam concinni ordinis ac regiminis moderatorem dicet, qui hæc attentius consideraverit, quem inquam, nisi Deum? nec enim ab homine aliave creatura tale quid fieri posse, quisquam, nisi fortè insaniat, profitebitur. *Quis est tam vecors*, inquit Cicero de Aruſp. resp. *qui aut cum suspexerit in cælum, Deos esse non sentiat, & ea quæ*

tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac necessitudinem persequi possit, casu fieri putet: aut cum Deos esse intellexerit: non intelligat, eorum Numine hoc tantum imperium esse natum & auctum, & retentum. Maximam quidem hoc demonstrandi ac adversariorum pertinaciam convincendi vim sine dubio verbum revelatum sufficere posset; quo tamen impræsentiarum non utemur, sed periculum faciemus, possimusne fundamenta, quæ à nobis ponentur, quibus omnis Civilis felicitas ac doctrina innititur, Optimorum Prudentissimorumque Virorum consensu corroborare, atque ita Naturæ rationalis ductum sequentes veritatem secus sentientibus demonstrare, & horum sive errores sive improbitatem denudare. Perplacet enim nobis insigne illud pronuntiatum Aristotelicum, firmissimi Axiomatis instar habens: ὃ πᾶσι δοκεῖ ἔστ᾽ εἶναί φαμεν. ὁ δ᾽ ἀναιρῶν τοῦτο τὴν πίστιν ἢ πάνυ πιστοτέραν ἐρεῖ. *Quod omnibus videtur, ita esse statuitur. Nec qui communem illum consensum tollit, probabiliora allaturus est.* lib. 10. Eth. Nic. c. 2. §. 23. Idem docet lib. 1. c. 8. §. 2. τὸ μὲν ἀληθὲς πάντα συνᾴδει τὰ ὑπάρχοντα, τὸ δὲ ψεῦδος ταχὺ διαφωνεῖ τἀληθές. *Quod verum est in hoc genere, cum eo congruunt omnia, quæ exstant inter homines: à falso autem cito verum dissidet ac discrepat.* His plane consentanea legimus apud Cicer. 1. de Natura deorum. *De quo omnium natura consentit, id verum esse necesse est.* Sed fortassis hoc effatum non ab omnibus ratum habetur. Quid enim, si quis cum Cotta ita differeret d. l. *Placet omnibus fere, mihique ipsi imprimis, Deos esse. Itaque non pugno; rationem autem eam, quæ à te adfertur, non satis firmam*

mam puto. Quod enim omnium gentium generumque hominibus ita videretur, id satis magnum argumentum dixisti, cur esse Deos confiteremur. Quod cum leve per se, tum etiam falsum est. Primum enim unde notæ tibi sunt opiniones nationum? equidem arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio Deorum sit. Quid? Diagoras Ἄθεος qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne apertè Deorum naturam sustulerunt? nam Abderites quidem Protagoras, cuius à te mentio modo facta est, Sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui sic posuisset: De Diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere; *Athenienſium jussu urbe atque agro est exterminatus, librique eius in concione combusti. Ex quo equidem existimo, tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos, quippe cum pœnam ne dubitatio quidem effugere potuisset.* Nec solum circa primum, sed & circa reliqua Principia â nobis recensita, aut recensenda, eadem semper recurreret dubitatio. Sciendum itaque est hujusmodi perversa hominum quorundam judicia Rationi Practicæ opposita instar monstrorum esse, si illa cum naturalibus perfectis corporibus compares. Sed & aliud valde elegans simile ex lib. 10. Eth. c. 3. §. 31. licet huc transferre: *Non si qua hominibus male adfectis iucunda sunt, absolutè & sua natura etiam sunt talia. Sicuti nec ægrotis salubria, dulcia vel amara absolute talia sunt: neque etiam lippientibus alba putata verè talia sunt.* Attendendæ igitur non sunt vanissimorum aut improborum hominum opiniones, sed bonorum recta ratione utentium. Sed quænam est Recta ratio? Illam philosophus 6. Eth. c. ult. dicit esse Prudentiam. Bono-

rum igitur & Prudentum, veritatem Practicam acutissimè cernentium consensus solus hic respiciendus; quandoquidem hi, adserente aliquoties nostro Magistro, virtutum omnisque honestatis norma sunt & regula. Inprimis notari hic merentur & diligentius expendi aurea Philosophi verba, quæ lib. 3. Eth. Nicom. cap. 4. §. 6. seqq. leguntur: εἰ δὴ ταῦτα μὴ λέγεται, ἄλλα φατέον, ἁπλῶς μὲν καὶ κατ' ἀλήθειαν, βουλητὸν εἶναι τἀγαθόν. ἑκάστῳ δέ, τὸ φαινόμενον. τῷ μὲν οὖν σπουδαίῳ τὸ κατ' ἀλήθειαν εἶναι. τῷ δὲ φαύλῳ, τὸ τυχόν. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων, τοῖς μὲν εὖ διακειμένοις, ὑγιεινά ἐστι τὰ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα. τοῖς δὲ πονοῦσι, ἕτερα. ὁμοίως δὲ καὶ πικρὰ καὶ γλυκέα, καὶ θερμὰ, καὶ βαρέα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστα. Ὁ σπουδαῖος γὰρ ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς, καὶ ἐν ἑκάστοις τἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται. κατ' ἑκάστην γὰρ ἕξιν, ἴδιά ἐστι καὶ καλὰ καὶ ἡδέα. καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος, τῷ ἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν. *Quod si hæc minus probanda sunt, dicendumne est absolute & revera sub voluntatem cadere verum bonum? At vero unicuique volendum sive volitum esse bonum apparens, seu id quod speciem boni habeat? Ac bono quidem viro id esse volendum, quod revera bonum est; vitioso autem quidquid fors obtulerit. Ut & corporibus bene quidem constitutis salubria sunt ea, quæ revera talia sunt: morbosis autem & ægris alia: itemque amara, dulcia, calida, gravia & cæterorum unumquodque. Nam vere de singulis rebus judicat vir bonus, & ei statim, quod in unaquaque re veri est, elucet. Ex uniuscujusque enim habitu honesta & jucunda finguntur. Atque eo ipso fortasse lon-*

se longe præstat reliquis vir bonus, quod singulis in rebus verum perspicit, quasi earum norma sit & mensura. Optimè igitur disputat Cicero 1. de Nat. Deor. ita: *Cum non instituto aliquo, aut more aut lege sit opinio constituta, maneatque ad unum omnium firma consensio; intelligi necesse est, Esse Deos: quoniam insitas eorum, vel potius innatas cognitiones habemus. De quo autem omnium natura consentit, id verum esse necessum est. Esse igitur Deos confitendum est.* En præclaram hominis gentilis confessionem! Sed & alteram audiamus Philosophi nostri lib. 1. de Cœlo c. 3. πάντες ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν, καὶ πάντες τὸν ἀνωτάτω τῷ θείῳ τόπον ἀποδιδόασι, καὶ βάρβαροι καὶ ἕλληνες, ὅσοι περ εἶναι νομίζουσι θεὸς, δηλονότι, ὡς τῷ ἀθανάτῳ τὸ ἀθάνατον συμπεπτωκός. Hæc Argyropylus ita transtulit: *Omnes homines de Diis existimationem habent, & universi, qui Deos esse putant, tam Græci, quam Barbari, ipsum supremum locum Diis tribuerunt, propterea quod immortale ad immortale est accommodatum.* Hunc locum designare videtur Grotius lib. de Verit relig. Christ. non longe à pr. his verbis: *Alterum argumentum quo probamus, Numen esse aliquod, sumitur à manifestissimo consensu omnium gentium, apud quas ratio & boni mores non plane exstincta sunt, inducta feritate. Nam cum, quæ ex hominum arbitratu veniunt, nec eadem sint apud omnes, & sæpe mutentur; hæc autem notio nusquam non reperiatur, neque temporum vicissitudine mutetur, quod ipsi etiam Aristoteli notatum, homini ad talia minimè credulo: omnino causam ejus aliquam dari convenit, quæ se ad omne genus humanum extendat &c.* Vbi velim addantur & reliqua, quæ de Deo hic disputat. Quam Aristoteles

προλήψιν hîc, Epicurus in Regula sua πρόληψιν adpellat: qua voce quid significare voluerit, discamus sanè à Cicerone d. l. *Quæ gens est, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri nec disputari possit.* His si quis nondum adsentiri velit (adsensurum autem puto, nisi extremè impius & insanus sit) cogitet velim, quanta rerum omniũ futura sit confusio & absurditas. Si enim Deum esse non concedis, tollis omnem religionem, sanctitatem, justitiam, fidem, omnem honestatem; sic ut bonarum actionum nulla sit futura remuneratio, malarum nulla pœna: Atque ita pejor esset conditio Hominis, quam ullius bestiæ, & ima summis mutarentur. Qualia sanè vel leviter opinari, dubito, sitne majoris dementiæ quam impietatis. Vid. Sex. Empir. lib. 8. adv. Mathem. Nihil quenquam etiam paucorum hominum, (si homines dicendi sunt) qui olim Deum esse negarunt, exemplum potest movere, cum ratione ac autoritate destituatur, & monstriferam sententiam ipsa paucitas arguat. De primo hæc sufficiant; non enim omnia, quæ de hoc argumento dici possunt, hic sunt conglomeranda.

CAPVT III.

De Dei Providentia.

QVi Deum esse profitetur, Providentiam autem illius negat, ille quod scit, nescit. Nec enim divina Natura sine Providentia, neque hæc sine illa esse potest. *Etenim si est Deus*, inquit Lactant. lib. de Ira Dei c. 9.

c. 9. *utique providens est, ut Deus; nec aliter & potest divinitas attribui, nisi & præterita teneat, & præsentia sciat, & futura prospiciat. Qui igitur providentiam tollit, etiam Deum esse negat. Qui autem Deum esse profitetur, & Providentiam simul esse concedit; Alterum enim sine altero nec esse prorsus, nec intelligi potest.* Quapropter hoc alterum nobis suppeditatur Principium Practicum, esse aliquam Dei Providentiam, juxta quam Deus omnes res conditas, præcipue Hominem ad debitum & naturæ cujusque convenientem finem ordinet dirigatque; ut sanè nemo sanæ mentis sibi persuadeat, hanc machinam incerto ferri impetu, aut actiones humanas nullum habere arbitrum. Protinus enim hujusmodi absurditates confutat pulcherrimus Naturæ ordo, quo omnia ad destinatum sibi finem contendunt, inque illo cœlestis bonitatis promulsidem delibant. Hujus verò ordinis necesse est aliquam præexstitisse Ideam in alicujus mente: quam præter divinam fuisse ullam quis adseret? Si item Dei concursum spectemus, sine quo ne digitum pallio exserere possumus, & à cujus influxu omnis motus regitur, continuò summum aliquem & æternum rerum moderatorem persentiscimus. Laudamus in apibus, in formicis aliisque creaturis illam ædificandi concinnitatem, illam exactissimam operandi victumque quærendi industriam, illam accuratam Reipublicæ suæ, ut ita dicam, administrationem: Homines item, qui singulari dexteritate ac prudentia societatis cujusdam commoda procurant, invidendis ornamus elogiis; At quanto magis hæc in Deo admiramur, cujus ea est eminentia, ut quæ in aliis bona cernimus, penes ipsum

in per-

in perfectissimo sint gradu, non verbis exprimenda, sed religiosa veneratione prosequenda. Quod si res gestas & Historicorum scripta expendamus, quomodo imperia hæc quidem conservata, alia mutata aut eversa fuerint, quis non supra humanam Prudentiam divinam protinus Providentiam adgnoscit? Bone Deus! quibus sæpe artibus, quàm bene meditatis consiliis, quam firmis copiis aliquis Princeps grandia incepta adgressus est: quæ ubi Deo probata non fuissent, admirabili ratione, & re sæpe parva, ab humana ratione vel non prævisa, vel planè neglecta, interrupta aut penitus corrupta fuerunt. Vbi verò Deus calamitatibus bellicis scelera alicujus gentis vindicari instituit, suæ justitiæ exsecutorem adhibere videmus, non semper ingentibus subnixum viribus Regem aliquem Assyrium, aut Cæsarem Romanum; sed homines etiam obscuros ac plebejos, exiguis opibus instructos: quorum cepta etsi primum quidem exilia sint, illam tamen rerum novitatem Deus inducit, ut progressus faciant maximos, quò tandem quilibet suæ compos mentis homo in harum molitionum mutationumque exitu admirandam Dei Providentiam luce meridiana clarius intueatur atque veneretur. Si quis igitur sive veteres sive recentiores historias adeat, verum esse cognoscet, quod sapientes olim viri dixerunt, historicorum monumentorum conditores divinæ Providentiæ ministros esse. Cum vero Hominem suam Felicitatem ultimumque finem in actionibus Virtutum (hic enim finis verè illius Naturam condecet) quærere eadem Providentia voluerit, mos illi gerendus est in omnibus, juxta discrimen honesto-

rum & turpium à vero judicio Practico nobis propositum; ista sectando, hæc fugiendo: planè ut si hic ordo per malitiam hominum invertatur, pœna indubitatò in improbos, sicuti benefica in probos remuneratio sit ab eadem redundatura. Et quamvis non celeri malitiam pede, sed claudo sæpe pœna sequatur, probitasque laudetur & algeat; non tamen eapropter ambigere de Dei providentia debemus, uti Claudianus olim fecit, cujus hanc in rem elegantissimi versus exstant in Rufin. lib. 1. qui adponi hic quoque legique merentur:

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu.
Nam cum dispositi quæssissem fœdera mundi,
Præscriptosque maris fines, annique meatus,
Et lucis noctisque vices, tunc omnia rebar
Consilio firmata Dei, qui lege moveri
Sidera, qui fruges diverso tempore nasci,
Qui variam Phœben alieno jusserit igne
Compleri Solemque suo: porrexerit undis
Littora, tellurem medio libraverit axe.
Sed cum res hominum tanta caligine volvi
Adspicerem, lætosque diu florere nocentes,
Vexarique pios: rursus labefacta cadebat
Religio, causæque viam non sponte sequebar
Alterius, vacuo qui currere semina motu
Adfirmat, magnumque novas per inane figuras
Fortuna, non arte regi: quæ Numina sensu

Ambiguo, vel nulla putat, vel uescia nostri.
Abstulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,
Absolvitque Deos: jam non ad culmina rerum
Injustos crevisse queror; tolluntur in altum,
Ut lapsu graviore ruant. &c.

Omnia, inquam, per divini Numinis διοίκησιν regi, & ad debitum finem ordinari certum est; sive illa corruptioni obnoxia sint, sive non sint; sive species, sive individua; sic sane ut nulla tamen absoluta necessitate res, cujuscunque generis sint, ullave per illam fatali serie rapiantur, sed quodlibet ad eum finem contendat, quem natura præscripsit: eo etiam ordine, quo sapientissimus mundi conditor singula agitari voluit. Is enim

Continuo has leges æternaque fœdera rebus
Imposuit:

Imo & conservat quoque in suo genere: ut, quorum natura contingens est, semper eandem retinerent, hominisque semper liberum esset arbitrium agendi aut non agendi, agendi item hoc, aut aliud. Hæc item cordatorum quorumque virorum consensu adstruuntur. Plato quidem lib. x. de leg. in hanc sententiam differit: ATH. *Quid verò? cum Medicus totum corpus curare velit ac possit, si magnis providerit, parva contempserit, an bene hic unquam se totum habebit?* CL. *Nunquam.* ATH. *sed nec gubernatores, nec imperatores, nec patres familias, neque civitatum moderatores, neque ulli omnino tales paucis ac parvis neglectis rectè multa & ingentia regnabunt. Nam lapides quoque magnos sine parvis bene strui negant Architecti.* CL. *Certè.* ATH. *Caveamus autem, ne Deum mortalibus opifi-*

opificibus viliorem putemus. Isti sanè quanto peritiores sunt, tanto arte unain propriis ipsorum operibus & parva simul & magna exquisitius absolutiusque perficiunt: Deus vero, qui sapientissimus est, & curare potest ac vult, magnis quidem providebit solum, parva autem quæ facilius gubernari possunt, propter pigritiam & ignaviam negliget? CL. Nullo modo hanc, Hosspes, de Diis opinionem admittendam putamus; Nefaria enim hæc & falsa penitus cogitatio. Addat qui volet reliqua, quæ his & præmittuntur eademquo subsequuntur, valde eruditè disputata. Quid Noster? Ejus hæc sunt verba lib. 10. Eth. Nic. c. 8. § 54. εἰ γὰρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἰκὸς ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ h. e. *Etenim si Dii aliquam curam habent rerum humanarum (ut eos habere certè verisimile est) illud etiam probabile erit, delectari illis parte hominis longe optima sibiq. cognatissima.* In libro de Mundo hæc deprehendas pronunciata: Mundum à Deo esse, & ab eo contineri: Deum tenere rerum omnium principium, finem, & media. Deum in mundo esse ut gubernatorem in navi. Non equidem nescio à Doctis de vero hujus Libri Autore dubitari: ea tamen sunt Bonav. Vulcanii, qui illum Commentario eleganter ornatum edidit, argumenta, quæ Aristotelicum fœtum esse probabiliter ostendunt. Apud Photium in Biblioth. tm. 251. testatur Hierocles, Platonem & Aristotelem in eo convenire: *Deum omnium rerum esse Architectum & Patrem, & hoc paternum ejus imperium Providentiam esse, unicuique generi convenientia distribuentem.* Sed de Platone & Aristotele infra speciatim dicemus. Plura vero ibi-

præclarè ab Hierocle scripta legere licet de Providentia, ordine, & libertate agendi humana: quod illa facultas sit juxta Dei Providentiam, cum sua natura ita liberè regatur, tantum abest, ut per illam necessario aliquo nexu constringatur aut impediatur. Non tamen possum, quin quædam ex libro ejus 3. c. 10. adjiciam: *non frustra*, inquit Hierocles, *Leges conduntur hominibus, neque ratio iis temere data, neque voluntas frustra est. Nec vota facere supervacaneum, si res humanæ Providentia regantur: Iustitia & Lege mercedem liberis actionibus tribuente.* Paulo post: *Providentia existente, etiam Leges necesse est, Rationes & vota plurimum nobis prodesse: illa vero sublata non solum nihil profuerint, sed nec rueri quidem Resp. imperiumque poterunt. Propterea quod in nostra est potestate, providentiam inducit: & vicissim Providentia id, quod in nostra est potestate.* Instituti nostri ratio non patitur omnium testimonia adducere: dicat pro multis sententiam Cicero ex lib 1. de Natura deor. pr. *Sunt*, inquit, *Philosophi, & hi quidem magni ac nobiles, qui Deorum mente atque ratione omnem mundum administrari & regi censeant: neque vero id solum, sed etiam ab iisdem vitæ hominum consuli, & providari. Nam & fruges & reliqua, quæ terra pariat, & tempestates ac temporum varietates, cælique mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, maturata pubescant, à Diis immortalibus tribui generi humano putent, &c.* Post aliqua: *Est admirabilis quædam continuatio serieque rerum, ut alia ex alia nexa & omnes inter se aptæ colligatæque videantur.* Hinc Himerius sophista in Declam. cui titulus est, Epicurus providentiam negans impietatis accusatur; *Omnia*, inquit,

ordine procedunt, quod maximum Providentiæ argumentum puto, omnia scilicet conservari: nam inordinatio corruptionem, ordo verò conservationem inducit. Græca Autoris verba reperiuntur apud Phot. tm. 243. Cæterum Cicero prolixius etiam & accuratius de illa disputat lib. 2. de Nat. Deor. *Dico*, inquit, *Providentia Deorum mundum & omnes mundi partes & initio constitutas esse, & omni tempore administrari: eamque disputationem tres in partes nostri* (loquitur Balbus Stoicus) *ferè dividunt: quarum pars prima est, quæ ducitur ab ea ratione, quæ docet, esse Deos: quo concesso, confitendum est, eorumq; consilio mundum administrari. Secunda est autem, quæ docet, omnes res subjectas esse naturæ sentienti, ab eaque omnia pulcherrimè geri. Quo constituto, sequitur ab animantibus principiis eam esse generatam. Tertius locus est, qui ducitur ex admiratione rerum cœlestium atque terrestrium.* Singula deinde capita prolixè prosequitur, & imprimis ultimum mirificè exornat, maxime spectabiles percensendo creaturas, earumque ordinem, ac concinnam connexionem, quæ sine divino quodam Numine ita regi nequeant, quantoque consilio gerantur, nullo humano consilio investigari posse ostendit. Non libet plura adducere ex eloquentissimi Philosophi illius libris: quos qui volet adeat, seque istis mellitissimis deliciis oblectet. Quod si adhuc quis animi pendeat, & hactenus allata admittere nolit, velim sane cogitet, in quantos errores se præcipitet, sive Providentiam omnino tollat, sive sequius de illa statuat. Illorum, à quibus planè negatur, manifesta ex superioribus est absurditas. Si quis verò cum Platonicis Cœli orbibus vel totam vel ex parte il-

lam involvet: aut cum Aristotele ad omnia singularia extendere nolit, aut cum Stoicis fatali necessitate sufflaminare: ubivis se in difficultates inextricabiles induet; sicuti suo loco ostendetur. Claudat jam hoc Caput Lactantius, cujus hæc sunt præclara verba lib. 7. c. 3. sub f. *Cum mundum omnesq; partes ejus videmus, quemadmodum mirabilis ratio gubernet: cum cœli temperatio, & æqualis in ipsa varietate cursus astrorum luminumq; cœlestium, temporum constans ac mira descriptio, terrarum varia fœcunditas, plana camporum munimenta, & aggeres montium, viriditas ubertasq; sylvarum, fontium saluberrima eruptio, fluminum oportuna inundatio, maris opulenta & copiosa interfusio, ventorum diversa & utilis adspiratio, cæteraque omnia ratione summa constent; quis tam cæcus est, ut existimet sine causa esse facta, in quibus mira dispositio providentissimæ rationis elucet? Si ergo sine causa nec est, nec fit omnino quidquam; & providentia summi Dei, ex dispositione rerum; & virtus, ex magnitudine; & potestas, ex gubernatione manifesta est: Hebetes ergo & insani, qui Providentiam non esse dixerunt. Non improbem rem, si Deos idcirco non esse dicerent, ut unum dicerent: cum autem ideo, ut nullum; qui eos deliraſſe non putat, ipse delirat.*

CAPUT IV.

De Immortalitate Animæ.

NE quem vero turbet tot tantorumque in hac vita scelerum impunitas, tertio ponimus hoc immotæ & à quibusvis recto rationis usu præditis adprobatæ veritatis Principium, Animam hominis esse immortalem. Hoc enim nisi quis firmo adsensu amplecta-

tur,

tur, omne Iusti & Injusti, Honesti & Turpis discrimen tollit, Legum repagula confringit, omnia miscet, scelerumque conflugi ingentem fenestram aperit. Quo enim quisque esset robustior, potentior aut nequior, eo foret in hac vita felicior rebusque omnibus florentior, spe plenus se satis præsidii in violentia ac nequitia habere, nihilque post vitam supereſſe, quod expaveſcat. Imo ea rabie multi laborant, ea improbitate, ut si litare modo possint suis cupiditatibus, vitam libenter profundere, & apum instar unà cum stimulo animam ipsam ultioni ac voluptatibus infixam perdere velint. Non possum, quin mirifice hanc rem illustrantes aureos sive Philemonis sive Diphili Iambos adponam:

Οἴει σὺ τὰς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἀπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ
Πεφυλάχθαι τὸ θεῖον ὡς λεληθότας;
Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Καὶ γὰρ καθ' ἕδλω δύο τρίβους νομίζομεν,
Μίαν δικαίων, χατέρᾳν ἀσεβῶν ὁδόν.
Εἰ γὰρ δικαιοῦ καὶ σεβοῦς ἔξεστιν ἔν,
Ἢ γῆ σ' ἂν καλύψει τὸν δύο τῷ παντὶ χρόνῳ,
Ἅρπαζ' ἀπελθών, κλέπτ', ἀποστέρει, κύκα.
Μηδὲν πλανηθῇς. ἔστι κἂν ἅδῃ κρίσις,
Ἥντ' ποιήσει θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
Οὗ τ' ὄνομα φοβερὸν, οὐδ' ἂν ὀνομάσαιμ' ἐγώ,
Ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι σκοτὸς μὴ καὶ βίον δίδωσιν.

Hos

Hos eleganter ita transtulit H. Grotius in Prolegomenis ad Ioh. Stobæi Comica:

Tune arbitraris Mortuos, Nicerate,
Queîs omnis vita satura deliciis fuit,
Effugere posse tanquam non memorem Deum?
Iustitiæ vigil est oculus, qui nil non videt.
Ideo Silentum credimus calles duos,
Quorum ille iniquos teneat, iste autem pios.
Nam si tantundem referent malus atque innocens,
Et utrosque tellus pondere æterno premet;
I, rape, furare, defrauda, misce omnia.
Sed ne te falle. Sua & in Orco notio est,
Quam Deus instituet rerum Dominus omnium,
Cujus tremendum nomen, nec fandum mihi:
Qui spatia profert quamlibet peccantibus
Mortalis ævi.

Adhuc dubitas? Inspice quæso cum bonorum tum malorum de se judicia ac conscientias. *Magna quippe vis est conscientiæ, & magna in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarunt*: inquit Cicero pro Milone. *Cur*, uti Seneca ait ep. 43 *bona conscientia turbam advocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est? Scilicet sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. Hæ sunt impiorum Furiæ, ha flammæ, hæ faces.* Cic. in Pison. Ita igitur sceleribus impiati homines ipsi se accusant, se testibus convincunt, se judicibus damnant, & cum horrore ac trepidatione sententiæ exsecutionem exspectant: quod

sane

sane non ita evèniret, nisi animæ immortalitatem vel hac ratione etiam Natura proderet. Nam quamdiu corporis quidem exuviis tecti superstites sunt, in deliciis fere ætatem agunt, abundant opibus, ac feminis fruminisque libidine fruuntur. Interim tamen inter omnem hanc rerum affluentiam mens illos habet attonitos & surdo verbere cædit ac torquet. Quam verè noster Aristoteles horum hominum χαρακτῆρα repræsentat lib. 9. c. 4. §. 30. cum seqq. *Qui multa & atrocia facinora admiserunt, propter improbitatem vitam oderunt ac fugiunt, sibique manus inferunt. Et vitiosi homines atque improbi quærunt, quibuscum dies totos traducant: seipsos autẽ fugiunt. Multa enim gravia atque horrenda recordantur, taliaque altera, cum soli sunt, exspectant: tantisper autem, dum cum aliis sunt, obliviscuntur. Et cum nihil sit in eis amabile, nullo erga se amoris adfectu commoventur. Non igitur, qui tales sunt, secum ipsi aut lætantur, aut dolent. In eorum enim animo discordiæ & seditiones concitantur: & interdum homo improbus propter pravitatẽ dolore adficitur, abstinens à quibusdã rebus, interdum lætatur: & una pars huc ipsum trahit, altera illuc, tanquam ipsum divellendo ac distrahendo. Quod si fieri non potest, ut quis simul doleat ac lætetur, at certe paulo post, quod lætatus sit, mœrore conficitur, nolitque hæc sibi voluptatem attulisse. Malarum adsidue actionum suarum pœnitet.* Sed hæc quoque sapientum consensu comprobari certum est. Adseruit Animæ immortalitatem Pythagoras, teste Pherecyde apud Cic. 1. Tusc. Quis nescit, quam gravibus disputationibus illam inculcet Plato in Phædone, X de Rep. in Timæo, Philebo, & alibi passim: Cujus verba cum prolixiora sint, ex-

ſcribere nolo. Quod ſi forte cuipiam dubium ſuperſit, adeat ſane illum & ſatiabitur illius deſiderium affatim. Ariſtoteles verò paulo ſubtilius de hac re docet, dum ſolam Mentem ſeu Intellectum Agentem, non uno in libris de Anima loco, pronunciat eſſe ἀΐδιον, ἄφθαρτον, ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον. Vnde in diverſas abrepti opiniones ex antiquis Interpretibus Alex. Aphrodiſienſis & Averroes, ex recentioribus complures. Colligit verò adſertionem ſuam Ariſtoteles ex admirandis Mentis operationibus. Nam quaslibet res concipit, cognoſcit, intelligit, deque iis judicat. Si contempletur res immateriatas & ſpiritales, nihil læditur, ſed magis etiam perficitur: corporeas vero abſtractione facta conſiderat. Ipſa quoque Voluntas, appetitio rationis, ſemper in bonum fertur, & jucundis actionibus delectatur, contrarias averſatur. Cum autem actus & potentia proportione quadam ſibi reſpondeant, nullaque alia potentia hujuſmodi operationes circa objectum, ſive re ſive ratione â materia ſeparatum, exerceat; concludit hinc Philoſophus, hanc facultatem intelligendi eſſe immateriatam & ſpiritalem: unde ſimul ſequitur, quod ipſa ſubſtantia ſit ſimplex, materiæ & corruptionis expers. Quemadmodum enim operatio potentiæ, ita hæc ſubſtantiæ conveniens & cognata eſt. Ciceronis ſententiam ex compluribus locis petere licet. In Lælio ita πλατωνίζει: *Non adſentior iis, qui hæc nuper diſſerere cœperunt, cum corporibus ſimul animas interire, atque omnia morte deleri. Plus apud me antiquorum autoritas valet, vel noſtrorum majorum, qui mortuis tam religioſa jura tribuerunt: quod non feciſſent profectò, ſi nihil*

nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vel eorum, qui in hac terra fuerunt, magnamque Græciam, quæ nunc quidem deleta est, tum florebat institutis, & præceptis suis erudierunt: vel ejus, qui Apollinis oraculo sapientissimus est judicatus: qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper, Animos hominum esse divinos: iisque, cum è corpore excessissent, reditum ad cœlum patere, optimoque & justissimo cuique expeditissimum. In eandem sententiam illum disputantem videas 1. Tusc. qu. Sub finem Orationis pro Archia adserit, sapientissimos quosque homines ita de Anima statuisse. Stoicorum princeps Seneca nullum argumentum fervidius ac vehementius urget, & sæpe indignabundus, quod corporis compage Anima clausa teneatur, jam nunc evolare, seque in libertatem, ut ille loquitur, adserere discupit. Liceat etiam propter sententiæ gravitatem adscribere verba Tertulliani de Resurrect. carnis: *Quædam*, ait, *& natura nota sunt, ut Immortalitas animæ penes plures, ut Deus noster penes omnes.* De eadem re loquitur Isidorus Pelus. lib. 4. ep. 125. ita: εἰ γὰρ καὶ ἄλλα τινὰ διήμαρτον τῆς ἀληθείας, ἀντὶ τούτῳ κατὰ σκοπὸν ἠνέχθησαν. h. e. *Etsi quidem in aliis quibusdam à veritate aberraverint; quod hoc attinet, ad scopum rectè delati sunt.* Collecta sunt hujus adsertionis plurima ac locupletissima testimonia ac confessiones gentium barbararum, Græcorum, Philosophorum, Poëtarum, aliorumque à Grotio d. lib. 1. de verit. relig. Christ. quæ ibi legat, cui hoc volupe est. Quod si quis tam pertinax sit, ut his rationibus ac consensui fidem dare nolit, facile monstrosi erroris convinci potest, si, ex hujus Principii remotione quæ flagitia ac scele-

ra sequantur, quis ostendat: id quod jam initio hujus Capitis fecimus. Quibus & hoc addi potest, quod quam arcte cum Dei essentia Providentia cohæret, tam indissolubili vinculo cum hac contineatur Immortalitas animæ. Hoc quod jam dixi paucis explanat Clem. Alexandr. lib. 4. Strom. pluribus Lactantius lib. 3. c. 17. *Nec honores*, inquit Clemens, *post mortem eorum qui sanctè vixerunt, nec supplicia eorum qui injustè & libidinosè se gesserunt, volunt intelligere Ethnici: non ex nostris solum dico scripturis; hæc enim omnia ferè mandata significant: sed nec suorum scriptis volunt aures præbere: Scribit enim Theano Pythagorica:* ἦν γὰρ τῷ ὄντι τοῖς κακοῖς εὐωχία ὁ βίος, πονηδυσαμβροις, ἔπειτα τελευτῶσιν, εἰ μὴ ἦν ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ἐρμαῖον ὁ θάνατος. *Esset enim revera malis vita epulum, qui postquam omnia commiserunt scelera, deinde moriuntur; & si non esset anima immortalis, mors esset lucrum.* Lactantii verba lectu longe dignissima omitto: ut & complurium aliorum argumenta ac demonstrationes, quod sciam de Immortalitate animæ multa diversorum Autorum exstare integra Volumina per quã erudita. Cum itaq; ex hactenus dictis constet, individua copula hæc tria Actionum humanarum moralium Capita juncta teneri; eadem quoque communissima, verissima atque οἰκειότατα earundem fundamenta esse nullum dubium est.

CAPUT V.

Aperitur via ad Iura Naturæ Societatum cognoscenda.

PRæterea cum Homini Natura præter Rationem etiam Orationem tribuerit articulatam, significantem, decla-

declarantemque quid sibi prosit, aut obsit, quid jucundum, quid sit molestum, sic ut præ omnibus aliis animantibus Boni & Mali, non solum sensum habere, sed aliarum rerum notiones aliis aperire voceque exprimere possit; hinc sane perspicuè colligere est, non frustra hoc à Natura ita institutum, sed sine dubio ut arctioris societatis cum aliis incundæ esset instrumentum. Arist. 1. Pol. 2. p. 7. Est vero maxime communis Societas homini cum homine, sub quacunque cœli regione is etiam degat. Si hoc concesseris, Ius quoque aliquod & amicitia inter illos, qua tales, fuerit. Atque ita diserte docet Philosophus lib. 8. Nic. c. 11. §. 17. δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα τὸν δυνάμενον κοινωνῆσαι νόμου καὶ συνθήκης. καὶ φιλίας δὴ, καθ' ὅσον ἄνθρωπός. *Nam omni homini cum eo, cum quo pactionum & rerum contrahendarum ratio nobis esse potest, jus aliquod intercedere videtur. Ergo & amicitia, in quantum homo est.* Cum itaque Natura ad hanc societatem nos ducat, ad omne id, quo talis societas constitui aut stabiliri potest, Hominem obligasse videtur. Proinde nemo hominum sine justa ac necessaria causa lædendus; sed invicem Indigentiæ mutuis sive commerciis sive beneficentiæ officiis sublevanda est. Non ita simpliciter Græco in Barbarum, moribus aut lingua discrepantem, Hispano in prædivitem Indum, non Religiosis Ordinibus in Paganos belli gerendi jus est: sed potius ab aliorum injuria ac violentia hominem Homo securum præstet, omnemque læsionem iniquè intentatam necessaria defensione propulset, quandocunque potest & debet. Quilibet igitur diligenter animo suo meditetur, ut,

quod sibi fieri nolit, id alteri ne fecerit, ut Honestè vivat, Neminem lædat, Suum cuique tribuat, omniaque illa impleat, quæ Officii nomine veniunt. Sed etiam ad alias societates ineundas Homini Natura instinctum cupiditatemque impressit, arctiori nexu cum Iuris tum Amicitiæ colligatas. Audiamus etiam de his Nostrum Philosophum: Ἀνάγκη δὴ, inquit 1.Polit.c.2. p.3. πρῶτον συνδυάζεσθαι τὰς ἄνδρα καὶ γυναῖκα ἀλλήλων μὴ δυναμένους εἶναι. οἷον θῆλυ μὲν καὶ ἄρρεν τῆς γενέσεως ἕνεκεν, καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ φυτοῖς φυσικὸν τὸ ἐφίεσθαι, οἷον αὐτὸ τιθέντα καταλιπεῖν ἕτερον. h.e. *Necesse jam est primum copulare eos, qui sejuncti esse non possunt, ceu Feminam & Marem, procreandi causa: atque hoc non consilio & voluntate, sed quemadmodum & in aliis animantibus ac stirpibus natura datum est appetere, quale ipsum est tale relinquere alterum.* His jungantur illa, quæ habet 8. Eth. cap. 12. §. 31. Ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν. Ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικόν. καὶ ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον οἰκία πόλεως, καὶ τεκνοποιία κοινότερον ζώοις. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐπὶ τοσοῦτον ἡ κοινωνία ἐστίν. οἱ δὲ ἄνθρωποι οὐ μόνον τῆς τεκνοποιίας χάριν συνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον. &c. *Iam vero quæ inter Virum & Vxorem amicitia est, maximè secundum naturam videtur esse. Homo enim magis ad conjugium factus est à Natura, quam ad societatem civilem: & tanto quidem magis, quanto prior magisque necessaria est Domus quam Civitas, quantoque filiorum procreatio animantium omni generi*

commu-

communior est. *Atque in cæteris quidem hactenus progreditur communitas, quod procreationis causa coniunguntur. Homines autem non solum ad procreandos liberos communi Domo utuntur, sed etiam, ut eorum, quæ ad Vitam pertinent majorem habeant facultatem.* Duas igitur præcipuè ob causas hæc Societas Oeconomica fuit instituta, sobolis procreandę & indigentiæ rectius subveniendæ gratia. Etsi verò pari appetitu ad hanc copulam Homo cum brutis ferri dicatur, minime tamen pari more modoque. Homines enim mutua fide se obstringunt: hæc promiscua libidine lasciviunt. Videmus item quomodo natura Homines, si ad honestatem vel leviter sint compositi, protinus fœditatem adgnoscant, & in illorum concubitu refugiant, qui ipsorum quasi partes sunt, οἷον ἕτερόι αὐτοὶ *tanquam alteri ipsi* lib. 8. Eth. c. 12. Multo maximè autem Natura hominis diversa cum specie conjunctionem damnat ac abominatur: nec minus, in eodem sexu si quid tale tentetur, ceu turpissimam rem detestatur. Appareat hinc quanta sint vagæ ac nefandæ libidinis, adulteriorum, incestuum, Sodomiticæ aut præposteræ constuprationis crimina: quæ gravissimis pœnis à castissimo Numine à condito orbe usque castigata leguntur, sive sacram sive profanam Historiam consulamus; sic ut sæpe totarum gentium excidio, per bella, diluvia, pestesque, fuerint exstirpata. Dei quoque exemplum & rectæ rationis judicium sapientes secuti Legislatores hujusmodi flagitia severissimis suppliciis vindicant, quò suus matrimonio honos pudorque constet, & soboles legitimo sanguine progenita, sine ulla alieni fœdique thori contaminatione, per integras familias

milias crescat ac propagetur. Quod si ea fide intaminatoque amore conjugia colantur, facile & reliqua felicitatis Domesticæ pars obtinebitur. Conjuges enim, inquit Noster l. c. propria in commune conferunt, & ad rem familiarem custodiendam & locupletandam dispertita habent opera. Facit hic suum officium Maritus cum quadam ὑπεροχῇ, veluti Optimas quidam: adjuvat in partem domum, convenientibus sibi studiis & laboribus Vxor, partaque tuetur & adservat. Vnde non minor utilitas quam jucunditas hujus est societatis: cujus præcipuum vinculum sunt Liberi, constantis amoris obsides, familiæ propagatores, & in bona communi ope quæsita post patris obitum successores. Adest quoque Servus, ejusve loco bos arator, quibus tanquam instrumentis animatis Paterfamilias ad suam rem utitur, & robusto Vernæ corpori ferè pro anima est. Hi igitur, uti apparet, specialibus quibusdam juris Naturæ regulis sunt inclusi, in quarum observatione salus harum societatum vertitur. Conjuges sibi mutuum amorem & auxilium sive in re familiari, sive in aliis cum secundis tum adversis rebus præstent. Quod ipsam sobolis procreationem, aut numerũ illius minuat, nihil debet committi, nisi sontica fuerit causa, & Naturæ nõ adversa. Matrimonii onera opibus ac operis benignè collatis leventur. Quamvis hoc caput multas vel ex lege civili, vel pactione privata restrictiones admittat. Prolis generatio uti communis, ita ejusdem educatio communi utriusq; parẽtis cura ac sedulitate promoveatur. Plura hujusmodi jura legi colligique poterunt apud Io. Ludov. Vivem libro de officio Mariti; & ejusdem libris tribus

de in-

de Institutione Feminæ Christianæ. Liberi parentes sincere ac constanter ament: illis pietatem omnemque honorem exhibeant: in rebus honestis mandatisque talibus exsequendis sine ulla morositate obsequium præstent: rem familiarem ex arbitrio parentum adjuvent: si quam in familiam recepturus per connubium sit Filius, aut in aliam transitura Filia, ne id fiat insciis aut invitis parentibus, atque ita erga illos ingratus sit. Locum tamen hic habet illud Donati ad Andriam Terentii: *Summa potestas nuptiarum in Patre puellæ est.* Si res ita ferat & necessitas, debent quoque Parentibus Liberi ἀνυπερλάφησιν: & si quæ sunt alia his paria. Hos vicissim Parentes ament, foveant, ab injuriis defendant, alant, victumque necessarium, quem per ætatem aut *infirmitatem* aliamve causam quærere ipsi nequeunt, suppeditent, inprimis verò ad virtutem ac honestatem instituant, & ad rectæ rationis normam mores vitamque omnem examinent, ut principia practica, per naturam ipsam quidem illis insita, rectè explicentur excolanturque. Conjugia illorum nec impediant, nec ad illa eos cogant importunius sineque gravi causa. A bonorum successione neque per abdicationem neque per exheredationem iniquam excludant. Hic desideramus M. Terentii Varronis librum, cui titulum fecerat Cati, in quo de liberis educandis docuit. Pollicitus quoque olim est, teste Gesnero, M. Antonius Majoragius librum de Officio Parentum & Filiorum. Tanta vero officiorum necessitudo inter Herum & Servum non intercedit. Hic enim si mancipi nexu tenetur, debetur illi victus necessarius: deinde si liberaliter serviat, ut sit justa

ac clemens illi servitus. Absit inhumanitas omnis à pœna; & si forsan in officio, fide ac taciturnitate negligentior futiliorque fuerit, castigatio adhibeatur ad emendationem, non ad ultionem aut sæviendi voluptatem; quilibet enim herus id cogitet, quod Plato in Phædone monet, nos omnes esse mancipia Dei: id quod etiam Platone longè excellētior Apostolus inculcat: si vero desperatæ nequitiæ, ut Davus, aut vinolentus, ut Syrus Terentianus, aut profligatæ improbitatis fuerit, res ipsa supplicii speciem ac gravitatem dictabit. Servus vicissim cum pars domini, & omnino sit sui totius, ex ipsius nutu & arbitrio pendeat, sedulo mandata expediat, observatis iis virtutibus, quas paulo antè memini. Quod si vero serviat pro mercede, ex locationis conductionis natura utriusque officia æstimabuntur, ut utrinque bona fides attendatur. Sed cum secundum Aristotelem in hac Domestica Felicitate non sit plena αὐτάρκεια, ejusdem Naturæ ductu Homo ad civilem societatem adspiravit. Domus enim suppeditabat maximè necessaria tantum ad victum quotidianum: Civitas vero est κοινωνία πάσης ἔχουσα πέρας τῆς αὐταρκείας, γινομένη μὲν ἕνεκεν τοῦ ζῆν, οὖσα δὲ τοῦ εὖ ζῆν. *Hæc*, inquam, *omnis ubertatis extremum nacta est, orta quidem vivendi, permanens vero bene vivendi causa.* Sicuti vero Artes secundum perfectissimam Ideam opera effici jubent; ita sane multo magis Natura ad perfectissimum operum suorum gradum contendit: adeoque Homini perfectissimæ societatis desiderium instillavit. Quod si sane quispiam nullo tali desiderio adficiatur, vel belua erit, vel Deus aliquis. Quando verò quis particeps

factus fuerit hujus perfectissimæ Societatis, facilè apparet, in tanta hominum communione, & tam multiplicibus eorundem commerciis, plura virtutum officia, majorem justitiam, probitatē atq; amicitiam exigi, ut ea privatorum quorumque studia sint, ex quibus publica totius universitatis coalita Felicitas efflorescat, fructusque suos in omnes diffundat. Absq; his enim si fuerit, mutuis injuriis ac querelis irritata civitas crepabit, ac dissiliet. Ὥσπερ γὰρ τελεωθὲν βέλτιστον τῶν ζώων ἄνθρωπός ἐστιν. οὕτω καὶ χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης χείριστον πάντων. χαλεπώτατα γὰρ ἀδικία ἔχουσα ὅπλα. ὁ δ' ἄνθρωπος ὅπλα ἔχων φύεται φρονήσει καὶ ἀρετῇ, ἧς ἐπιτάναντία ἐστὶ χρῆσθαι μάλιστα. διὸ ἀνοσιώτατον καὶ ἀγριώτατον ἄνευ ἀρετῆς, καὶ πρὸς ἀφροδίσια καὶ ἐδωδὰς χείριστον. ἡ δὲ δικαιοσύνη πολιτικόν. ἡ γὰρ δίκη πολιτικῆς κοινωνίας τάξις ἐστίν. i. e. *Quemadmodum enim perfectum optimum animalium Homo est: sic secretum à lege ac justitia, pessimum omnium. Molesta enim maximè injustitia est, quæ arma habet. Homo autem armis munitus nascitur, solertia, & ad generosas actiones naturali vi atque inclinatione: quibus ad contrarias res uti licet maxime. Quare sceleratum ac ferum maximè est sine virtute, & ad Venerem ventremque deterrimum. Justitia autem accommodata est civitati. Ius enim civilis societatis ordo est.* 1. Pol. 2. sub f. Quæ cum ita sint, cuivis manifestum est, quæ præcepta civibus incumbant, ab ipsa Natura societatis civilis Magistra & Tutrice præscripta: Contractus & quarumlibet rerum commercia sine fuco, fraude ac mendacio esse instituenda: Omnia bona fide agenda: Pactiones, Le-

ges, conventiones sanctè habendas: Iuramenta religiosè observanda; grave enim inprimis est horum fidem fallere. Ordo imperantium & parentium minimè est confundendus, aut præter Reipublicæ naturam ac statum turbandus. Si quam emendationem tamen illa exigat, sine motu ac concussione id fiat, & ab iis, quibus hoc competit. Magistratus in honore sunt habendi: illorum edictis mos est gerendus: præsunt enim hi publicæ saluti ac securitati, & omnia sua consilia sive Pacis sive Belli negotia spectantia eò dirigunt. Hanc publicam salutem privatis studiis quoque intendere debent Cives; eadem enim est Felicitas unius hominis & totius Civitatis, inquit Magister noster lib. 7. Pol. c. 3. f. Proinde defendenda ac juvanda fortiter Patria, non solum bonorum, sed, si res exigat, ipsius vitæ impendio, &, ut uno dicã verbo, omnia virtutum officia, cum primis justitiæ, gnaviter, constanter ac prudenter exercenda sunt. Fugienda verò sunt omnia, quæ his vel directè adversantur, vel alias dissidiis ansam dare, aut Felicitati hujus societatis quidquam detrahere possint. Etsi igitur propriæ telluris horum natura nec illum, nec me, nec quemquam fecerit, nec signare quidem olim, aut limite provincias vel campos partiri fas fuerit, sed in medium homines tum quæsierint; dominiorum distinctionem tamen arbitrio hominum factam ita ratã eadem habet, ut sine summa injuria, & juris ipsius Naturalis læsione alter alteri suum eripere aut extorquere nequeat. Tali igitur Benevolentia, Concordia ac Beneficentia si sociati Cives fuerint, si eo jure ac sanctitate res suas administraverint, Optima existet Respublica, omni-

que

que ex parte felicissima; cujus licet sex Romuli capax non sit, Naturæ tamen destinationem ad hanc perfectionem adspirare certum est. Atque hoc ipsum est, quo semper respicit *in* scientia sua Practica Philosophus: & ad hanc perfectionem indipiscendam, actionibusque exprimendam, ubivis informat ζῶον suum πολιτικόν. Plura de societatum juribus, eorundemque interpretatione qui volet, adeat Ciceronis libros de Officiis, non Scholis trivialibus, uti umbratici doctores putant, sed maximis ingeniis & Civitatum Rectoribus inprimis scriptos.

CAPVT VI.

De Variis Sectarum Philosophicarum successionibus, & in Ethicis Opinionibus.

NVnc age percurramus præcipuas Philosophorum sectas, quid quælibet de rebus Moralibus docuerit; sic enim apparebit, si quid veri rectique protulerint, præmissis fundari principiis: sin ab illo aberraverint, causam vix inventum iri ullam aliam, quàm quod horum veritatem agnoscere vel malitiosè noluerint, vel prava educatione moribusque corruptis occœcati nequiverint. Sectarum, uti notum est, antiquissimæ à gente, posteriores à principe quodam Doctore nomen acceperunt. Hinc summa illarum divisio est in Barbaricam & Græcanicam. Ista hac antiquior, frustra Græculis quibusdam obstrepentibus; sicuti vel unicus ille liber testabitur, Μαγικὸς inscriptus, à Plinio & Laërtio Aristoteli tributus. Ad Barbaricam sectam, more Græcorum, referimus illos, qui moribus ac lingua ab ipsis diversi erant: quales erant, Chal-

dæi, Babylonii, Cananæi, Atlantici, Libyci, aliique ab Augustino l. 8. de C. D. c. 9. recensiti, qui ferè Astrologiæ ac theoreticis studiis erant intenti. De Iudæis nil addo, cum de iis aliunde constet. Celebrantur quoque Phœnices, quorum Theologiam patria lingua scripsit Sanchuniaton Berytius. Theologia vero istis temporibus erat simul Philosophia gentium: iidemque Sacerdotes & Philosophi. Quales apud Persas aliosque Orientales populos erant Magi. Nam teste Luciano in Macrobiis non solum Persis sui erant Magi, sed & Parthis, Bactrianis, Chorasmiis, Ariis, Saycis & Medis, καὶ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις. Apud Indos celebres erant Gymnosophistæ, Brachmanes: & hi in varios ordines divisi Germanarum, Hylobiorum, Samanæorum: de quibus Strabo lib. 15. aliique videantur. Supersunt hodie quoque Brachmanes Philosophi: de quibus præter Linscotanum legi meretur Abrah. Rogerius, qui peculiarem de iis librum lingua vernacula scriptum edidit Lugduni Anno clɔ Iɔc LI. Is enim cum auspiciis Societatis Indiæ Orientalis in provinciam Chormandel missus esset, ut colonis & indigenis verbum Dei prædicaret, totos XV annos hoc munere functus est, & interea familiariter cum Brachmanibus vixit, omnemque eorum Philosophiam expiscatus est. Quanto in pretio, etiam hoc ævo, Sinensibus sit Tetrabiblion Morale Confutii, maximi inter illos Philosophi, quique 551. annis ante C.N. vixisse creditur, prolixe apud socios Iesuitas, Riccium & Nic. Trigautium in descriptione Expeditionis Christ. apud Sinenses, legere est. Nec destituti fuerũt suaPhilosophiaMoraliPhryges,

Ægy-

Ægyptii, apud quos celebrantur Isis, Osiris, Vulcanus & Mercurius: nec Thraces, apud quos floruit Zamolxis, Orpheus, Aglaophemus & Onomacritus. Nec Æthyopes, nec Schythæ. Apud hos enim, teste Iustin. lib. 2. boni mores plus valuerunt, quàm alibi bonæ leges. Nec veteres Celtæ, qui suos prædicant Bardos, Vates ac Druidas. Quomodo horum Philosophia omni exparte se habuerit, nemo forsan explanare poterit; cum pauca illius præcepta scriptis mandata, plurima moribus expressa fuerint: Et scriptorum non nisi centones & parietinas apud Historicos alioque Autores nonnullos reperiamus. Pergo ad Græcanicam: quæ in tres classes secernitur, Ionicam, Italicam, Eleaticam. Ionicæ princeps laudatur Thales Milesius, qui ferè Theoreticæ philosophiæ deditus fuit. Successores habuit Anaximandrum Milesium, Anaximenem Milesium, Anaxogoram Clazomenium, Archelaum Atheniensem, Socratem, qui primum Philosophiam (Theoreticam) ex cœlo in terram devocavit, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit, & coëgit de vita & moribus, rebusque bonis & malis quærere. Cic. 5. Tusc. qu. Thaletem primum animarum immortalitatem statuisse, testis est Laertius. Optimè vero omnium Socrates, uti quidem in illis tenebris potuit, de pleriſque capitibus à nobis propositis sensit: cujus doctrina apud Platonem & Xenophontem cognosci potest. Hic varios reliquit sectatores, qui pene seorsim singuli sibi Scholam condiderunt. Sed prius de Italica & Eleatica. Istius conditor est Pythagoras, qui illa Italiæ parte, quæ Magna Græcia dicebatur, (sub qua tunc etiam

com-

comprehendebatur Sicilia, uti ex Livio & Strabone Cluv. descr. Ital. ant. colligit) docuit. Hic grandem illum de transmigratione Animæ errorem ab Ægyptiis hausit, quam Græci μετεμψύχωσιν, μετενσωμάτωσιν & παλιγγενεσίαν appellant: Laertius τῆς ψυχῆς ἀποίκησιν vocat. Qui error plures peperit, ut carnium esu abstinerent, ne fortè sanguine propinquos devorarent. Sed probabiliter & hoc moris Ægyptii fuisse videtur, *qui multas volucresque feraſque proposuere deos.* Io. Reuchlin. l. 2. art. Cabal. hæc omnia symbolicè explicat. De reliquis quid statuerit Pythagoras, non item manifestum est, cum scripta ejus dudum ævo obliterata sint. Supersunt tamen quædam Pythagoreorum fragmenta Laertianis Vitis à Casaubono subnexa. Eleatica secta autorem habet Xenophanem Colophonium, quod dogmata attinet. Nomen accepit à Parmenide & Zenone Eleatis. Hunc secuti sunt Xenophanes, Parmenides Eleates, Melissus Samius, Zeno Eleates, Leucippus, Democritus Abderita, πένθλος dictus: cujus cognominis causam vide sis apud Laert. Epicuro per scomma Λημόκριτος, vel secundum alios Λημόκειτος appellatus. Protagoras Abderita, Metrodorus Chius, Diogenes Smyrnæus, Anaxarchus Abderites. Ex his Xenophanes quidem impiè de moribus docuit, & primum ἀκαταληψίαν statuit, fœcundissimum impietatis seminarium. Democritus finem Vitæ statuebat τὴν εὐθυμίαν, animi tranquillitatem, quæ illi etiam dicebatur ἰυστώ, qs. d. bonus rerum status: vel ἀειστώ, perpetuus rerum status. Protagoram jam suprà audivimus ex Cicerone professum esse, de Diis se non posse certi quid

statu-

ſtatuere, ăn ſint, vel non ſint. Anaxarchus vero dicebat, ſe ne id quidem ſcire, quod nihil ſciret. Hinc deſcendit ſecta Pyrrhoniorum, autore Pyrrhone Elienſi. Cognominabantur alias Ἀποφθικοὶ, ζητητικοὶ, ἐφεκτικοὶ propter ſuam ἐποχήν. Statuebant enim res omnes eſſe incertas, nec magis verum eſſe hoc quàm illud. Hoc appellabant etiam ἀρρεψίαν, ſi neque in hanc neque in illam partem vergeret ſententia: item ἀφασίαν, & ἀδιαφορίαν. Hinc auſi adſerere, nihil revera eſſe Honeſtum vel turpe, juſtum vel injuſtum, ſed homines judicium ferre pro legum inſtituto, vel conſuetudine; cum unũ non magis ſit quàm alterum. Circa hoc & illud notandum, quod maxima iis cum Academia Media ſit adfinitas, ut vix diſcrimen inter has ſcholas deprehendas. Hanc excipiat æquè pulchra ſcilicet ſecta, ab Epicuro Epicurea nuncupata, qui dogmata ſua ex Eleatica ſchola, inprimis à Democrito accepit. Hic ſummum bonum conſtituit in Voluptate, quam alii de voluptate corporis, alii de Animi voluptate ἀταραξίᾳ illi dicta, intelligunt: Laertius utramque illum complexum fuiſſe ait. Vt ut ſe hoc habeat, pernicioſiſſimus error fuit ille, quo omnem Dei Providentiam mortaliumque rerum curam negavit. Interim tamen quod maximè dolendum, id incrementum nacta hominum deſperata improbitas eſt, ut nulla ſecta frequentiores ſive inter Veteres Græcos & Romanos, ſive inter recentiores noſtrique ævi homines ſectatores conſecuta ſit.

Poſt hos revertemur ad Socratis Auditorium, quinam ex eo prodierint, quidque de moribus vel rectè vel malè tradiderint. Primus ſit in hoc ordine Ariſtippus Cyrenai-

renaicus, qui sectæ Cyrenaicæ nomen dedit, cujus triplex est propago, Hegesiaca, Anniceria, & Theodoria. Huic successit filia Arete : tum Aristippus filius μητροδίδακτος : post hunc Theodorus Ἄθεος, Hegesias πεισιθάνατος, Anniceris secuti sunt. Aristippus in voluptate finem Hominum constituit: unde apud Laertium dicitur, quod finem definiverit lenem motum ad sensum emanantem. Quam ob causam Galenus hanc sectam vocitatam ἡδονικὴν ait, & Auditores, ἡδονικούς. Arete in eadem sententia perseveravit, Summum bonũ in Voluptate sensum maximè movente, ponens. Theodorus & Hegesias quorum studiorum fuerint, ex cognomentis clarum est. Hos Cic. 3. de Natura Deor. Asotos appellat: cui & nos subscribimus. Memorantur etiam Eliaca & Eretrica sectæ : illius Phœdo Eliensis, cui Plato insignem de Animæ immort. dialogum inscripsit : hujus conditor fuit Menedemus Eretricus. Hi Socraticæ doctrinæ videntur adhæsisse. Sequitur Secta Megarica, quæ nomen traxit ab Euclide Megarico Socratis auditore. Successores habuit Eubulidem Milesium, Clitomachum Thurium, Stilponem Megarensem, Alexinum Eliensem, à contentionis studio ἐλεγξῖνον dictum : Apollonium τὸν Κρόνον, Diodorum illi cognominem. Hi ferè Dialectices fuerunt studiosi, unde διαλεκτικοὶ appellati. Euclides verò Bonum voluit esse unum quid, quod diversis nominibus comprehenderetur, & modo Prudentia, modo Deus, modo Mens, modo alio nomine diceretur. Hos ponè sequitur Cynica Secta, cujus autor fuit Antisthenes Socratis discipulus, sectatoresque habuit Diogenem Sinopensem, Onesicritum, Cratetem Thebanum, Metroclem, Menippum

Phœnicem: cujus libri quod multis facetiis essent referti, Varro Satyras suas Menippeas adpellavit. Celebratur etiam Demetrius quidam Cynicus, qui sub Domitiano vixit, atque omnem Cynicorum doctrinam complexus fuit, teste Philostr. in vita Apollon. c. 8. Quæ hujus Nationis instituta fuerint, prolixè ac egregiè narrat Arrian. in Epictet. lib. 3. c. 22. περὶ κυνισμοῦ. Finem suæ Philosophiæ dicebant esse, vivere ex Virtute: quocirca spretis honoribus, nobilitate, opibus, parcè ac duriter vitam agebant, oleribus vescentes ac herbis, frigidam bibentes, & sine calceamentis obambulantes. Iulianus Apostata Orat. 6. finem eorum fuisse inquit Ἀπάθειαν, quod ipse perinde esse ait, ac Deum fieri. Qualis sane doctrina non est Philosophica, sed perquam superba & blasphema. Paulò post idem Imper. ita loquitur: Cynicæ sectæ idem est, qui universæ Philosophiæ finis, Beatitudo, τὸ εὐδαιμονεῖν: Ea vero consistit in hoc, ut secundum naturam, non ex multorum opinione vivamus. Sed & plura alia ibidem de his legi poterunt. Cæterum cum non minus exemplo quam ore corrigere mores hominum studerent, quædã agebant, quæ ab humanitate abhorrebant. Hinc Sen. de brevit. vitæ c. 14. ait, *Stoicos hominis naturam vincere, Cynicos excedere.* Ab his rectà nos convertimus ad Stoicã Scholam ex Cynica natam, cujus princeps fuit Zeno Citticus. Hic enim cum Cynicam impudentiam haut æquo animo ferret, dogmata autem ferè amplecteretur, peculiarẽ sectam instituit, cujus φοιτηταὶ primum Zenonii, pòst à loco Stoici dicti sunt. Quædam tamen etiã ex veteri Academia retinuit, Cratete Athenensi & Polemone in ea auditis. Vul-

tus ejus fuit tristis & acerbus. Corrugabat frontem, & ora contrahebat. Vsus est simplicissimo victu, crudis cibis, tenui pallio, eratque omnino patientissimus. Discipuli illius celebrantur Persæus Cittieus, Aristo Chius, Athenodorus Solensis: sed hoc nomine tres feruntur Stoici, omnes Cilices. Erillus Carthaginiensis, qui tamen à Zenone defecit. Finem dixit esse scientiam. Dionysius Metathemenus, qui item à Magistro desciuit ad Cyrenaicos, & in voluptate finem posuit. Cleanthes Assius, genuinus discipulus, & in schola successor: Pater Stoicorum, & Majorum gentium Stoicus Ciceroni. Hujus auditor fuit Sphærus Bosphoranus. Item Chrysippus Solensis: cujus numerantur Laertio volumina 705. quæ scripsit. Hunc audivere Diogenes Babylonius, cum Carneade publici negotii causa ab Athenienſibus Romam missus bello Punico II. Cic. 4. Tusc. Et Antipater Sidonius, quem Cic. 3. de Offic. Acutissimum hominem vocat, eumque laudat Sen. ep. 92. Hujus auditor fuit Panætius Rhodius, clarus libris de Officiis, quorum Cicero in suis frequenter meminit, eumque Principem Stoicorum appellat 4. Acad. Familiaris Lælio, & Scipioni Africano Minori, qui eo semper comite usus est. Antipatrum etiam audivit Posidonius, Apameæ in Syria natus, quem Pompejus, cujus historiam eum scripsisse meminit Strab. lib. 11. magnifecit. Ipse quoque Strabo ait, illum fuisse sui ævi virum πολυμαθέστατον. Hi sunt, qui in Græcia docuerunt, quorum ætas ad Augusti imperium se extendit. Nec jam ultra quæremus. Ex Romanis nobilissimi Viri hanc sectam admirati sunt: Tubero, & præcipui ICtiali. In-

signi-

signior aliis Cato, item Varro. Post hos Thraseas Pætus, Helvidius Priscus; Rubellius Plautus: de quibus consuli poterunt Taciti Annales. Ipse quoque Imp. Antoninus: quo imperante plures Stoici fuisse perhibentur, quàm alius cujuspiam sectæ. Præprimis memorandi sunt, qui Neronis tyrannide floruerunt, Epictetus Hierapolitanus, & Seneca. Laudantur etiam ante hos Archidemus & Sotion: hunc quidem Seneca audivit. Ex antiquis Theologis etiam nonnulli in hac schola profecerunt. In his Pantænus Alexandrinus Episcopus, ad Brachmanas missus, ut eos converteret, teste Hieronymo. Hujus discipulus fuit Clemens Alexandrinus, non uno loco sectam prodens. A Stoa ad Academiam Veterem pergimus. Hujus caput Plato est, olim *Aristocles dictus*: qui cum præstantissimis usus fuisset Doctoribus, Athenas rediens in Academia docuit, â qua Secta Academica nomen obtinuit: Cumque postea plures Academicæ scholæ instituerentur, hæc discriminis causa Vetus fuit cognominata. Hic Plato superiores omnes divino ingenio superavit, claritatemque eorum restinxit, exortus uti æthereus sol: quod Lucretii elogium rectius sane huic, quàm Epicuro, debetur. Moralem quod attinet Civilemque Philosophiam, plurimis ac eruditissimis eam libris illustravit, in qua tantò felicius versatus fuit, quod omnia nostra Principia ferè rata habuerit, & iis, uti par erat, plurima superstruxerit, paucis exceptis. Eminent autem inter ejus scripta Politica, x. de Repub libri, & xii. de Legibus. cum sua Epinomide. In quibus non solum de Honesti ac Iusti principiis solidissime disputat, sed & de iis omnibus officiis, quæ

ad societatum conglutinationem ac felicitatem inprimis faciunt; si unum eumque grandem errorem excipias: de quo infra. Successit illi in schola sororis filius Speusippus: huic Xenocrates Chalcedonius, cujus libellus de Morte supereſt, quem Marſ. Ficinus, de hac schola optimè meritus, latine translatum Petro Cosmo dedicavit. Hunc excepit Polemo: tum secutus Crates Athenienſis: post hunc Crantor Solenſis. Hunc primum fuisse omnium, Proclus in Timæum adfirmat, qui in Platonem commentatus est. Hæc vetus Academia Magistros habuit, qui omnes Platonis vestigiis institisse leguntur. Academiam Mediam instituit Arcesilaus, seu Arcesilas, Pitanæus ex Æolide. Hic ex Platonicis primus de omnibus dubitavit, & ἀκαταληψίαν καὶ ἐποχὴν amplexus est, h. e. nihil verè posse percipi, adeoque adsensum esse cohibendum. Socrates quidem & Plato etiam sæpe εἰς ἑκάτερον disputabant, sed ut verum invenirēt, eoque dogmaticis accensendi: At Arcesilas omnia dixit esse ἀκαταλήπτα, incomprehensibilia. Et quamvis Socratis se exemplum sequi professus sit, qui solitus erat dicere, se nihil scire; hoc modestiæ gratia à Socrate, Sophistas suos premente, factum esse censendum est potius, non quod nihil decerneret; cum sæpe id factum ab ipso esse legamus. Successores illius Lacydes, Telecles, Evander, Hegesinus Pergamenus, Clementi Alex. Hegesilaus, homines inglorii fuerunt. Novæ Academiæ autor fuit Carneades Cyrenaicus, qui Stoicorum & inprimis Chrysippi libris perlectis, modice illis reluctatus est, inquit Laert. Successorem nactus est Clitomachum Carthaginiensem, qui patria lin-

gua

gua Asdrubal dicebatur. Inter hanc Novam & Mediam id erat discrimen: quod hæc omne è rebus verum tolleret; illa autē Verum aliquid aut Falsum esse concederet quidem, sed à nobis percipi non posse. Non enim nobis illa κριτήρια adesse, quorum adminiculo & vi verum à falso secernatur: Adeoque propter rerum incertum, ἐποχὴν quoque adprobabat; sic tamen ut probabilis de vero aut falso disputatio esse posset. His Sex. Empiricus lib. 1. cap. 33. Pyrrhon. hypotyp. Quartam & Quintam aggregat Academiam. Quartæ conditores sunt Philo & Charmidas: quorum schola propius ad veterem Academiam accessit. Tribuerunt enim Sapienti δόξαν Opinionem, ac esse quædam καταλήπτα statuerunt; quæ tamen κατάληψις facile possit labefactari. Quintam instituit Antiochus, Philonis auditor, qui veterem Academiam restituere moliebatur: at κριτήρια quod concernit, Stoicis adhærebat; imò his ferè semper fuit propior, licet maximè Veteri Academiæ addictus haberi vellet. Vixit Ciceronis ætate, qui ejus meminit 4. Acad. Qu. His quædam cognitu sane longè utilissima attexere lubet de Platonicis Iunioribus; quod hæc tractatio ab instituto nostro non erit aliena: ut eo distinctius percipiamus, quomodo vel Platoni suo adhæserint, quibusque studiis ac opinionibus dediti fuerint alii præ aliis, & quomodo nonnulli cum Peripateticis posterioribus collisi fuerint. Strictim vero & hos persequemur. Cum tot, uti dictum est, modis Vetus Academia mutasset, & non unam maculam contraxisset, posteriori ætate qui Platonis Philosophiam amplexi fuerunt, non Academici, sed Platonici di-

ci vo-

ci voluerut, tanquam Platonis γνήσιοι sectatores, ut ita Academicorum exosam homonymiam à se declinarent. Creditur autem hoc nomen natum Alexandriæ; Nam Philo Iudæus, qui Impp. Caligula & Claudio vixit, Platonicus fuit: unde de eo hoc celebratur adagium: ἢ Πλάτων Φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. Tribui illi solet Liber, inprimis Moralis, qui Sapientiæ dicitur in Bibliis. Apulejus Afer nobilis quoque inter hos fuit, qui ætate Divorum Fratrum Impp. claruit. Lactantius, Hieronymus & Augustinus illum Apollonio Tyaneo, & hujus farinæ Magis annumerant: ut videri potest apud Elmenhorst. in vita Apulei. Maximus Tyrius Romæ sub Commodo floruit, cujus Sermones Platonicos aliaque scripta post Cosmum Pactium & Henr. Stephani, nitidissime edidit Dan. Heinsius. Laudatur quoque Chalcidius Grammaticus, cujus exstat Commentarius in Timæum Platonis. Hoc fortassis major fuit Plotinus, Lycopoli Ægypti opido natus. Floruit sub Gallieno, & Præceptorem habuit Ammonium. Vita illius ab Eunapio descripta legi potest. Hujus & Amelii discipulus fuit Porphyrius, Origenis condiscipulus, gente Tyrius, patria lingua Malchus dictus, qui sub Aureliano celebris fuit. Longinum Cassium quoque audivisse dicitur: quem Eunapius βιβλιοθήκην ἔμψυχον καὶ περιπατοῦν μουσεῖον appellat: *Vivam Bibliothecam & Musæum ambulans.* Sequitur Iamblichus, Chalcide Cœlesyriæ opido natus, qui Imp. Constantino M. liberorumque ejus & Iuliani ætate vixit, Porphyrii auditor, vir fuit superstitiosissimus; & si vera sunt, quæ de illo apud Eunapium exstant, damnata ope in plerisque usum fuis-

se,

se, credibile est. Familiariter vixit cū Anatolio, Laodiceæ Syriæ, uti Gesnerus putat, Episcopo. Præcipuos habuit discipulos, Sopatrum Syrum, Ædesium, Eustatium Cappadocem, Theodorum & Euphrasium, Græcos. Hunc excipiunt Alcinous, & Syrianus Alexandrinus, quorum hic (nam de prioris ætate ambigunt) vixit circa A.C. 470. Hunc audivit Proclus Lycius, floruitq; circa finem Seculi V: Διάδοχος ob successionem in Schola Plat. κατ' ἐξοχήν cognominatus. Habuit discipulum & successorem Marinum, qui illius vitam scripsit. Præter jam enumeratos celebres fuerunt superioribus seculis etiam Georgius Gemistus Pletho, Constantinopolitanus, qui circa Friderici III. tempora vixit. Hic inter alia Libellum edidit de iis, in quibus Aristoteli cum Platone *non convenit*, & quod potior sit Platonis sententia. Huic *quidam* se opposuit Georg. Scholarius, qui Aristotelem *defendit*: quem Gemistus alio libello edito refutare instituit. Gemistus reliquit discipulum Bessarionem, gente Græcum, Ecclesiæ Rom. Cardinalem & Patriarcham Constantinop. qui clarus fuit circa A. C. 1473, sedente Nicolao V. Pont. Hic Vatinianum illud Platonicorum & Academicorum dissidium fovit, Platonem propugnavit, Aristotelis Philosophiam quibus potuit modis extenuavit, carpsit, damnavit. Huic magna animi contentione se opposuit Georg. Trapezuntius, de quo infra. His inter Latinos recentiores jungo præclarissimum Platonicum Marsilium Ficinum, Florentinum, qui circa Maximiliani I. tempora vixit, cujus ingens fuit labos ac felicitas in transferendis e-

dendisque scriptoribus Platonicis: ipso inquam Platone, Plotini Enneadibus, Xenocratis libro de Morte, Speusippi, Alcinoi & Pythagoræ etiam opusculis: item Dionysio Martyre, quem falso Areopagitam nominant. Ne quid dicam de Libris ejus, quos ipse ex suo ingenio condidit. Quantus ille Vir fuerit, hinc facile colligere est; uti & ex volumine Epistolarum à se, & Angelo Politiano editarum. Ab his tandem nos conferimus ad Lyceum, in quo floruit Secta Peripatetica, cujus princeps fuit ὁ δαιμόνιος Aristoteles, Stagira Macedonico opido oriundus. Non fuit auditor Socratis, uti perperam nonnulli putant; hic enim obiit anno 1. Olymp. xcv: Aristoteles vero natus est anno 1. Olymp. xcix. Platonem audivit integrum vicennium: qui illum propter legendi adsiduitatem Ἀναγνώστην, propter ingenii acumen Νοῦν suæ scholæ appellavit, uti tradit Ammonius. Quantam ille rerum omnium cognitionem, quamque accuratam, habuerit, testes sunt Libri ejus superstites, & Index Laertianus: De quibus qui plura scire desiderat, adeat Ammonium in vita Aristot. & scriptorem Anonymum Vitæ Aristotelicæ à Nunnesio editum. Antequam vero de doctrina hujus morali dicamus, age verbo attingamus successores illius, ne quis fortè illos desideret, cum in cæteris hanc operam posuerimus, atque etiam hæc enumeratio magis sit profutura, lucemque fœneratura sequentibus. Aristoteles igitur successorem sibi constituit Theophrastum Eresium seu Lesbium; Eresus enim sive Eressus Lesbi opidum est. Videatur hac de re elegans narratio Gellii lib. 13. c. 5. Olim dicebatur Tyrtamus, propter elo-

eloquentiæ ſuavitatem à Magiſto Theophraſtus dictus, teſte Strab. lib. 13. Scripſit plurimos libros, quos videre eſt apud Laertium, etiam Morales, ex quibus ſuperſunt χαρακτῆρες ἠθικοὶ, nec hi tamen integri. Celebres poſt hunc fuere duo Eudemi, Cyprius unus, cui defuncto Ariſtoteles Dialogum de Anima conſecravit: alter Rhodius, cui Ethica Eudemia dedicaſſe creditur. Hujus frater Paſicrates eandem ſcholam frequentavit. Sequitur Theodectes, ad quem libros quoſdam Rhetoricorum miſit Ariſtoteles. Dicæarchus Meſſenius, Siculus, inter præcipuos Lycei auditores; à Magiſtro tamen turpiter in eo recedens, quod animum dixerit eſſe nihil, referente Tullio 1. Tuſc. qu. Ariſtoxenus Tarentinus, Theophraſti æmulus. Phanias Ereſius ſeu Leſbius. Clearchus Solenſis. Hipparchus quidam, auditor & conſanguineus Ariſtotelis. Calliſthenes item, illi genere propinquus. Hic cum Alexandrum M. auſteritate ſua irritaſſet, fidemque illi ſuam ſuſpectam reddidiſſet, miſerè periit. Sequitur Nicanor non ſolum literis à Philoſopho imbutus, ſed & in familia educatus, cui teſtamento filiam ſuam Pythiam nuptum dedit. Hermias Eunuchus, qui de immortalitate Animæ ſcripſit, teſte Suida. Præter hos quoque recenſentur Æſchrion Mitylenæus, Palæpharus Abydenus, Philo quidam, Socrates Bithynus, Plato Iunior, Satyrus, Leo Byzantius, Mneſon Phocenſis, Meno, Antipater Iolai, qui in Macedoniæ regnum ſucceſſit. Hi fuere præcipui Ariſtotelis diſcipuli. Theophraſtum audiverunt Strato Lampſacenus, Phyſicus appellatus, qui Magiſtro in ſchola ſucceſſit. Lyco, Aſtyanactis filius, Troadenſis, ſuc-

cessor in Schola, propter suavitatem dicendi Glycon à nonnullis dictus. Ad hujus usque obitum Peripateticorum successionem ex Diogene Laërtio habemus: Pertexemus igitur ex aliis seriem hujus classis. Demetrius Phalereus, Theophrasti auditor fuit, Athenas rexit decennium, æneis statuis honoratus 360, quas invidia postea prostravit. Strab. lib. 9. Aristo Ceus Lyconi in schola successit, Cic. 5. de Fin. Huic Critolaus Phaselites: de quo Cic. de Orat. & Gell. l. 7. c. 14. videantur. Hunc excepit Diodorus, qui Clementi Alex. in successionis ordine sextus ab Aristotele dicitur, hac serie, Theophrastus, Strato, Glyco, Aristo, Critolaus. Inter hunc Diodorum & Andronicum Rhodium quatuor alii in Peripatetica schola doctores fuerunt. Ammonius enim lib. de Interpret. ait, Andronicum ab Aristotele fuisse undecimum. Cum vero præter hos quatuor etiam alii laudentur Peripatetici, eorum quoque nomina recitabimus. Vixerunt autem omnes intra Stratonis & Andronici tempora. Hieronymus Rhodius, cujus magnum nomen fuit. Aristones duo, præter illum Ceum: quorum alter Alexandrinus, alter ab Ilio. Demetrius Byzantius, Aristobulus Judæus, Phormio, Agatarchides Cnidius, Staseas, Cratippus: quem Cicero Athenis docentem audivit. Post hunc est Andronicus Rhodius, de quo plura infra. Boëthus Sidonius, Aristo Cous, Nicolaus Damascenus, qui Augusto Imp. floruit, vir admodum illustris. Eodem regnante laudantur Athenæus & Xenarchus. Strab. l. 14. Alexander Ægæus: Suidæ Peripateticus, Neronis præceptor. Patricius in suis Discuss. Stoicum fuisse adfirmat p. 137. Sotion Alexandrinus,

drinus, Achaicus, Phavorinus Arelatensis, Gallus, qui sub Trajano & Hadriano claruit. Taurus Berytius sub Antonino vixit: qui primus, Suida teste, de dogmatum Platonis & Aristotelis differentia scripsit. Alii hunc Platoni cum fuisse volunt. Adrastus Aphrodisiensis, Aspasius, Herminus, Aristocles Messenius, Alexander Aphrodisiēsis, Claudius Galenus, Ammonius Alexandrinus, sub Commodo Imp. Olympiodorus, diversus ab illo Olympiodoro, qui in Platonē commentatus est, uti monet Patricius: quos tamen Gesnerus confundit. Themistius sub Iuliano & Iloviniano claruit. Eodem tempore vixit Didymus Alexandrinus, Cæcus, Peripateticus & Platonicus. Post hos celebris fuit Proclus, & Ammonius Hermiæ à patre cognominatus, ad differentiam veterum duorum, *Ammonii* Sacci, & *Ammonii* Ægyptii. Hujus auditor Simplicius Phryx fuit, imperante Iustiniano. Io. Grammaticus, qui adsiduitate Philoponi cognomen meruit. Asclepius Trallianus, eorundem condiscipulus. *Ab* eo tempore usque ad imperium Michaelis Theophili filii præter Io. Damascenum vix cujusquam Philosophi nomen reperitur. Fuit autem is sub Leone Isauro & Constantino Copronymo circa A. C. 740. Cur vero Scholæ Philosophicæ ista tempestate ita obticuerint, in causa fuerunt Saraceni, qui gravi expeditione suscepta Græciam terra marique adgressi sunt. Fuerunt inter hos viri ingenio minimè barbaro, ac industria præcellenti, qui, cum in Philosophorum Græcorum libros incidissent, Mathesin primo adamare, mox reliquas Philosophiæ partes excolere & in Arabicam linguam transferre cœperunt: inque his, temporis progressu diligentis-

simè se exercuerunt, alioſque erudierunt, Academiis publicis conſtitutis Tuneti, Tripoli, Conſtantinæ, Marocci & Feſſæ. vid. Io. Leon. Hiſtor. Afric. Poſtea cum imperio Philoſophica ſtudia etiam in Hiſpaniam protulerunt, celebreque Gymnaſium Cordubæ excitarunt. Vbi clari præ aliis fuerunt Avicenna Hiſpalenſis, gente Arabs, quem Andreas Alpagus, qui xxx annos Arabicæ linguæ ſtudio in Syria impendit, & hujus Philoſophi ſcripta tranſtulit ac edidit Ebenſinam appellat. Etſi vero Muhammedanus fuerit, religionem quod attinet, Librum tamen ſcripſit, Machad, i. e. de loco, quò poſt mortem Anima ſe ſit receptura, & ſimul de reſurrectione corporis diſſeruit. Alter eſt Averroës, Thomæ Erpenio Ibno-Rafiidus, ἐξηγητὴς cognominatus, propter eruditiſſimas in Ariſtotelicos libros commentationes. Oppreſſa igitur à Theophili tempore fuit Græcorum Philoſophia, uſque ad ætatem Michaelis, qua Bardas deſignatus Cæſar, præter legum civilium etiam iſtiꝰ ſtudia ex tenebris in lucem protulit circa A. C. 950. qua de re videri poteſt Zonaras. Poſt hos Impp. floruit Euſtratius Archiepiſcopus Nicenus. Cum in Oriente Michaël Stratiotes, in Occidente Henricus IV imperio præeſſent, floruit Michael Pſellus, Platonicæ & Peripateticæ doctrinæ ſcientiſſimus, præfectus ſtudiis Michaelis Ducæ circa A. C. 1058. Vid. Leo Allat. diſſert. de Pſellis. Circa eadem tempora claruere Michaël Epheſius, & Magentinus Metropolita Mitylenæus: poſtque hos ſemper fuere in Græcia, qui Peripateticam Philoſophiam interpretarentur, uſque ad Conſtantinopolis miſerabilem ἅλωσιν, quæ contigit ſub Conſtanti-

ſtantino Palæologo, & apud nos Friderico III. Impp. Celebres iſta ætate fuere inprimis hi: Nicephorus Blemmida, imperante in Oriente Ioanne Duca, apud Germanos Friderico *II.* Gregor. lib. 5. hiſtor. Byzant. Georgius Pachymerius, παχυμερὴς, cognomine Hieromnemon, circa A. C. 1280. Theodorus Metochita, apud Andron. Palæologum magnus Logotheta, qui provixit ad A. C. 1332. Nicephorus Gregoras, qui circa A. C. 1360. floruit. Poſt hos vixit Maximus Planudes, Monachus Conſtantinopolitanus, circa A. C. 1370, ſecundum Genebrardum in Chronicis ſuis. Circa hanc tempeſtatem celebre quoque fuit nomen Theodori Gazæ, qui obiit circa A. C. 1478. Hunc ponè ſequuntur Ioannes Argyropylus, Byzantius: & Georg. Trapezuntius. Quorum *poſtremus* adverſarius fuit Beſſarionis: uterque ſanè, tanquam duo galli gallinacei commiſſi, acerrimè de Magiſtrorũ ſuorũ dignitate dimicaverunt. Pro Ariſtotele tres libros ſcripſit Trapezuntius, quos edidit Venetiis Auguſtinus Claravallis Eremita *Anno* 1523, quibus comparationem inſtituit inter duos illos Philoſophos, eo eventu, ut non ſolum inferiorem Ariſtotele Platonem judicet, ſed Epicureis & Muhammedanis maxime adfinem ſcribat. Qua indignitate commotus Beſſarion, viciſſim in adverſarium calamum ſtrinxit, veritus, ne, reſponſione intermiſſa, Platonis manibus doctorum excideret. Quæ hos exceperunt tempora, nonniſi barbarie & immanitate Turcarum nota ſunt: ut quidem illorum inundatione omne literarum ac philoſophiæ in Græcia decus abſorptum ſit penitus ac deletum. Sed hæc hactenus.

Cap.

CAPVT VII.

Instituitur brevis Censura circa enumeratarum Sectarum præcipua Placita Moralia.

EXserto quasi digito variarum sectarum placita demonstravi, & inprimis quæ ad doctrinam Moralem pertinere videbantur attigi. Etsi enim de singulis plura alia adferri possent, nostro tamen negotio sufficere arbitratus sum, si hæc solum indicarentur. Quæ si quis attentius examinet, protinus intelliget illa Aristotelis, quæ lib. 1. c. 3. §. 3. leguntur: τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. *Est vero in iis rebus, quæ honestæ & justæ sunt, quas civilis scientia considerat, tanta varietas, tantaque in eis versatur erratio, ut lege modo, non autem natura constare videantur.* Nec vero sine causa quis miretur tantam sententiarum discrepantiam ac studiorum diversitatem, cum idem Ius Naturæ scriptum sit omnibus, eademque Iudicij Practici vis à Deo humanæ Rationi sit indita. Præcipua igitur hujus rei causa est, quod illam vel prava educatione obfuscaverint, vel pertinaci malitia exstinxerint, ut Veritatem Practicam cernere amplius nequiverint. Quicunque enim rectum actionum humanarum finem non ponunt, non possunt non cæcutire, & tanquam Andabatæ temerè disputationum tela miscere. Imo non solum diversos sibi fines præfixerunt multi, sed planè de actionum humanarum meta incerti fuerunt ac dubii: unde non potuit non sequi ingens illarum confusio ac improbitas. Nam πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτῶ μεγά-

μεγάλω ἐχειροπήν. καὶ καθάπερ τοξόται, σκοπὸν ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος. *Finis cognitio magnum ad vitam degendam habet momentum: & hoc perspecto, scopum certum nobis propositum habentes tanquam sagittarii, id, quod expetere nos oportet, facilius consequemur*; ait Philosophus lib. 1. c. 2. §. 2. Quando igitur vel non verus, vel nullus actionum finis constituitur, paulatim earundem principia communissima negliguntur ac evertuntur, ut alii vel Deum non agnoscant, vel ejus Providentiam irrideant, vel eodem busto animam cum cadavere condant. Cæterum si secundum eandem seriem in singulis sectis graviores errores verbo tangam, officio meo demum satisfecero. Barbari quidem etsi egregias quasdam παραινέσεις habuerint, fœdissimis tamen erroribus suam sive Theologiam sive Philosophiam conspurcarunt. Ita de Babyloniis refert Herodotus lib. 1. quod illorum mulieres oraculi cujusdam monitu apud Veneris fanum solitæ fuerint cum hospite corpus miscere. Strabo lib. 2. de fano Veneris Corinthiaco memorat, quod plures quam mille habuerit sacrorum famulas meretrices. Persæ promiscua usurpabant connubia cum matribus, sororibus, filiabus. Massagetæ senes decrepitos mactabant & comedebant. Tibareni illos è rupe præcipites dabant. Hircani & Caspii devorandis hominum cadaveribus canes alebant. Derbices eos, qui LXX annum excessserant, jugulabant, carnes genere proximi absumebant: vetulas strangulabant, inde sepeliebant: vti refert Ælian. lib. 4. c. 1. Scythæ illos, quos defunctus quispiam olim amasset vivos cum eodem infodiebant. Id quod Americani

nonnulli hodie faciunt, qui se comburendos eidem rogo injiciunt, cui cadaver est impositum, magno cum tripudio, amorisque sinceriſſimi elogio. Quot fuere gentes, qui homines, imò liberos, virgines aut nobiliores è populo idolis immolarunt. Phœnices, hosque peſſimo exemplo imitati Iſraëlitæ; Carthaginienſes, & exprisciſ Græciæ populis nonnulli Arcades, Ioneſque. Idem narratur de Tauroſcythis, & de Gallis. l. Cæſar lib. 6. Ægyptiorum, bone Deus! quàm horrida fuit religio, quos etiam Satyra xv. perſtringere voluit Iuvenalis:

Quis neſcit, Voluſi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocod. lon adorat
Pars hæc: illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibin.
Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci.
Illic æluros, hic piſcem fluminis, illic
Opida tota canem venerantur, nemo Dianam.
Porrum & Cepe neſas violare, ac frangere morſu.
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina! Lanatis animalibus abſtinet omnis
Menſa. Neſas illic fœtum jugulare capellæ,
Carnibus humanis veſci licet. &c.

Quis non deteſtetur illos, qui Febrem, Scabiem, Voracitatem, Cloacinam, Stercutium, aliaque hujus generis in Deorum Dearumque numerum retulerunt. Et quis omnem impietatem vanitatemque gentium enumerabit? Pleni his ſunt Hiſtoriarum libri cum veteres, tum quibus utriuſque Indiæ deſcripti leguntur hodie mores. De Pythagorica non licet multa differere; cum ſcripta nobis deſint,

& ob-

& obscurissimis omnia ænigmatibus fuerint involuta. Mirum tamen in modum veram de animæ immortalitate sententiam sua μετεμψυχώσει inquinavit: unde grave ludibrium debet acerbissimo Censori Luciano, qui in Somnio suo ita loquentem facit Gallum cum patrefamilias Micyllo, ut diceret varias se personas tempore belli Trojani sustinuisse, pòst factum esse Pythagoram, ex hoc Aspasiam meretricem, tum Philosophum ex scorto, Cratetem Cynicum. Deinde, inquit, factus sum Rex: mox pauper: paulò post satrapes, dehinc equus, graculus, rana, aliaque innumerabilia; perlongum enim fuerit singula recensere. Postremo Gallus, atque id sæpius; nam hoc vitæ genere sum delectatus. Interea & aliis diversis mortalibus servivi, Regibus, pauperibus, divitibus, postremo nunc tecum vivo, rideoque quotidie &c. Damnanda quoque est Eleaticæ secta ἀκαταληψία, qua Protagoras inductus videtur, ut de Diis nil certi se statuere posse profiteretur. Pejor hac fuit Pyrrhoniorum ἐποχὴ & ἀπραξία. His enim maximè necessaria actionum principia vel dubia reddebantur, vel penitus destruebantur; quibus tamen

Fidere tam fas est, quam dubitare nefas.

In his enim qui animi pendet, nihil potest rectè de vita sua statuere, sed omne Naturæ jus conculcat & à vaga hominum opinione omne honestum ac turpe æstimat, quo nihil absurdius & à Philosophica veritate alienius esse potest. Epicurei cum in Voluptate appetitus terminum constituissent, quomodo potuerunt rectæ rationi convenienter vivere? Etsi enim benignissima explicatione hoc decretum

adjuvetur, tam variè tamen de eo locuti sunt, tamque periculosè, ut quamplurimi non honestam animi, sed fœdissimam corporis voluptatem & intellexisse & sectati fuisse videantur. Minime omnium vero tolerandum est, quod Dei Providentiam pernegaverint: unde quæ mala proveniant, nemo rectius Cicerone edisseret. Ejus hæc sunt verba 1. de Nat. Deor. *Sunt Philosophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere censerent humanarum rerũ procurationem Deos. Quorum si vera sententia est, quæ potest esse pietas, quæ sanctitas, quæ religio? hæc enim omnia purè ac caste tribuenda Deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab his, & si est aliquid à Diis immortalibus hominum generi tributum. Sin autem Dii neque possunt nos juvare, nec volunt, nec curant omnino, nec, quid agamus, animadvertunt, nec est quod ab his ad hominum vitam permanare possit; quid est, quod ullos Diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In speciem autem fictæ simulationi, sicut reliquæ virtutes, ita pietas inesse non potest, cum qua simul & sanctitatem & religionem tolli necesse est: quibus sublatis, perturbatio vitæ sequitur, & magna confusio. Atque haut scio, an pietate adversus Deos sublata, fides etiam & societas humani generis, & una excellentissima virtus, Justitia, tollatur.* Nec magis probanda est Cyrenaicorum doctrina Ethica, cum in illorum Schola enata fuerit ἀθεότης, ἀυτοχειρία & in Voluptate sensum maximè titillante, finem ac felicitatem summam constituerint. In secta Megarica cum Euclides Bonum voluit esse unum, diversis nominibus solũ distinctum, sine dubio multa non sine veritatis ac probitatis jactura miscuit, ac confudit. Quid dicam de profligata Cynicorum

inverecundia, qui in propatulo coibant; quemadmodum de Cratete ejusque uxore Hipparchia legimus. Bene hac de re disputat Cicero 1. Offic. *Corporis nostri magnam Natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram reliquamq; figuram, in qua esset species honesta, eã posuit in promptu: quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, adspectum essent deformem habitaræ atque turpem, eas contexit atque abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Quæ enim natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, removent ab oculis, ipsique necessitati, dant operam, ut quàm occultissimè pareant: quarumque partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes, neque earum usus suis nominibus adpellant; quodque facere non turpe est, modo occultè, id dicere obscenum est. Itaque nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat, nec oratio obscenitate.* His ita positis, in sequentibus Cynicos exterminat his verbis: *Cynicorum natio tota ejicienda est; est enim inimica verecundiæ; sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum.* Add. etiam Luciani Cynicum. Stoicos, pene Cynicos secundum Ciceronem, nescio profecto cur tantopere nonnulli laudent. Haut equidem diffiteor, fuisse nonnullorum huic sectæ addictorum doctrinam longe gravissimam, verbis ac sententiis supra modum magnificam, & ad utriusque Fortunæ casus, variamque rerum humanarum conditionem sic satis compositam: at si nucleum magis inquirere, quàm verborum corticem legere malimus, fundamentis nititur illa nimis quàm imbecillibus planeque siculneis. Si enim ad fatuitatem Fati omnia revocaveris, necessario impetu cuncta ferentis, quid quæso

in actionibus hominum potest esse boni aut mali, quibus ea ratione omnem libertatem demis. vid. Gell. l.6. c.2. Hinc Seneca alicubi, Sive, inquit, Deum dixeris, sive Providentiam, sive Fatum, sive Necessitatem, idem semper dices. Quid quod ad αὐτοχειρίαν tanquam sacram ancoram toties in scriptis factisque ipsis confugiant, facinus Deo & rectæ Rationi maximè exosum, imo quo complura illorum Decreta alia everruntur: sicuti ostendimus in Diatriba nostra περὶ Αὐτοχειρίας. Quid quod nec de Deo satis pie senserunt, cui nonnunquam suum Sapientem præferunt, quod hic ex virtute, Deus per naturam sua felicitate fruatur. Et quando modestissime loquuntur, EX PARI Sapientem cum Deo vivere, adserunt: Hunc etiam in tormentis beatum esse, propter ἀπάθειαν & ἀναλγησίαν; adeoque Adfectus omnes esse vitiosos atque exstirpandos: quo ipso Naturæ sapientiam in hoc Μικροκόσμῳ impudenter cavillantur. Plura sunt hujus notæ ipsorum Decreta, quæ verbis ingeniosis incrustata insignem splendorem mentiuntur; at si penitius inspicias, facile personatos magistros, vanitatemque doctrinæ adgnoscas, partim impietate, partim stoliditate refertæ: ut sine injuria Stoicos insanire dicere liceat, cum omnes stulti, ut ipsi ajunt, insaniant. Quod si vero horum παραφυάσεις veris quis principiis accommodet, plurima non solum toleranda, sed & in deliciis habenda fuerint: At si domesticis superstruere eadem velis, vacillabunt omnia & tantum non collabascent. Pauca etiam de Academicorum opinionibus dicamus. Nullum vero dubium est, quin Plato omnes superiorum ætatum Philosophos superaverit,

& lon-

& longe majores gradus in Sapientiæ ſtudiis fecerit. Noſtrã quod concernit, ingenium ſuum acre ac ſublime ad miraculum uſque in iis exercuit; niſi quod in quibuſdam ab eo deſtitutus fuiſſe videatur. Qua de cauſa merito grandem illum fœdumque errorem notamus, de rerum communione, quo omnia ſatis concinne hactenus atque affabrè exſtructa diruuntur ac ſolo æquantur. Illam inquam rerum communionem, qua & uxores & liberos comprehendi voluit: quo nihil abſurdius, & ad res humanas peſſundandas majus inſtitutum excogitari queat. Quo nomine etiam ab Ariſtotele in Politicis haut perfunctoriè reprehenditur. Sed & ipſum Platonem poſtea hujus ſententiæ pœnituit: ſicuti videre eſt ex lib. 6. de Legg. ubi illam revocat. Ex quo loco nævus ille libris de Rep. impreſſus eluendus ac emendandus eſt. Deinde & ipſe εὐλόγε ἐξαγωγῆς ſive inculpatæ ἀνοχαιρίας cauſas aliquot admiſit, in Phœdone & lib. 9. de Legg. Sed etiam hoc in illo deſideratur, quod de Deo, ejuſque Providentia non ſatis conſtanter recta docuerit. Hanc enim ſæpe cœli orbibus implicat, quorum circumvolutioni peculiares dæmones præficit. Quod ſi iis Deum indigere putavit, multum illi detraxit: cum ipſe omniſcius ſit ac omnipotens, ut ea, quæ aguntur aut agenda ſunt, probè cognoſcat, eaque potentia præditus ſit, ut ipſe eadem temperare ac regere poſſit. Si vero Deum non niſi maxima curare voluit, inferiora autem à dæmonum orbibus pendentia regi; item impietas eſt. Aut ſi actiones noſtras ab Aſtrorum influxu ac neceſſitate nectere cogitavit, in Scyllam incidet. Cæterum no-

lo jam omnia ad vivum resecare, sed oportuniori etiam tempori quædam pressius examinanda reservare. De Academia Media quid statuendum sit, ex iis liquere potest, quæ de Pyrrhoniis diximus: utrisque enim illa ἐποχὴ placuit. Qualia item Novæ Academiæ decreta fuerint, ipsum autoris ac Magistri Carneadis nomen indicat. Hic enim etiam omnia in dubium vocabat, & εἰς ἑκάτερον de rebus disputabat: quatuorque eo nomine libros de sustinendis assensionibus olim conscripsit. Hinc igitur sequi *Omnis vitæ eversionem*, rectè colligit *Lucullus* apud Cicer. Acad. quæst. 4. Quod si quis hanc Philosophorum turbam Atheniensium mœnibus concluſam animo sibi proponat, & attentius consideret, quomodo in suis collegiis, in porticibus, circulis, conviviis ac familiaribus congressibus tam varias disputationes miscuerint; crederes profecto te tot pene agmina Quacerorum, qui nostro ævo dicuntur, videre. Cumque illi homines non minus de divinis quam humanis rebus creverint, plurimum momenti illorum διατριβαὶ habuerunt ad Remp. labefactandam, motusque in civibus illis Democraticis excitandos: ut mirer, modum huic rei non fuisse lege statutum per Prudentiam ἀρχιτεκτονικὴν, idemque aliis etiã accidisse, quod Protagoræ de Diis dubio, non minori sæpè improbitate infamibus. Critias quidem odio Socratis occasionem arripuit, ut non solum abusum rei per se optimæ atque utilissimæ, sed illam ipsam omnino tolleret. Testimonium hujus apud Xenoph. lib. 1. memorab. habemus. *Quibus de causis*, inquit ex versione Leunclavii, *usque adeò Socratem Critias oderat, ut cum*

Triginta

Triginta virûm unus esset, & cum Charicle cura legum condendarum ei mandata fuisset; hoc ipsum in memoriam ei revocarit, atque in legibus perscripserit, tradi artem eloquentiæ non debere. Quo ipso notare ignominia Socratem volebat, quum ansam reprehendendi non haberet, ideoque torqueret in eum, & apud multitudinem criminaretur id, quod vulgo in philosophis reprehenditur. Cæterum hanc Legem, λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν rectius interpretatur Samuel Petitus Comment. in Leges Att. tit. 8. his verbis, *Philosophiam ne quis doceto.* Sed ista Critiæ lex ex privato odio nata post abrogata est, cum etiam omnia τὰ ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἄκυρα facta sint: Vnde iterum Philosophi Athenis docere cæperunt, ceu ex Latinè loquente Menandro apparet:

Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Vt animum ad aliquod studium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad Philosophos.

Post illa tamen Critiæ exemplum secutus Sophocles Sunienſis Amphiclidæ filius, Legem tulit, qua vetuit Philosophos Scholam habere, nisi Senatui populoque Athenienſi suam doctrinam probassent. Lex ita erat concepta: Μηδένα φιλοσόφων σχολὴν ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ· εἰ δὲ μή, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν h. e. *Nemo Philosophus scholam habeto, nisi senatui populoq; Athenienſi ita videatur; qui secus faxit, capital esto.* Hanc laudat Laertius in Theophrasto. Et mentionem ejus etiam faciunt Pollux lib. 9. c. 5. & Athen. lib. 13. quorum hic ait Philosophos

 planè

planè urbe pulsos fuisse. Alexis Comicus dramate Ἵππῳ item commendat hanc Legem his versibus:

Τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδημία, τοῦτ' Ξενοκράτης,
Πολλ' ἀγαθὰ δοῦεν οἱ θεοὶ Δημητρίῳ,
Καὶ τοῖς Νομοθέταις, διὰ τοὺς τοὺς τῶν λόγων,
Ὡς φασι, δυνάμεις ἀναδιδόντας τοῖς νέοις
Ἐξώρακας αἴρειν φασὶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς.

Horum sententiam his do verbis: Hoc est Academia, hoc Xenocrates. Omnia prospera eveniant à Diis Demetrio & Nomotheris, quod illos qui Iuvenibus Philosophiæ, ut ajunt, Facultates tradere solebant, in malam crucem ire jusserint ex Attica. Sed neque hæc lex diu obtinuit; nam altero post ἐπιχειροτονίαν anno abrogata, ipsique Sophocli multa quinque talentorum irrogata est. Credo autem voluisse hanc postremam Legem compescere non promiscuè omnes, sed solum futiles illos & minutos, nomineque tenus Philosophos. Romæ quatuor fere tolerabantur Sectæ, Academica, Peripatetica, Stoica & Epicurea. Singulæ quomodo suos Auditores adfecerint, & ad quæ studia informaverint promptosque reddiderint, Historia nos erudit. Cæsar, cum dominatum invaderet, nondum vero eum pacatum ac securum haberet, monebatur, ut sibi caveret à pallidis & macilentis. Rectius ille monitor & causæ propius dixisset, si suasisset, ut ab Epicureis & Stoicis sibi caveret: tales enim erant Cassius & Brutus. Nec meliores erant illi, qui nihil certi in vita humana statuebant: quarum partium forte ipse Cæsar erat, cui pro regula illud Euripideum erat:

Si vi-

Si violandum est jus, imperii gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Hæc ita placuerunt Cæsari, ut Cic. 3. de Officiis testis sit, ipsum perpetuo in ore illa habuisse. Suet. in Cæs. c. 30. Quod si hos cum Quaceris nostris contendas, & quinam ab his motus excitentur consideres, haut planè disparis notæ blaterones esse reperias. De talibus igitur rectè pronuntiavit olim Varro:

Postremò nemo ægrotus quidquam somniat
Tam infandum, quod non aliquis dicat Philosophus.

CAPVT IIX.

De Aristotele, ejusque in Ethicis navata opera, & Erroribus quibusdam.

NVllam docendi rationem sine debito ordine feliciter procedere certum est: in quo sicuti omnibus palmam præripuit Aristoteles, ita in docendo argutissimus fuit ac felicissimus. Ante illius ætatem certè varia, incerta ac perplexa erat philosophandi ratio, ut in diversissimas sæpe partes abirent, aliique nihil sciri posse contenderent, ac nulla veritatis κριτήρια adgnoscerent, alii contra omnium rerum scientiam ambitiosè venditarent: qui Sophistæ dicebantur, inter quos celebres præ aliis erant Gorgias, Hippias & Thrasymachus. Sequebantur vero præcipuè illum disputandi morem, quem Parmenides & Zeno Eleatæ in suis Dialecticis tradiderant, ut problematis cujusdam allati partem alterutram vellicarent, & versutis quæstiunculis Respondentem exercerent. Etsi vero Zeno in callidæ futilitatis usum præcepta sua non

condiderat, unicè tamen id Sophistæ agebant, ut quavis arte adversario supplantato, gloriolam ex acutis affaniis caperent, suique apud imperitos nobiliorem opinionem excitarent. Horum insolentiam artemque ἐριστικὴν primus reprimere studuit Socrates, qui Dialecticæ peritissimus magna solertia illis obviam ivit, vanorumque Sophistarum nomen valde imminuit. Vestigia harum disputationum luculentissima exstant apud Platonem in Dialogis Ἀνατρεπτικοῖς, Πειραστικοῖς, & Σοφιστικοῖς. Etsi vero Socrates tanto acumine Sophistarum fastum retuderit, veritatis tamen inquirendæ methodicam disciplinam numquā tradidit, teste Philosopho lib. 13. Metaph. c. 4. Hujus vestigiis Plato quoque institit, & methodica differendi præcepta nulla composuit. Fuere quidem in Megarica secta, qui hoc opus aggressi sunt, sed currente rota pro amphora urceus exivit, hoc est, pro veritatis indagatrice, disciplinam contendendi & litigandi reliquerunt. His tandem supervenit Aristoteles, qui ingenii sagacitate & judicio exactissimo hanc Philosophandi artem in ingeniosissimam methodum redegit, tantaque felicitate perfecit & absolvit, ut, qui nihil ab aliis adjumenti, nisi confusum chaos & indigestam disputationum molem accepisset, nihil tamen prætermisisse videatur, quod aliorum operam desideret: Deprehensa itaque rerum varietate, duplicem cognoscendi viam commonstravit, unam τῶν ἐνδόξων, quæ probabilem fidem & adsensum parerent, de quibus in Topicis: alteram rerum necessariarum, quarum veritas ex certissimis principiis elicita colligeretur: de quibus in Analyticis. Vt vero os strepe-

perum

perum Sophistarum obthuraret, de Sophisticis elenchis præcepta adjecit, quibus illorum argutiæ facili negotio dilucrentur. Quo quidem invento an ab ullo homine majus, aut ingeniosius, aut ad omnem scientiam comparandam aut intelligendam fructuosius reperiri potuerit, dubito; imò, non potuisse idipsum fieri, adsero. Cum enim quilibet homo sciendi cupidus sit, ejusque rei gratia mentem intelligentem à Deo nactus sit, ut vera à falsis discernere, & bona à malis dijudicare possit; quid quæso ad ejus perfectionem aut desiderium possit accedere præclarius, quam si etiam expeditam ad veritatem viam habeat? Vt merito dicas, Aristotelis calamum, cum hæc scriberet volumina, Mente tinctum fuisse, non atramento, & quod revera fuerit θηρευτὴς τῆς ἀληθείας. Sed quorsum hæc? ut constaret, Aristotelem hoc veritatis ὄργανον non solùm accurata methodo concinnasse, sed omnia sua scripta, inprimis Acroamatica quæ dicuntur, omnesque Scientias, sive Theoreticas sive Practicas juxta eandem Ἀνάλυσιν consignasse: sic ut nec ullus quisquam sine prævia illius cognitione in scriptis ejus explanandis dextre expediteque versari possit. Vnde ille etiam in Ethicis requirit Auditorem Lectoremve πεπαιδευμένον h. e. *scientia Analytica imbutum*, & passim damnat ἀπαιδευσίαν, illius scientiæ ignorantiam. Primum itaque hoc est, quod præ aliis in Morali disciplina præstitit Philosophus, ut theoriam Πρακτικὴν accurata methodo observaverit: de qua plura in sequentibus. Deinde & hoc venit probè æstimandum, quod rerum civilium debitum Finem adgnoverit, eumque in bonis ac honestis

virtutum functionibus ac officiis collocaverit. Quo posito, convenientia etiam illi fini media reperit, diligenterq; proposuit; ut scilicet actiones quilibet, ad hanc metam contendens, ita dirigat ac moderetur, ne cupiditatum stimulis plus æquo indulgeat, sed intra Mediocritatis terminos à Prudentis ratione definitos cohibeat. Quæ doctrina etsi à magnis etiam viris fuerit arrosa, nihil tamen erroris habere videtur, si rem ex principiis à Philosopho positis rectè erutam examines. Melanchthon sane pluris etiam inde fecit Ethica Aristotelis: *Quid quod hoc nomine*, inquit præfat. Epit. Mor. *etiam amanda sunt Aristotelis Ethica, quod unus vidit ac deprehendit virtutes esse Mediocritates?* Vt vero hujus Medii centrum quis contingat, ipse quoque agens certo modo adfectus esse debet, ut agat εἰδὼς, deinde προαιρούμενος, καὶ προαιρούμενος δι' αὐτὰ, denique βεβαίως καὶ ἀμεταπτώτως h. e. *sciens, præeligens, & propter ipsam honestatem, quæ iis ineſt, actiones bonas præeligens, constanter ac immutabiliter.* lib. 2. Eth. Nic. c. 4. §. 8. seq. Inprimis vero προαίρεσις inspicitur. Τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ ἡ ἕξις ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον, inquit lib. 8. c. 13. §. ult. h. e. *virtutis enim & morum ratio atque vis omnis in consilio est atque proposito.* Ab illa enim apta est omnis moralitas: hinc pœnæ præmiaque æstimanda veniunt. Sed hic quis non immerito id quærat, An hæc omnis de Moribus disputatio Aristotelica iis innitatur fundamentis, sine quibus nihil solidi de his dici aut doceri posse suprà memini. Antequam ad hanc Quæstionem respondeam, Aristotelis verbis contra Aristotelem uti cogor, & illam arduam esse ac difficilem fateor, vel hoc nomine, quod con-

rra

tra Virum alioqui amicum nobis hic disputandum sit. *Verum praestat scilicet atque adeò oportet etiam, veritati ita esse addictos, ut præ illa vel nostra ipsorum decreta evertere non dubitemus: præsertim cum Philosophi quoque simus. nam cum utraque chara sint, pium est tamen, antiquiorem habere Veritatem.* lib. 1. Eth c. 6. pr. Quod igitur primum Principiu attinet, Deum esse, omnino persuasum fuisse Aristoteli videtur: uti suprà paruit. De altero quid existimarit, ex uno alteroque textu apparebit. Libro 2. Magn. Mor. hæc leguntur. διὸ ἡ ἔπλεις ἢ νῦς καὶ λόγ ἢ, ἐνταῦθα ἐλαχίστη τύχη. ἔστι πλείστη τύχη, ἐνταῦθα ἐλάχιστ ἢ νῦς. ἀλλ' ἆρά γε ἡ εὐτυχία ἐστὶν ὡς ἐπιμέλειά τις θεῶν, ἢ τοῦτ' οὐκ ἂν δόξειεν; τὸν γὰρ θεὸν ἀξιοῦμεν κύριον ὄντα τῶν πιστῶν, τοῖς ἀξίοις ἀπονέμειν καὶ ταγαθὰ, καὶ τὰ κακά. ἡ δὲ τύχη, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς τύχης, ὡς ἀληθῶς. ὡς ἂν τύχη γίγνεται. εἰ δέ γε τῷ θεῷ πιστὸν ἀπονέμωμεν, φαῦλον αὐτὸν κριτὴν ποιήσομεν, ἢ οὐ δίκαιον; καὶ τοῦτ' οὐ προσῆκόν ἐστι θεῷ. h. e. *Idcirco ubi mens plurima ac ratio, ibi fortunæ minimum: ubi plurima fortuna, ibi mens perexigua. At numquid secunda fortuna est, ut Deorum quædam cura, an id minimè videri debet? Talium siquidem dominum facimus Deum, ut bona malaque meritis distribuat. At fortuna, & quæ à fortuna, prorsus, ut nomen indicat, ut fors tulerit fiunt. Quod si hujusmodi distributori Deo adscripserimus, malum ipsum Iudicem faciemus neque justum: id nefas Deo deputare.* Ea scilicet re offensus fuit, qua multi etiam pii, uti videre est inprimis ex Psalmis Davidicis, improbos opibus externis cumulatos florere, probos contra sæpe in tenui esse for-

tuna

tuna, & tantum non extrema neceſſitate ac ærumnis adfligi. Alter locus eſt 7. Polit. 3. prope fin. σχολὴ γὰρ ἂν ὁ Θεὸς ἔχοι καλῶς, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, οἷς οὐκ εἰσὶν ἐξωτερικαὶ πράξεις πρὸς τὰς οἰκείας τὰς αὐτῶν; i.e. *Quomodo enim Deus ſe bene haberet, & totus Mundus, quibus non adſunt exteriores actiones præter ſuas & proprias ipſorum?* Quæ verba præ aliis elegantí commentatiuncula incruſtare nititur Sepulveda. At fruſtra, ut puto. Videtur enim Ariſtoteles id indicare, Deum in ſui contemplatione & reflexiva, ut quidam loqui amant, intuitione acquieſcere, nec majeſtatem ac eminentiſſimam ejus felicitatem ſeſe ad inferiora aut ſingularia demittere. Quam explicationem nollem etiam confirmari alio loco ex lib. 12. Metaph. c. 9. petito, ubi de Mente divina ita proponit: ἢ καὶ ἄτοπον τὸ διανοεῖσθαι περὶ ἐνίων; δῆλον τοίνυν, ὅτι τὸ θειότατον καὶ τιμιώτατον νοεῖ, καὶ οὐ μεταβάλλει, εἰς χεῖρον γὰρ ἡ μεταβολὴ, καὶ ἡ κίνησίς τις ἤδη τοιοῦτον, *An vero de quibusdam ipſam* (Mentem divinam) *etiam & cogitare abſurdum eſt? Manifeſtum itaque eſt, quod illud quod intelligit diviniſſimum, honorabiliſſimumque eſt, neque mutatur: in deterius namque mutatio fieret, ac motus, quod hujusmodi jam eſſet.* Apud Laërt. in Vita hæc legas: *Deum* (ſicut & Plato) *incorporalem definivit, ejuſque Providentiam ad cœleſtia uſque pertingere, ipſum vero immobilem eſſe. Porro terrena omnia ad cœleſtium congruentiam ordinemque diſponit.* Si hæc cum ſuperioribus de Providentia teſtimoniis Ariſtotelicis contendantur, quis non videt, quomodo hic fluctuet Ariſtoteles, quam meticulosè ac inconſtanter de his loquatur, ut nec cœlum nec terram tangere videatur. Si loqui licet,

(licen-

(licentiam vero Veritatis amor dat) non quidem ille omnem omnino Dei providentiam è medio sustulisse; aliud enim nos illius verba alia docent: at vim ejus ad inferiora & singularia quævis pertinere, vulgi fabulam existimasse videtur. Qui error capitalis est, & gravi animadversione dignus. Nam & singularia ad suum ordinantur finem, quod sine cura divina fieri nequit; ipsius enim scientia est infinita, etiam singularia cognoscens, eademque cognita ad suum finem dirigit. Imò cum universalia à Deo gubernari & alii concedant, quidni & singularia, cum ista in his subsistant: adeoque si singularia Dei providentia destituta nutant, lubrico quoque lapsu ipsa universalia periclitantur. Si quis vero mihi dicam scribat, quod summo Philosopho tantum crimen impingam, primum velim experiatur cum Nemesio Philosopho & Episcopo erudito, qui eo nomine Aristotelem refutat lib. de Providentia; qui olim cum aliis ejus generis libris Gregorio Nyssæ Episcopo perperam fuit tributus: uti ostendit Nic. Ellebodius, cui suffragatur Rivetus in Critica sua sacra. Sin hunc sibi delegari nolit, velim aliquis Lycetus mihi pietatem Aristotelis evidentius demonstret. De immortalitate animæ jam professus sum illum nimis subtiliter disputare: ut non solum Alex. Aphrodisiensis & Arabs Averroes à se hoc nomine discessionem fecerint; sed & antiquiores multò in diversas ierint sententias. Meminimus enim supra Dicæarchum Messenium docuisse, Animum esse nihil. Hermiam verò Eunuchum Immortalitatem animæ scripto adseruisse. Non jam vacat hasce subtilitates examinare: ipsaque rei gravitas

proeraſtinationem efflagitat. Sed & hoc merito quis in Ariſtotele reprehendat, quod habet lib. 7. Polit. c. 16. ubi docet liberos mancos mutiloſve eſſe necandos; hoc enim ſignificat ibi ἀπόθεσις. Deinde ſi quis exceſſurus ſit legitimum ſobolis numerum generando, ut tunc ὑποτρέμουσι potius abortu, quam animati expoſitione averterentur. Hæc ſanè Iuri Naturæ ſocietatum omnino reluctantur, & vulgarem illum cum Græculis ſuis hic erravit errorem. His enim non tantum liberorum τὰς πεπηρωμένους, ſed etiam quos libebat ſanguinolentes licebat vel necare, vel, quod idem eſt, exponere. *Necare enim videtur non tantum is, qui partum præfocat, ſed & is, qui abjicit, & qui alimonia denegat, & is, qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet;* inquit ICtus l. 4. D. *de adgnoſc. liber.* Paſſim etiam de hoc peſſimo more cum in Græcorum, tum in Latinorum palliatis fabulis, quibus mores Atticos repræſentabant, legimus: Ariſtoph. in Ranis hanc rem ita explicat: ὅτε δὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν γενόμενον, χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ. h. e. *ſimulac natus erat, hiberno tempore illum in teſta expoſuerunt.* ubi monet Scholiaſtes: ἐπεὶ ἐν χύτραις ἐξέπθεσαν τὰ παιδία, i. e. *quippe in vaſis teſtaceis ſeu figulinis tenellos infantes expoſuerunt.* Vnde infantes exponere χυτρίζειν dixerunt. Apud Lacedæmonios, ſi quis valde deformis aut membris neceſſariis orbatus, aut quoquo modo natura depravatus naſceretur, lege ali vetabatur; juſſu verò magiſtratuum, qui huic officio inſpiciendiſque fœtibus præerant, in barathrum projiciebatur. A qua in humani-

tate

tàte nec Plato nec Aristoteles videntur planè abhorruisse. Nostrum quidem, imo in talibus non nostrum, excusare connituntur Commentatores, viri valde eruditi, sed ingenio suo hac in re abutentes. Videatur, si placet, optimæ notæ Libellus Plutarchi de στοργῇ Parentum erga prolem; ex cujus lectione hæc barbaries protinus manifesta erit. Thebani etiam morem hunc passim vagantem lege lata repressêrunt, de qua ita Ælian. lib. 2. var. c. 7. Νόμος ἦν Θηβαϊκὸς ὀρθῶς ἅμα καὶ φιλανθρώπως κείμενος ἐν τοῖς μάλιστα. ὅπ ἐξεῖναι ἀνδρὶ Θηβαίῳ ἐκθεῖναι παιδίον, ἢ δὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥίψαι, θάνατον ἀυτῷ καταψηφισάμενος. *Lex, inquit, à Thebanis & rectè & humanitati inprimis conveniens fuit lata; ut ne cui civi Thebano liceret infantem suum exponere, neque in solitudinem projicere, sub comminatione ultimi supplicii plebiscito statuti.* Sed & abortum Naturæ Societatis Domesticæ repugnare edico. Et quamvis etiam ICtos sequi sciam Philosophi distinctionem, ut attendatur, num fœtus animatus an inanimus fuerit abactus; dubito tamen vehementer, an immotæ veritatis fundamento illa innitatur; de quo si hac in re quis non sit certus, etiam dubia conscientia graviter peccat. Hujus itaque rei indignitate commoti nonnulli sapientes viri parricidio aut saltem homicidio illud facinus æqui pararunt. *Conceptum utero*, inquit Tertull. Apolog. c. 9. *dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est, prohibere nasci: nec refert, natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: Homo est, & qui est futurus, & fructus omnis jam in semine est.* Minutius Fel. scripsit Dialogum Chri-

stiani & Ethnici disputantium, qui Octavius inscribitur, in quo ita loquitur: *Nos (gentes) video, procreatos filios nunc feris & avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere. Sunt quæ in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis exstinguant, & parricidium faciant, antequam pariant.* In his igitur videtur defeciisse summus aliàs Philosophus, qui cum acutissimè omnia perscrutari didicisset, hic tamen ἡ σοφία αὐτῷ ἐμαραίνετο. Nam si ille planè certus fuisset de nostris Principiis illis, multò firmiores atque evidentiores demonstrationes in Ethicis quin haberemus ab ipso, nihil dubito. Ea tamen methodo iisque argumentis in hac disciplina usus est, ut reliquarum sectarum Doctores omnes longè post se reliquerit. Imò, pauca si excipias, tam solidè hanc doctrinam tractavit, ut multis vix suspicio denegatæ fundamentis nostris fidei in illa appareat. Quæ cum ita sint, nos merito, repudiatis cæteris, hunc amplectimur ac juventuti diligentissimè commendamus: cui si quid desit, facilè rectius edocti supplere, & ruinoso aliàs ædificio tibicines subjicere poterimus, quibus perpetuo id duraturum incumbat. Quapropter nostra facimus illa Melanchthonis, (quē non pigeat toties audire, cum illius lectio publica Lege etiam nobis sit commendata) quæ scripsit Christiano Pontano: *Scio quosdam mirari alias sectas. Nam Stoicos suspiciunt nonnulli tanquam semideos. Valla cum reliquos Philosophos rabiosè exagitet, Epicuro tamen non obscurum plausum dat. Ego vero qui has sectarum controversias diu multumque agitavi, ἄνω καὶ κάτω στρέφων, ut Plato facere præcipit, valde adhortor adolescentes, ut repu-*

repudiatis Stoicis & Epicureis, amplectantur Peripatetica. Nam etiam cum gnaviter defenduntur, & ut ita dicam, mangonizantur Epicurea & Stoica, necesse est plurimum admiscere Sophistices, juxta illud Euripideum, ὁ δὲ ἄδικος λόγῳ, νοσῶν ἐν ἀνδρὶ, φαρμάκων δεῖται σωφῶν. *Porro & moribus nocent falsæ opiniones, & ipsa consuetudo sophistices multis modis perniciosa est, corrumpit judicia, abducit animos ab amore & studio proprietatis, & simplicis veritatis; adsuefacit ingenia, ut ament monstrosas opiniones, ut non explicare res, sed involvere studeant. At in Aristotele methodus gubernat disputationem, & quasi intra metas coërcet, ne à demonstrationibus & à recta via deerretur; quare eruit veras sententias, easque ordine & propriè explicat. Proinde & propter veras sententias & propter methodi exemplum Peripatetica sunt utiliora. Aristoteles ipse inquit, repudiandas esse opiniones, quarum nullus est usus in vita & moribus. Tales autem sunt Stoicæ multæ, videlicet de Apathia, de Fato, & pleræque aliæ. Et cum quispiam gloriaretur, se multos annos audisse Carneadem; alius quidam subjecit, non quamdiu audisset spectandum esse, sed an senem audisset, cum jam Carneadis disputationes non ad ostentationem, & captandos plausus comparatæ essent, sed ad utilitatem & ad rerum explicationem, seu ut Plutarchus ait,* πρὸς τὸ χρήσιμον καὶ κοινωνικόν. *Cum igitur in deligendo doctrinæ genere, recta, vera, simplicia, firma, explicata, utilia vitæ eligenda sint, censeo tenera ingenia præcipue imbuenda esse Aristotelica doctrina, quæ his dotibus vincit reliquas sectas.* Idem inquam nos propter easdem causas existimamus. Iam vero pergendum est ad alia.

CAPVT IX.

Specialis consideratio Librorum Moralium ab Aristotele conscriptorum instituitur.

REfert Laertius sub finem vitæ Aristotelis, hunc Philosophum varii argumenti complures scripsisse libros, qui ad quadringentorum numerum ferè perveniant, & de quibus nihil ambigatur: præter hos etiam alios multos adhuc illi tribui. In isto Laërtiano Indice Libri Moralis argumenti recensentur plurimi: at eorum qui nobis superstites sunt, nulla plane fit mentio; id quod merito quis miretur. De iis, qui temporum injuria perierunt, non est quod sermocinemur. Titulos legat apud Laërtium, qui volet, & tantam jacturam nobiscum doleat. Quod vero superstites illo Catalogo non sint comprehensi, manifestò illius corruptionem indicat. Nam de Indicibus Laertii quid sentiant Docti, notum est; non enim solùm in numeris à librariis, sed sæpe in ipsis Libris vel ponendis, vel positis, ab ipso Diogene peccatum fuit. Aristoteleum illius Indicem quod attinet, multa in eo desiderat præter alios etiam Casaubonus. Multos etiam Moralis argumenti libros enumerat Fr. Patricius tom. 1. lib. 5. p. 51. Discuss. peripat. quos frustra in Laërtio quæras. Imò ipse Laërtius in Proœmio nonnullos Aristoteli Libros tribuit, quos deinde in Catalogo scriptorum ejusdem omisit; id quod inprimis observandum est. Cæterum hac de re magno cum fructu legi possunt, quæ pereruditè suo more docet ὁ πάνυ Conringius Noster cap. 2. Introduct. in Polit. Arist. Supersunt verò ho-

rò hodie Libri Morales, Aristotelis nomen præse ferentes, Nicomachii, Magna Moralia, Eudemii, & Libellus de Virtutibus. Nicomachii cum præcipui sint, sive πραγματείαι, sive operis perfectionem inspicias, primo etiam loco de iis agendum est. Dubitatum verò fuit non solùm à Veteribus, sed & recentioribus quibusdam, sitne illorum Autor Aristoteles, an verò filius illius Nicomachus, aut alius quidam. Hic primum se offert Cicero, qui nescio quo errore inductus ita 5. de Finib. scribit: *Quare teneamus Aristotelem, & ejus filium Nicomachum, cujus accurate scripti de Moribus libri, dicuntur illi quidem esse Aristotelis; sed non video, cur non potuerit patri similis esse filius.* At, mi Tulli, si non habes aliam tuæ conjecturæ rationem firmiorem, neminem facilè Te in sententiam tracturum existimo. Illam tamen alia conjectura adjuvat Fr. Patricius tom. 1. lib. 4. p. 47. quod Ciceronis ætate Andronicus Rhodius Aristotelis libros protulerit in lucem atque emendaverit. Videtur hoc velle, Ciceronem ita ab Andronico accepisse; at verò idoneo aliquo testimonio hoc erat corroborandum: imò si ita esset, vix puto Ciceronem hoc neglecturum; sed potius pro suo candore Andronici nomen expressurum fuisse. In eadem opinione fuit Diog. Laërtius, qui in Eudoxi vita ait, Nicomachum Aristotelis filium in Ethicis scribere, quod Eudoxus Voluptatem bonum esse docuerit. Iam vero hæc Eudoxi sententia proponitur in Ethicis Nicomachiis, uti notum est; quorum adeò autorem non Aristotelem, sed filium ejus constituit. Et fortè hæc causa est cur hoc opus Indici Aristoteleo non fuerit ab eo-

dem

dem insertum. At verò nec hujus autoritas tanti est, ut veritatem destruere, aut falsam opinionem tueri possit. Etsi enim Laërtius se ex undequadraginta Autoribus veteribus Vitam Aristotelis consarcinasse profiteatur; cur igitur in re tanti momenti non ad fidem aut saltem nomen alicujus boni Autoris provocat? Nec enim profecto ῥαψῳδὸς Laërtius ille est, cum quo in tenebris mices, cum passim illius inertia ac incuria in tanta veterũ scriptorum, quos habuit, copia deprehendatur, & ab aliis notata sit: nequid dicam quantum ab imperita librariorum aut temporum injuria passus sit. Inter recentiores nostræ sententiæ adversantes eminet Franc. Patricius, qui jam memorato loco nullum non movet lapidem, ut Nicomacho hos libros adserat, magis contradicendi, ut puto, quam veritatis studio. Argumenta enim illius tam levia sunt, ut otio & opera abusus fuisse videatur. Itaque

Hi motus animorum atque hæc certamina tanta
Pulveris exigui jactu compressa quiescent.

Primo allegat Bapt. Guarini Veronensis, qui de secta Epicurea scripsit, testimonium, qui arbitratus sit à discipulo quodam Aristotelis fuisse hos libros profectos; à quo autem, ipsum non addere. Scilicet eundem errorẽ imbiberat Guarinus, quem tamen nullo teste aut documento fide digno abstruere poterat; adeoque hoc quidem argumentum nauci est. Altera dubitatio petitur ex lib. 2. Pol. c. 1. ubi hæc sunt verba: *διόπερ ἡ τὸ ἴσον τὸ ἀνταπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις, ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον. Quapropter æqualitas Talionis conservat civitates, sicuti in Ethicis prius di-*

ctum

ctum est. At, inquit Patricius, in Ethicis hoc non fit, quinimò ibi contrarium docetur. Videlicet 5. Nicom. cap. 5. §. 3. τὸ δ' ἀνταπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει, ὅτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, ὅτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν. *Reciproca perpessio neque ad id jus, quod in distributione bonorum versatur, neque ad id, quod ad emendationem factorum valet, accommodari potest.* Sed si utriusque loci textus rectè inspiciatur, facilis est responsio; nam in Ethicis de simplici Talione Pythagorica sermo est, in Politicis de illa, quæ præviam habuit proportionem. Et si sequentia in isto cap. 5. verba vel leviter voluisset considerare, omnibus modis sibi Aristotelem constare in his deprehendisset. Præterquam autem quod ipsi textus hanc explicationem suppeditent, comprobant eandem Oct. Ferrar. lib. de Sermon. Exoter. p. 45. & Cl. Conringius Introd. Pol. c. 1. p. 561. Tertium argumentum eruit ex 4. Pol. c. 2. ubi hæc sunt verba: *Si enim rectè dictum est in Ethicis, vitam beatam esse eam, quæ secundum virtutem non impedita est.* Horum verborum sententiam in Nicomachiis quidem doceri haut negat, sed eandem etiam in Eudemiis magnisque Moralibus contineri ait; atque ita cujusvis Peripatetici esse posse. Adducuntur deinde ab ipso etiam loca ex 7. Polit. ubi Ethici libri allegantur: ad quæ eodem modo respondet. Hoc verò non est argumentari, sed quovis modo argutari. Patiatur itaque sanè, ut inversione utamur, atque ita concludamus: si idem docetur & in Magnis Moralibus, & in Eudemiis, quod in Nicomachiis; ergo sunt unius Autoris: quem Aristotelem non fuisse, hactenus ne quidem verisimiliter ostendere potuit.

Præterea adfert verba Attici Platonici, qui Magna Moralia, non autem Nicomachia aut Eudemia Aristoteli adjudicet. Ego verò, quomodo hoc inde exsculpat bona fide Patricius, non video. Sed illius Attici verba paulò pòst adscribam. Tandem hoc proponit argumentum fortissimum, quô se maximè torqueri fatetur. Aristotelem ait moriturum ex uxore Pythiade ejusdem nominis filiam reliquisse, ex Herpylide concubina Nicomachum; in testamento filiæ destinasse sponsum Nicanorem, utriusque curatores. Cum itaque Nicomachus natu fuerit minimus, non sibi verisimile videri, libros tam magnos, tamque arduos scripsisse puerulo. Sed & hæ sunt meræ conjecturæ. Esto, fuerit puerulus; quã quæso sui amoris paternæq; curæ potiorẽ tesseram aut hereditatem poterat filio relinquere, quàm bonæ educationis ac virtutum accuratissima præcepta? Hac nihilominus ratione cum superioribus Ciceronis & Attici, nec non locis ex Politicis depromptis conjuncta, se in eam sententiam penitus adductum ait, ut credat, Nicomachios libros Aristotelis minime esse: & si sint, eos non fuisse ad puerulum Nicomachum scriptos, sed debere Magna Ethica vocari: & ea, quæ Magna hactenus sunt vocata, adpellanda esse Nicomachia. Neque enim nomen illud, Magna, illis parvis, atque epitomis congruere: & si quid Aristoteles filio scripserit, epitomen potius ac synopsin morum felicitatisque, quam diexodicam doctrinam dedicasse. Vah, quanto conatu quantas ille nugas agit! quomodo id operam unicè dat, ut omnia turbet. Ego enim, quo minus optima ac perfectissima morum præcepta Filio dedicaverit,

nihil

nihil planè video impedire. Numquid igitur tam absonum hoc fuerit, si Pater dilectissimo conjugii pignori perfectissimum sui ingenii fœtum, paterni adfectus pignus conseceret? Abreptus scilicet cavillandi fervore fuit Patricius, cum ipsemet tom. 1. lib. 10. p. 132. Ethica hæc scripta ab Aristotele, à Nicomacho vero esse edita, concedat. Bene est; parum enim refert, à quo fuerint edita. Sed antequam de reliquis dicamus, Nicomachii quidem prius Aristoteli adserendi sunt. Solet verò legitimorum librorum nota inprimis peti, vel ex ipsius scripti conditionibus, vel testimonio aliorum. Primum requisitum quod attinet, nemo inficias ibit, modo perparum in lectione Aristotelis fuerit versatus, λέξιν Nicomachiorum planè esse eandem cum aliis ejus scriptis: quæ cum peculiaris fuerit Aristoteli, sineque exemplo, facilè etiam deprehendere licet τὴν τῶν ἐννοιῶν πυκνότητα καὶ τὸ τῆς φράσεως συνεσταλμένον, uti loquitur Philoponus. Et sicuti in aliis, ita certe in his est κατά τε τὸν νοῦν καὶ τὴν λέξιν συνεσταλμένος, καὶ νοερὸς καὶ γοργὸς: uti de illius dictione censet Simplicius. Deinde præter hanc βραχυλογίαν dogmata his Nicomachiis trâdita omni, ni fallor, ex parte cum reliqua ejus doctrina conveniunt. Præterea non semel ad Analytica sua nos remittit, ut qui istorum Autor est, Nicomachiorum quoque omnino haberi debeat. Quid quod cum Politicis eadem methodo continuentur & in his sæpe eorundem fiat mentio: ut qui alterutrius Aristotelem, eoipso utriusque Autorem faciat. Hoc ut prolixè demonstrem, nulla urget difficultas, modo initium & finis Operis Nicomachii rectè per-

pendatur. Denique omnes veteres Interpretes, quos inter Alexander eminet, sua testimonia in Aristotelem congerunt, eumque tam præclari operis, uno ore Autorem faciunt. Patricii argumenta non amplius vellicabo, aut ipsum premam; hoc tamen addere fas sit, Nicomachum non videri horum librorum conditorem vel inde, quod juvenis obiisse memoretur. At vero juvenile judicium hi non sapiunt; imò juvenes à suorum ἀκροάσει excludunt. Accedit, quod, ubi libro 1. disputatur contra Ideas, profiteatur Autor, se, amico suo Platoni contradicturum, rem difficilem adgredi: quæ sanè haut commodè in Nicomachum conveniunt. De Magnis Moralibus quid statuat Patricius jam tum accepimus. Idem ex Eusebii libro contra Philosophos c. 3. Attici Platonici verba, quorum ante meminimus, ita proponit: *Aristotelis igitur hac de re libri, inprimis vero Magna Moralia Ethica quos inscripsit, exiguum quiddam & humile, imò vulgare prorsus, nec amplius, quàm idiota aliquis, & homo indoctus, aut adolescens, sive mulier aliqua sentiret, &c.* Hunc hominem si ineptire dicam, mollius loquerer, si calumniari, verum enuntio. Quis enim hic non videt partium studia? Quapropter nemo horum refutationem exspectet, cum hæc narrasse sit refutasse. Si tamen mihi copia fieri potuisset istius Eusebiani scripti, diligentius in ipsum Atticum, & rem, de qua ipsi sermo est, animadvertissem. Sanè, uti nunc Magna illa Moralia legimus, talia ab Aristotele profecta fuisse, haut adserere ausim. Dogmata certè conveniunt, paucis exceptis, quæ temporum injuria, vel ab aliena fortè manu fuerunt depravata. Sæpe attentiùs le-

gens

gens quis etiam λέξιν Aristotelis in iis desideraverit, frequentius etiam methodum: cujus cum optimus artifex ille fuerit, opus hoc multis partibus mutilum, aut Magni alicujus operis Excerpta, aut διατύπωσιν quandam doctrinæ Moralis Aristotelicæ crediderim. De Eudemiis hæc est Patricii sententia, illa esse scripta ab Eudemo Rhodio; de quo suprà. Qui cum alia opera exemplo Præceptoris consignaverit, videlicet Categorias, περὶ ἑρμηνείας, Physica; verisimile sibi videri ait, etiam Ethica ab ipso scripta esse, & ab Autore Eudemo esse denominata, ad exemplum Analyticorum Eudemiorum: Sed hæc ratio minimè sufficit ad faciendam fidem, ab Eudemo hos profectos esse Libros. Interim hi tam malè sunt habiti, ut', quales jam habemus, illorum Autorem Aristotelem facere sine metu nequeam. Major enim in iis penè φράσεως dissimilitudo apparet, frequentior sententiarum diversitas: ne quid dicam de plurimorum locorum desperata mutilatione; qua de re etiam antehac questus est Frid. Sylburgius Ant. Mureto. Verumenimvero haut immerito quis ita dubitet; Si hi libri adeò manci sunt, & injuriæ temporum fuerunt obnoxii, ut veteres ob hanc causam Eudemios etiam ex Nicomachiis per integra volumina supplere voluisse videantur; tanto verisimilius est, esse illos Aristotelis; siquidem dogmata ferè Nicomachiis consentiant, & solum de nitore ac integritate quædam per putredinem aliamve injuriam perierint. Nihil repugno, &, si vis, adsentior. Libellum vero de Virtutibus & vitiis non puto esse Aristotelis; nec enim hæ definitiones cum iis conveniunt, quæ in perfe-

diſſimo Opere Nicomachio habentur, nec ἀκρίβειαν aut ingenium Philoſophi redolent. Teſtantur etiam Viri eruditi, quos inter I. Pacius eſt, hunc Libellum in aliis veteribus Codicibus Ariſtotelis nomen ne quidem præferre.

CAPVT X.

Vtrum libri Morales Ariſtotelis ſuperſtites ſint Acroamatici, an Exoterici: qua occaſione ſimul utrorumque natura & differentia explicatur.

QVm plurima ex ſcriptis Ariſtotelicis, ad mores pertinentibus, ad nos nunquam pervenerint, Magna vero Moralia & Eudemia non niſi manca; habemus certe, quod nobis gratulemur de Nicomachiis, Opere Ethico limatiſſimo & minus damnum paſſo. Quia verò Philoſophus duplicis generis libros, Acroamaticos & Exotericos compoſuit, interque hos maxima ſit differentia; cognitu non ſolum utile ſed neceſſarium planè fuerit diſpicere, utram ad claſſem ſuperſtites Morales, inprimis Nicomachii, ſint referendi. Quod ut rectius procedat, breviter quædam de hac differentia in genere erunt dicenda; imò repetenda, cum eruditè hæc jam tradita ſint ab Octaviano Ferrario lib. de Exoter. ſermonibus, Mich. Piccarto Iſag. Philoſ. Ariſt. aliiſque. Cum Ariſtoteles duplicem viam aliquid cognoſcendi deprehendiſſet ἐνδοξαστικὴν unam, alteram ἐπιστημονικὴν, ipſe quoque utraque in docendo inceſſit. Prior illa fuit popularis docendi ratio, ſecundum plurium, aut ſapientum δόξας: tum ut de rebus diceret ex communibus & ge-

nera-

neralibus quibusdam principiis. Posterior verò subtilem & accuratam docendi rationem requirebat, qua veritas ex domesticis principiis exquisitissima methodo eruebatur. Hujus rei diversitatem Aristoteles passim indicat, quando dicit, se λογικῶς, διαλεκτικῶς, παχυλῶς, ὡς ἐν τύπῳ, ἐκ τρόπου ἐμβριθοῦς (*ut homines loqui solent*) differere: At ubi ex veris & primis causis Veritatem eruere studet, πραγματικῶς se docere profitetur, κατ' ἀλήθειαν, ἀκριβῶς, ἀναλυτικῶς, φιλοσοφικῶς. Hinc quoque fit, quod diversis appellationibus utriusque methodi argumenta designet. Argumentationes enim Dialecticas vocat ἔξωθεν λόγους, *foris petitas*, λόγους ἀλλοτρίους, λόγους κοινοὺς &c. Alteras verò illas vocat λόγους οἰκείους καὶ συγγενεῖς, λόγους κατὰ φύσιν καὶ ἀλήθειαν, ἐπιστημονικούς, ἀποδεικτικούς, φιλοσοφήματα, λόγους ἀναλυτικούς. Atque ex hac diversa Aristotelis docendi ratione, nata est celebris illa distinctio, qua ejus scripta dividi solent, vel in Exoterica, vel in Acroamatica: quorum hæc Cl. Alexandrino etiam dicuntur Ἀκροαματικά. Illa crassa Minerva, hæc subtili filo sunt contexta. Quamvis enim Clarissimi Viri de hoc discrimine variè antehac disputarint; ita tamen rem se habere, ut diximus, ratum jam esto. Cæterum inquirendum nihilominus erit amplius in utrorumque naturam. Philoponus comm. in I. de Anima ita ait: διὰ τοῦτο ἐξωτερικὰ κέκληται, ὅτι οὐ πρὸς τοὺς γνησίους ἀκροατὰς ἐγράφη, ἀλλὰ εἰς τὸ κοινὸν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν. *Ideo Exoterica adpellantur, quia non scripta erant ad genuinos discipulos, sed in promiscuum multorum u-*

sum

sum. Ex quibus apparet Auditores Aristotelis duplicis fuisse ordinis, & in duas quasi classes discretos, in quibus erudiendis duplici usus est ordine; etiam diverso tempore; unde ipse suum περίπατον distinguebat in ἑωθινὸν, & δειλινὸν, referente Gellio lib. 20. c. 4. Ammonius hæc scripta ita discernit: quod alia fuerint διαλογικὰ, alia αὐτοπρόσωπα. Vnde colligitur Exotericos libros scriptos esse Dialogicè, ut Plato antè fecerat. Et hinc Patricius in suis Discussionibus p. 64. observat, omnibus locis, quibus Exoterici allegantur, non libros, non tractatus, non opera, sed λόγους ἐξωτερικοὺς, sermones exotericos allegari. Hoc tamen discrimen Oct. Ferrar. p. 62. inter Dialogos Aristotelicos & Platonicos fuisse putat, quod in his docendi partes sustineat plerumque Socrates, in istis ipse philosophus. Hi libri Exoterici adpellantur etiam ab Aristotele cum alibi, tum 1. Nicom. 5. ἐγκύκλιοι: Videlicet, quos ediderat, ut vulgo legerentur, atque ex iis in circulis, ut fieri Athenis solebat, auditores dissererent. Id quod perspicuè probat Simplicius 1. de Cœlo: ἐγκύκλια φιλοσοφήματα καλεῖ, τὰ κατὰ τάξιν ἀπ' ἀρχῆς πολλοῖς πεπαιδευμένα, ἅπνα καὶ ἐξωτερικὰ καλεῖν εἴωθεν. Et hanc ob causam Aristoteles in epist. ad Alexandrum illos quoque vocat ἐκδεδομένους, *vulgatos:* Quo nomine etiam ab ipso Philosopho allegantur in lib. de Art. Poët. Add. Gell. d. l. Ex jam dictis facile est colligere, quinam fuerint Acroamatici libri: Illi videlicet, qui primò quanta fieri poterat accuratione erant conscripti. Deinde in quibus firmis de-

mon-

monstrationibus, quales quidem argumenti conditio suppeditaret, Veritas adstrueretur. Et hinc est, quod Cicero 5. de Finibus hos *limatius scriptos* asserat, cum Exotericos *popularitèr compositos* dixisset. Denique præcipua nota illorum erat, ut illorum non quilibet esset idoneus auditor, nec etiam in istud Auditorium, ubi hæc prælegebantur, promiscuè reciperetur. Atque idcirco in Ethicis Nicomachiis requirit οἰκεῖον ἀκροατὴν, & πεπαιδευμένον, *genuinum Auditorem, & præceptis Analyticis imbutum.* Hi ipsi Libri dicebantur etiã ἐποπτικοὶ h.e. quibꝰ *res abscondita & paucis visa significantur.* Plutar. in Alex. qui Autor in Demetrio sacra quædam & recondita mysteria Epoptica adpellata fuisse narrat. Fuerunt quidam, qui horum librorum discrimen in eo positum putabant, ac si in Exotericis res vulgares, in Acroamaticis subtiliores fuissent tractatæ. Quo errore inducti in plurimos alios inciderunt, dum pro Exotericis habuerunt illos, qui maximè sunt Acroamatici. Sæpe enim Aristoteles de uno eodemque argumento utroque docuit modo. Ita de Anima scripsit Dialogum ad Eudemum Cyprium, & alios tres libros, quos habemus, Acroamaticos. Non igitur hi Libri ex materia, sed ex diverso tractandi modo sunt dijudicandi. Deinde observandum est, hunc modum ita esse diversum, ut in Acroamaticis omnia exquisitè & ἀπηρμονικῶς proponantur; in Exotericis διαλεκτικῶς. Denique fructus Exotericorum est δόξα, *Opinio*, Acroamaticorum γνῶσις τῆς ἀληθείας *Veritatis cognitio.* Atque hinc fit, quod plurima in libris Acroamaticis nobis videantur tam obscura ac contorta, ut acutissi-

tissima ingenia vel in solo sensu enucleando sæpe se graviter exerceant. Nam in istis libris videtur Philosophus aliquid ex consuetudine veterum retinuisse, qui doctrinas suas vel fabulis involutas, vel numeris illigatas tradebant. Vnde Iamblichus testatur, Pythagoram & Platonem symbolicam suam Philosophiam ex columnis Mercurii didicisse. Pythagoras quidem numeris, Plato & his & fabulosis ænigmatibus sua dogmata intricavit. Aristoteles verò hunc morem hactenus imitatus fuisse videtur, ut alios quidem libros soloci filo ductos evulgaret, alios secretos haberet, ad quorum ἀκροάσεις pauci & non nisi explorati admittebantur. Hinc est illa usitata Philosopho βραχυλογία, & εἰς ἀπόρρητον μεμηχανημένη λέξις, uti Themistius loquitur, ut hebetiores ac tardioris ingenii ab illorum lectione repelleret. Quæritur jam, quinam ex libris Aristoteleis sint Acroamatici, qui Exoterici? Hic primo notandum est, Philosophum Acroamaticos aut Epopticos in iis, quos hodie terimus libris, nusquam nominasse: Exotericos vero novies, Encyclios bis, Ἐκδεδομένους semel. Loca collegit Patricius. p. 63. Sed quæso quæ hujus rei causa est? Illam observavit Strabo lib. 13. qui Augusto & Tiberio I mpp. floruit. Is testatur, Peripateticos post Theophrastum paucos habuisse Aristotelis libros, & ferè solos exotericos, adeoque non potuisse πραγματικῶς philosophari, sed tantum θέσεις ληκυθίζειν: quam ῥῆσιν variè Docti explicant. Add. Straboni Plutar. in Sylla: de quibus infrà etiam pluribus. Hinc apud Cicer. 5. de Finib. hæc legimus: *Aristotelis & Theophrasti posteri ita degenerant, ut ipsi*

exse

ex se nati videantur. Postquam enim hi destituti fuerunt libris Acroamaticis, tam protritæ ipsorum disputationes visæ fuerunt, ut haut agniti fuerint, quod ex Aristotelis aut Theophrasti Schola prodiissent. Cæterum postquam principum horum Doctorum bibliotheca, Athenis expugnatis, à Sulla Romam fuit transportata, primum quidem in manus Tyrannionis Grammatici incidit: deinde temporis successu operam suam in libris Aristotelis colligendis ac ordinandis præcipuè posuerunt Hermippus Smyrnæus, Andronicus Rhodius, & Adrastus Aphrodisiensis. Atque hæc est causa, quod solos ferè habeamus Acroamaticos, Exotericos perpaucos. Nam uti suprà intelleximus, cum Exoterici διαλογικῶς fuerint compositi, sequitur, si non omnia, saltem pleraque Exoterica periisse. Cæterum hic se nobis offert Gellius, qui lib. 20. c. 4. dicit, Exotericis comprehensas fuisse *Rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam.* Cum verò is Athenis vixerit, Et Peripateticorum consuetudine usus sit, sicuti ex disputationibus per Noctes illius sparsis patet, harum rerum ignarus esse non potuit. Cui etiam suffragari videtur Plutarchus in Alexan. qui Ethicos & Politicos libros Acroamaticis opponit. Ex illorum itaque verbis quis colligeret, Dialecticam, Rhetoricam & Politicam, cujus pars secundum Aristotelem est Ethica, exotericè fuisse tractatas. Hac igitur in re facile istis fidem habeam; si vero id intelligatur de iis libris, qui de hoc argumento nobis reliqui sunt, nequaquam. Dialecticam quidem quam habemus, cujus partem facimus Elenchos Sophisticos, ἐξωτερικὸν

esse scriptum concedimus, cum tota illa tractatio circa ἔνδοξα sit occupata: id quod Alex. Aphrodisiensis autoritate confirmatur. Rhetorica autem nostra non est omnino talis. Multas quidem ex Dialecticis habet quasi mutuo sumptas propositiones & argumenta probabilia; atque hactenus ἐξωτερικὰ in illis reperiri non repugnabimus: imò hanc ob causam ῥητορικὴ à Philosopho ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ dicitur. At quæ ibidē de Adfectibus & Moribus docentur, inque ipsis rebus verè deprehenduntur, quomodo item præcepta artificiosè ad usum accommodanda sint; hæc planè acroamatica videntur. Inter Exoterica etiam quidam referunt Problemata Aristotelis quæ dicuntur. At horum forsan vel nulla, vel pauciſſima eum habent Autorem: Historiam quoque Animalium in hanc classem nonnulli referunt: quibus pro lubitu per me, ut addat vel demat quilibet fidem, licet. Politica quod sint Acroamatica, non Exoterica prolixè demonstrat ὁ πολιτικώτατος Conringius cap. 3. Introd. Polit. Superest jam ut de Ethicis, præprimis Nicomachiis dicam, cujus notæ sint. Vbi protinus illud observari poterit, si Politica sint Acroamatica, talia quoque esse Nicomachia, cum idem Opus non nisi eadem tela potuerit aut debuerit pertexi. Colligitur vero idem ex accuratissimo πραγματείας modo, quem qui non videt, vel ignorantia vel malitia occœcatam mentem habet. Vt sanè mirer frontem Genesii Sepulvedæ Cordubensis, qui in suis ad 3. Pol. annot. c. 4. p. 125. publicum errorem vocat, quod certum scribendi docendique genus in iis contineri adseratur. Quam verò insubidè temereque ille

hæc

hæc effutiat, ex superioribus manifestum est. Primum autem argumentum ejus, quo Nicomachios probet esse Exotericos libros, hoc est: Quod Arist. 3. Pol. d. c. ita loquatur; *Neque verò difficile est imperii modos adpellatos discernere; de his enim sæpe in Exotericis sermonibus disseruimus.* Hoc ille ita interpretatur, ac si illud factum sit 8. Eth. ac proinde illud opus esse Exotericum: Verum enim vero in 8. Eth. Nic. principatus non tam sæpe dividuntur, quam communionis & Societatis partes enumerantur in quibus Regnum est & Tyrannis, optimatum & paucorum potestas. Hæ sunt communiones quædam & Societates: in omni autem Communione ac Societate Ius est & Amicitia. Itaque in omni societate civili, quæ Respublica dicitur, jus insit oportet atque Amicitia. De his igitur in isto libro agitur, de Principatu vero ex instituto nihil. Sicuti hæc recte explicat Octav. Ferrar. p. 43. Alteram machinam petit ex Eudemiis, ubi ita legitur: *Multis autem modis de Idea consideratum est tum in sermonibus Exotericis, ἢ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν, tum in eis, qui habiti sunt de Philosophia.* Hic verò iterum se prostituit Sepulveda, quando ait de Idea tractatum fuisse in Ethicis Nicom. ac proinde illos esse Exotericos; per vocabulum enim Philosophiæ intelligi primam Philosophiam seu Metaphysicam. Cæterum cuivis patet, τὰς ἐξωτερικὰς hîc opponi τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν libris. Ait igitur Aristoteles, se de Idea duplici ratione jam docuisse, in Exotericis populariter, & in libris κατὰ φιλοσοφίαν h.e. *philosophicè & acroamaticè scriptis*, videlicet Nicomachiis; hi enim tales sunt. Vitiosa igitur ejus est

interpretatio, quando κατὰ φιλοσοφίαν hic vertit *de Philosophia*; cum illa significent, φιλοσοφικῶς ea dere jam à se actum esse. Tertium ejus argumentum est, quod soli Libri Physici titulum Ἀκροάσεως acceperint, cæteros itaque promiscue notæ esse. At illam adpellationem suis Physicis non Aristoteles, sed ejus discipuli indiderunt. Atque ita & hic aries corruit. His ita rejectis, adsertionem nostram argumentis breviter collectis adstruamus. Ipsa sanè disputationis ratio & methodus vel sola hoc evincit: unde etiam juvenem initio Operis tanquam ineptum auditorem arcet. Deinde esse Nicomachios Acroamaticos ex eo ipso lib. 1. ad Eudem. contra nos paulò antè allato appareret. Cujus libri vel solum Caput VI. nihil nos dubitare sinit, lectu longè dignissimum: in cujus fine etiam ad Analytica provocat. Præterea Philosophus in Politicis aliquoties suo nomine τὰ ἠθικὰ citat. Et quidem in ipso lib. 3. Polit. (unde libros Nicom. Exotericos esse probare vult Sepulveda) quintum eorum his verbis designat: καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς ἠθικοῖς. Item in 7. Polit. refert se ad 1. Ethic. Nicom. Ex quibus apparet, Politicis libris priores esse Ethicos, hosque inter se velut eodem filo contextos cohærere. Nicomachii autem ex omnibus aliis Ethicis libris soli Politicos præcedunt; hos enim solum Politicis ab eo præmitti & conjungi videmus. Nulla verò probabilis causa reddi potest, quamobrem Exotericos dicat appellatione immutata, quos in eodem opere sæpius; in illo ipso autem de Rep. 3. semel atque iterum Ethicos vocaverit. Ibi enim inter alia hæc sunt verba: δοκεῖ δὲ πᾶσιν

ἰσόπη τὸ δίκαιον εἶναι. καὶ μέχει γέ πνος ὁμολογεῖσι τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις, ἐν οἷς διώρισαι περὶ τῶν ἠθικῶν. Si igitur de Ethicis actum fuit κατὰ φιλοσοφίαν h. e. philosophicè seu acroamaticè; ubi quæso id magis factum apparet, quàm in nostris Nicomachiis? Magna Moralia & Eudemia in eundem censum refero: quamvis majori temporum injuriæ & calamitati obnoxia fuerunt. Facilè enim quivis videt, illa non esse populariter scripta; sed graviter, constanter & methodicè, multisque demonstrationibus esse referta: quæ sunt genuinæ Acroamaticorum notæ. Quod si vero ubivis hæc methodus non sese prodat, ex superioribus velim in memoriam tibi revoces, quæ horum librorum fata fuerint. Hoc tamen addo, ac ingenuè fateor, non solum in his, sed & Nicomachiis, passim dialecticè, adeoque exotericè, multa disputari, sive quod ubique materia ἀκριβύχιαν illam ἐπιστημονικὴν non sustineret, sive quod Philosophus non omnia eodem tempore tam exactè perpolire potuerit, volueritque quædam primum διατυπῶσαι; eademque altera adhibita cura διαρθρῶσαι: uti ipse in Ethicis nostris loquitur. Quod si conjecturæ etiam aliquis locus dandus est, notum est, scripta Aristotelica in lucem protracta multis modis fuisse mutilata atque à putredine exesa: studuisse autem Grammaticos ac Philosophos hunc defectum restituere; unde inquam verisimile fieri non nemini posset, has Acroamaticorum lacunas ex Exotericis ab illis fuisse suppletas. Credibile enim est, illos ex Aristotelicis qualibuscunque voluisse Aristotelis libros integros dare, quam ex suo ingenio

interpolatos. Sed hæc, uti dixi, quædam conjectura est.

CAPUT XI.

Quo docendi genere in tradendis Moralibus usi fuerint veteres.

PHilosophiæ Ethicæ hæc sunt præcipua officia, ut Intellectum Practicum instruat ac perficiat, quò Bonum & Malum quid sit rectè cognoscat, & vero judicio alterum ab altero secernere & conclusiones practicas colligere ex principiis talibus possit. Deinde ut Appetitus paulatim adsuefaciendo ita dirigatur, quò promptè ac cum voluptate Rationi Practicæ obtemperet, & bonum ab illa judicatum eligat ac persequatur: Malum contra aversetur ac fugiat. Vtrumque ut obtinerent, veteres Philosophi duplicem instituere ferme viam hanc disciplinam tradendi, videlicet per δόγματα, & παραινέσεις. Vnde nata fuit distinctio Ethicæ Dogmaticæ & Paræneticæ. Dogmata cum Seneca & aliis possis Latine adpellare *Decreta*, *Scita* vel *Placita*: Apulejus *Consulta* vertit. Complectebantur illa accuratam de Moribus doctrinam, ad quam reliqua pronunciata omnia tanquam ad κυρίας δόξας erant examinanda. Vt enim tanto rectius majorique cum fructu hujus illiusve ordinis hominem sui officii commonefacere possis, docendus etiam est, quid sit officium, quid Honestum, quid Turpe. Paræneticum dicendi genus proponebat cohortationes ac præcepta, quibus tanquam stimulis homo ad bene agendum excitaretur. *Nam & discas oportet, & quæ didiceris agendo*

gendo confirmes, ait Seneca ep. 95. Tales v.g. παραινέσεις erant: Parce tempori, γνῶθι σεαυτὸν, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου, & hujusmodi alia. Sicuti verò Dogmaticum genus verè atque unicè ad Philosophum spectat, naturam, principia, definitiones, finem ac officia Virtutum vitiorumque exquirentem: ita Paræneticum ad plures alios pertinet. Nam & Legislatores omnium virtutum præcepta suis civibus præscribunt; quæ tamen non sunt simplices παραινέσεις, sed vim cogendi ac pœnæ infligendæ inclusam habentes. Historici etiam sæpe ex rebus verè gestis occasionem arripiunt, sua monita infarciendi, atque exemplorum luce illustrandi: unde eleganter ab elegantiarum Optimo Autore, Magistra vitæ Historia adpellatur. Poëtæ partim apertè sua præcepta dictarunt, partim quibusdam fabularum involucris subindicarunt, ut his ingeniosis figmentis ac numeris blandius obrepant, & in animos legentium quasi influant. Qua causa impulsus Basilius M. Commentarium scripsit, quomodo legendi sint Poëtæ, ut verus ex iis fructus percipiatur. Satyrici vero medio quasi digito vitiorum turpitudinem infamant, salsissimè rident, acerbè insectantur, eaque libertate sæpe exprobrant, qua committuntur. Tragici inprimis adfectuum vim cum grandi cothurno in theatrum producunt. Comici molliori socco incedentes hominum mores in scena repræsentant. Quamvis Vetus Comœdia pari cum Satyris acerbitate usa fuerit; quod ex Aristophanis fabulis colligere in promptu est. Mimi ad Satyricos penè accedunt, nisi quod sint paulò verecundiores. Fabularum scriptores & Mythologi huc quo-

que pertinent: inter quos excelluit Æsopus Phryx. Gell. lib. 2. c. pen. Cujus fabulæ tanti sunt ab omnibus sapientibus semper habitæ, ut etiam à Socrate ipso Æsopi λόγους versibus redditos esse Cebes apud Platonem profiteatur: uti annotat P. Pithœus præfat. ad fab. Phædri. Has Socratis descriptiones græcis Iambis Babrias (aliis Gabrias) repetiit, inque duo volumina coarctavit. Vbi tamen & illud obiter notari debet, non omnes fabulas, Æsopicas vulgò dictas, ipsum Æsopum habere autorem. Inter Latinos laudantur Phædrus Augusti Cæs. libertus, Rufus Festus Avienus, qui Gratiano ac Theodosio Impp. vixit, &, quem veteribus meritò æquiparare possis, Gabriel Faërnus Cremonensis; quamvis non desint, qui suspicentur eum veteris cujusdam Poëtæ fabulas pro suis edidisse. Quæ si vera est suspicio, grave Faërno crimen impingeretur. Horatius quoque bene multas fabulas suis carminibus insperſit, eaque hoc quasi sale condiit. Est autem hoc per Fabulas philosophandi genus antiquissimum, cujus usus etiam in S. Codice deprehenditur, & aliquot seculis ante Socratem usurpatũ est. Et vero si perversa hominum ingenia consideres, & crudos inprimis ac inconditos barbarorum mores, fuit hæc Ethica præcepta tradendi consuetudo valde accommodata; nam cum alii, tum Iuvenes monitoribus asperi solent esse.

Ac veluti pueris absynthia tetra medentum
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,
Vt puerorum ætas improvida ludificetur

Labro-

Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absynthi laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potius tali facto recreata valescat;

Sic etiam ad eandem metam contendebant Fabularum scriptores, sed aliis itineribus proficiscebantur. Huc quoque pertinet Ænigmatica, Hieroglyphica & Symbolica mores emendandi & virtutes docendi ratio. Prioris generis reliquiæ quàm plurimæ apud Platonem & Platonicos legi poterunt. In Hieroglyphica & Symbolica doctrina excelluere Ægyptii, qui omnem suam Philosophiam, Theologiam, Politicam, Medicinam & Alchimiam symbolicè tractarunt. Philosophiæ Moralis hoc capite exemplum, petitum ex Athanasii Kircheri Oedipo Ægyptiaco, Syntagm. 2. c. 6. p. 144. Is ex Synesii lib. 1. de Provid. demonstrat, illam de Osiride, Isíde, Horo & Typhone historiam repræsentare Ethicam. Sub Osiride Sol, sub Isíde colebatur Luna. Horus erat Musicæ & Harmonicæ proportionis inventor, ac Apollo quidam. Huic repugnat Typhon, & motus excitat. Sicuti jam Solis & Lunæ inoffensa conjunctione & operatione omnia inferiora reguntur & sustentantur; ita in hominibus moraliter consideratis Intellectus & Voluntatis concordia per Osiridem & Isídem repræsentantur. Sicuti etiam Sol seu Osiris illuminando & calefaciendo mundum inferiorem idoneum facit ad generationes; sic Intellectus Voluntatem seu Isídem illuminat, quæ per boni alicujus repræsentationem ad actiones producendas incitatur. Quod si verum bonum ab Intellectu Voluntati sit propositum, idque hæc adpetierit, oritur inde Horus, h. e. Voluntatis

tis cum Intellectu amica concordia ac Harmonia, sic ut inferiores facultates sensitivæ amicè in bonam actionem cum superioribus conspirent. Sæpe tamen fit, ut interveniat factiosus ille Typhon, id est, Adfectuū rebellio, qui vel Osirin occidat, aut in mare conjiciat: unde Isis luget, & Osiridem quærit, hoc est, Voluntas Intellectu prostrato, bonum quidem verum adpetit ac quærit; sed quia duce ac judice destituta est, illud reperire nequit. Adfinis huic ratio erat doctrinæ moralis Symbolicæ, quam etiam ad alios usus adhibuere veteres. Vt cum Indathyrsus Rex Scytharum, Dario trajectum Danubii minitanti, pro responso misit, murem, ranam, gallinā, sagittam, aratrum. Quæ symbola quàm variè fuerint exposita, videre est apud Clem. Alexand. 5. Strom. Vid. etiā Casaub. ad Æneæ Tacticā. Huc quoque referas Emblemata moralia. Est verò Emblema ingeniosa quædam pictura, aliud oculis, aliud animo exhibens: cui sæpe additum lemma est, seu Inscriptio. Hanc inventionem non nescivere Veteres, exculta verò magis est à recentioribus, viris acutissimi ingenii; inprimis Italis, quibus dicitur l' *Impreſe*, & inde nata vox Opica *Impresia. Peculiare enim hoc habent Itali præ omnibus, ut in celebrioribus Vrbibus plerisque, communi doctorum conspiratione, certa quædam conventicula, quas Academias vulgo vocant, instituant, in quibus statutis temporibus de iis maximè studiis, quæ vel ad ingenii vel ad morum, aut humanitatis culturam pertinent, laudabili instituto tractari solent. Quæ quidem Academiæ cum variæ sint & multæ, ita variis quoque Φρενοχήμασι seu argutis quibusdam insignibus inter se, & à plebejis discernuntur, & ab illo*

sym-

ſymboloſe denominant. Verba ſunt Kircheri Oedip: Ægypt. Tom. 2. claſſ. 1. c. 2. Supereſt docendi genus Characteriſticum, quo primum uſus eſt Theophraſtus Ereſius. Quod quidem valde eſt amœnum, & ab admodum ſene prudenter conſcriptum: cujus operis reliquiæ & ἀποσπασμάτα ſolùm nobis ſuperſunt. Eſt autem medii cujuſdam inter Philoſophorum & Poëtarum ſcripta generis, Caſaubono judice in ſuis prolegomenis. Præcipuè vero adfine eſſe videtur Comicis, qui optimi exprimendorum morum artifices eſſe ſolent. Magni verò hoc ſcribendi genus æſtimatum fuit ab eruditis quibuſque; ſic ut Cicero, teſte Plutarcho, Delicias ſuas Theophraſtum adpellarit. Nam morum χαρακτῆρες, εἰκονισμοὶ, Senecæ *deſcriptiones*, ſeu, ut Ciceroni dicuntur, *Notationes*, tanquam in ſpeculo exhibentur, in quo pulcherrimam Virtutis faciem, & fœdam vitiorum deformitatem licet intueri. Nuper etiam quidam Gallus Sr. de la Chambre ad Theophraſti exemplum lingua patria Characteres Adfectuum ſcripſit. Hoc vero genus non planè à ſuperioribus diverſum eſt, ſed partim ad Dogmaticum, partim ad Paræneticum referri poſſe, cum aliis exiſtimo.

CAPVT XII.

Quo docendi genere ac Methodo Ariſtoteles in Nicomachiis uſus fuerit. Vbi de Scientia ac Demonſtrationibus Practicis. Simulq; totius Operis Oeconomia exhibetur.

EX ſuperioribus cuivis, nifallor, perſpicuum eſt reddi-
tum, Nicomachium opus eſſe Dogmaticum. In quo id unice obſervandum eſt, quod Ariſtoteles in iis de

rebus Practicis egerit μεθοδικῶς atque ἐπιστημονικῶς. Vnde diligenter τὸ ἐπιστητὸν à πρακτῷ, quà tali, est distinguendum. Nam ita videmus illum, positis quibusdam principiis per inductionem collectis, aut etiam Hypothesibus, semper ferè progredi, ac demonstrationibus uti. Iam vero ubi est demonstratio, ubi inquam adfectio de subjecto per principium veramque causam demonstratur, ibi Scientia est. Quæ tamen voces benignè interpretandæ sunt, ut tales sint rerum agendarum demonstrationes ac scientiæ, quales materiæ practicæ, videlicet rebus ut plurimum contingentibus, competunt. Nec enim hujus doctrinæ stratum eam habet necessitatem, qualem Numeri & Figuræ Mathematicorum, nec qualem res meræ Naturales, quarum nulla est γένεσις; attamen habet aliquam. Omnis enim Lex est quædam propositio, cujus subjectum ita est comparatum, ut de eo dicatur, quid sit faciendum, quid omittendum: Prædicatum vero ipsam jussionem aut prohibitionem continet. Iam hoc loco id repetatur, quod suprà dixi, hanc scientiam versari circa ipsa Naturæ jura: quorum Leges seu propositiones jubent aut vetant de rebus ut plurimum contingentibus: hoc est, res illæ ferè ejus sunt conditionis, ut prædicatum suâ naturâ magis inclinet ad inesse subjecto, quam non inesse; fieri tamen nonnunquam potest, propter multiplicem rerum varietatem ac circumstantiarum mutabilitatem, ut in certis casibus, ut cum vulgo loquar, aliter hoc se habeat. Talis Legis naturalis propositio hæc est: Depositum est reddendum. Nam, ut depositarius depositum reddat depositori, naturæ hujus rei (Depositi) magis

est con-

est conveniens, eoque ut plurimum propendet. Si vero depositor in furorem actus gladium depositum reposcat; cessat tum hujus Legis vis, adeoq; propter majus aliquod Naturæ præceptum, depositum non est reddendum. Etsi verò sint plurima hujus generis; sunt tamen alia, quæ nullo casu mutantur. Vt enim ulla ex causa adulterium committere liceat, rationem video nullam; etsi secus senserit Eustratius. Atque ita videmus quarundam Legum Naturalium propositiones planè categorica necessitate fundari. Hoc movit Melanchthonem, ut ita scriberet: *Vt mens ipsa sua luce cernit hanc propositionem veram, certam, & immotam esse, bis quatuor sunt octo; sic vera, certa & immota est hæc sententia: Adulterium est turpe & vitandum.* Etsi vero in hoc aliisque ejusmodi præceptis tam immota deprehendatur veritas; sunt tamen complura, quæ aliquando deficiunt. Hæc si vera sunt, quomodo inquies Ius Naturæ dicitur immutabile? sed nihil hoc obstat; nam in se semper quidem tale est: fit autem nonnunquam ut inferioris præcepti vis propter communiorem superioris obligationem suspendatur. At vim inferioris præcepti non suspendi instabis, sed mutationem in materia fieri dices, circa quam Natura alioqui jubet quid aut vetat. Hoc sanè sæpe accidere, non eo inficias, uti factum est in vasis Ægyptiorū ab Israëlitis absportatis: at toties recipere mutationem illam materiā, quoties legis generalius conceptæ vis forsan interdum circa illam cessaret, nondum apparet. Nam, ut proposito exemplo iterum utar, depositum est utique & manet tale, sive depositor compos sit mentis sive impos: nec ipse desinit esse depo-

sitor

sitor, nec alter cujus custodiæ gladius est commendatus, depositarius. Non igitur ausim in universum de omnibus Legibus Naturæ necessitatem Mathematicam promittere: at certè non esse nullam illam, ex his paucis manifestum est. Quando igitur Philosophus 6. Eth. Nic. & in Analyticis Scientiæ ac Demonstrationis materiam absolutè necessariam esse vult, quæ nullo modo se aliter habere possit, intelligendum hoc est de Scientia ac Demonstratione κυρίως ita dicta. Hæc enim vocabula, vti plura alia, dicuntur ἀφ' ἑνός. Et ita sua verba accipi vult ipse quoque Philosophus, quando 1. post. Anal. cap. 27. edit. Pac. docet, fortuitorum aut singularium, quæ sensu cognoscuntur, non esse demonstrativam scientiam; sed esse rerum vel necessariarum simpliciter, vel quæ plerumque (ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ) eveniunt. Cui gemina sunt verba 6. Metaph. c. 2. sub f. posita: *Omnis scientia ejus est, quod aut semper, aut ut plurimum est.* Sunt quidem cum alibi tum in ipsis Ethicis nostris loca nonnulla, quæ hæc destruere videntur: at si commoda explicatio accesserit, nihil periculi subest. Est vero illa petenda ex Analyticis, quia ipse Philosophus 6. Ethic. nos eò remittit. Cur igitur, inquis, toties tamque solenniter ille protestatur, se docturum de his pro materiæ conditione, οὐκ ἀκριβῶς, ἀλλ' ὡς ἐν τύπῳ. Sed hic meminisse oportet, quosnam ἀκριβατὰς habuerit. Erant illi Mathematicis scientiis, pro istius ævi recepto more, imbuti; adeoque monet Philosophus, ut ne exspectent tales demonstrationes, quæ ἀκρίβειαν Mathematicarum exæquent, sed quales hæc materia suppeditare possit: & vero auditorem πεπαι-

δευμέ-

δευμένον, *Analyticis præceptis instructum*, his acquiescere, non importunè atque imperitè Mathematicas demonstrationes efflagitare debere. Cum vero Scientia consideret universalia, τὰ πρακτὰ vero sint singularia, dubium adhuc est, an talem theoriam hæc admittant. Sciendum itaque est, τὰ πρακτὰ, atque eodem modo τὰ ποιητὰ, quà sunt talia, hoc est, uti vel actione exprimenda aut efficienda fuerint, non consistere tum in consideratione θεωρητικῇ. Sunt enim tum planè singularia. Quia verò certum est, utrarumque, rerum inquam sive agendarum sive efficiendarum multa esse universalia, dogmata ac decreta, principia ac regulas; alius considerandi modus in his objectis sese offert; qui proinde duplex erit, Theoreticus & Practicus. Diserte enim cum alibi, tum 6. Nic. 7. § 23. dicit Prudentiam non solùm universalium, sed etiam singularium esse. Eadem est Artis ratio. Quando igitur hæc universalia practica sive effectiva, quà talia, considerantur, & ad res agendas vel efficiendas transferuntur, rectè dicitur circa hæc versari Prudentia & Ars. Quando vero horum Objectorum τὸ θεωρητὸν theoreticè in præceptis ac demonstrationibus proponitur, ac à rebus singularibus per abstractionem secernitur; tum rectè horum dicitur esse scientia, ad quam propriè hujusmodi θεωρία atque ἀπόδειξις pertinet. Vt sane nihil obstet, quin scientia suam vim explicare possit non solum in theoretico, sed & practico atque effectivo objecto. Id quod Aristoteles ipse comprobat pluribus locis, ubi Scientias dividit in Theoreticas, Practicas & Effectivas. Quia verò hæc omnis disputatio

accuratissimè ab Amplisſ. Conringio Noſtro pertractata eſt cap. 8. & 9. de Civili Prudentia; atque etiam uberius, uti intellexi, pertractabitur; malo hoc oraculum adeant, quam ut meam opellam Civilis Philoſophiæ ſtudioſi requirant, actumque me agere cupiant. Hoc tamen in illorum gratiam libenter faciam, ut ſumma ſequens faſtigia rerum moralium in Nicomachiis explicatarum oſtendam, quomodo μέθοδον ἀποδεικτικὴν obſervarit Philoſophus: ut ita tanto evidentius ingens illud diſcrimen inter τὸ ἀποδεικτὸν & πρακτὸν hujus diſciplinæ appareat, multæque controverſiæ, hac diſtinctione obſervata, facilius diſſipentur. Cum omnis demonſtratio ex cauſis veritatem colligat, atque hæ quatuor ſint, Efficiens, Materialis, Formalis & Finalis; hinc Philoſophus doctrinæ Moralis initium facit à Fine. αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ τῶν πρακτῶν, τὸ δ' ἕνεκα τὰ πρακτά. *Eorum enim quæ ſub actionem veniunt, principia, ſunt eæ res, quarum gratia ſuſcipiuntur illa, quæ ſub actionem veniunt:* inquit 6. Nic. 5. §. 14. De hoc ipſo autem Fine, ἀκριβαμαπικῶς καὶ μάλιστα φιλοσοφικῶς dicere orditur, tali principio poſito: *Omnis ars, omnisque ſcientia, ſimiliterque actio & agendi conſilium ſeu προαίρεσις, bonum aliquod appetere videtur.* Cumque actionum humanarum ſit aliquis ultimus finis & conſummata Felicitas, qua expleatur hominis appetitus: isque à Natura conditus ſit ζῶον πολιτικὸν; hinc idem eſt Finis cuilibet Homini, & cuilibet Beatæ Reip. Civi propoſitus; ſic tamen, ut hic iſti præſtet, tanquam publicus communiſque privato lib. 1. Nic. cap. 2. §. 9. Etſi

vero

vero formalis Summi Boni ratio in exercitio virtutum consistat, ad complementum tamen ejus ac exactissimam perfectionem requiruntur bona externa, sive fortunæ, sive corporis. *Quædam enim res sunt, quibus si careant homines, felicitatis splendor obscuratur atque inquinatur: ut sunt nobilitas generis, felix soboles, pulchritudo. Neque enim ei facile est, vitam beatam consequi, qui insigniter deformis, aut obscurissimo loco natus aut solitarius & orbus sit. Ac multo etiam minus fortasse, si cui sint liberi omni vitiorum genere cooperti, aut hujusmodi amici: aut, cum boni essent, excesserint è vita.* 1. Nic. c. 8. §. 30. seq. Etsi vero Beatitas sine his esse ἀυτάρκης nequeat; non tamen illius partes essentiales sunt. *Neque enim sanum esse, & id, quo sine nequeat consistere sanitas, pro eodem reputari debent. Ità nec rectè vivere idem cum eo est, citra quod id nemo consequatur*: Inquit 1. Eudem. 2. Requiruntur autem partim tanquam instrumenta, quibus virtutis exercitium adjuvetur, partim tanquam ornamenta, quibus illarum decus illustrius reddatur. Si itaque poscar talem Hominem Beatum ostendere, & fortè neminem inveniam, quem hoc nomine insignire verè queam; tantum abest ut idcirco doctrina Aristotelica falsa sit censenda, ut potius illum juxta methodum ἐπιστημονικὴν felicissimi omni ex parte hominis ideam sibi proponere oportuerit. *Omnis enim scientia, & facultas omnis, ad id quod continet præstantissimum omnium referri videtur*: ait 6. Topic. 3. Qui Canon cum etiam sequentibus sit aptandus, audiamus sanè egregium Iac. Schegkii ad illum Commentarium p. 840: *Cum*, inquit, *una sit unius definitio, & nonnunquam unum de*

pluribus perfectione & imperfectione prædicetur differentibus, quod perfectissimum eo in genere definiendum erit Perfectissimum enim Mensura est, & tanquam Canon Polycleti, quo minus perfecta cognoscuntur. Vt solo Recto obliqua omnia discernimus, ipsum autem per se Rectum & perfectum unum est, & unius quidem nonnisi una definitio existit. Quando definienda est Sanitas, perfectissima est explicanda, & quando Eloquentia, Idea ipsius, ut Cicero inquit in Orat. definiendo comprehendi debet. Quidquid est igitur, de quo ratione & via disputatur, id est ad ultimam sui generis formam seu speciem redigendum. Perfectam virtutem, ut καλοκαγαθίαν definire debemus. Iustitiæ Ideam Plato describit, cujus effigiem in solo Domino & Redemptore nostro Iesu Christo expressam noscimus. Plato in libro de Regno Ideam Regis & præsidis summi in Rep. describit. Et Philosophi in Theæteto. Et Sophistæ in Dialogo, qui inscribitur Sophista. Si Civitas aut Civis definiendus sit, perfectissima species consideranda. Perfectionem virtutis Aristoteles prudentia definit. Peregregiè profecto hæc omnia & verissimè Ille: quæ si nostris applicentur, omnis, ut puto, tolletur dubitatio. Constituto ita fine civilis Felicitatis, progreditur ad investiganda media, quorum beneficio is queat obtineri. Illa demonstrat esse virtutes morales, quibus perficiatur Facultas Appetendi. Cum enim Natura Facultates sive Potentias ad certos usus & opera dederit, perficiendæ illæ sunt industria atque adsuefactione: quæ perfectio Virtus illarum dicitur. Idem obtinet in moribus. Si enim appetonum, ut veteri verbo utar, cupiditatem bonis actionibus adsuefacias, boni; sin malis, mali efficientur. Facultas igitur illa

adpe-

adpetendi Naturalis indifferens est recipiendi bonum habitum, qui ejus est Virtus, & malum habitum, qui est Vitium. 2. Nic. c. 1. Generantur autem illi habitus ex similibus actionibus. Sicuti vero virtus subjectum suum bene adfectum reddit, opusque illius bene efficit; ita eandem videmus, quemadmodum & alias res, ab exsuperantia & defectu corrumpi: unde sequitur virtutem in medio consistere. Nam & extrema & medium hujus disciplinæ objecta, Actiones & Adfectus, recipiunt. Quod si est igitur Virtus medium, non certe rei, sed rationis erit Medium: quod cum nonnisi uno modo, tanquam circuli centrum, contingere detur, secundum rationem viri Prudentis singula actionum momenta ponderanda, & ad hunc scopum dirigenda sunt. Tam exactam enim definitionem requirebat methodus. Licet vero virtus ab aliis in fastigio, non in medio collocetur; nil tamen à vero aberravit Philosophus. Nam, inquit l. 2. c. 6. §. 29. *Virtus ex sua essentia & ratione ea, quæ quod res est adsignat, medium est seu medietas: ex præstantia autem ac perfectione summum.* Cum vero Medium semper sit duorum extremorum: Virtus quoque quælibet duorum extremorum erit, quorum alterum est in Excessu, alterum in Defectu: utrumque dicitur Vitium; quod tamen paulò aliter propter specialem rationem se in Iustitia habet. Etsi igitur nonnulla extrema, veluti ἀοργησία, ἀναισθησία, haut facilè in hominibus deprehendantur; nihil tamen falsi subest: cum solidis principiis positis Methodus id evicerit, eoque ipso Aristotelem impulerit, ut illa extrema, alioqui ἀνώνυμα, nominibus rei convenientibus

insigniverit. Hinc ita loquitur lib. 2. c. 7. §. 10. *Sanè per-permulta ex his nomine carent: Est verò danda opera, ut eorum, quemadmodum & aliorum, nomina fingamus, tum perspicuitatis gratia, tum ut melius rem omnem possimus consequi.* Vltimum comma voluit exprimere illa, ἡ δ' εὖ παρακολουθήτως ἔνεκεν: sed malè. Illud enim significat, quod diximus, ut scilicet specialis Virtutum ac Vitiorum διαγραφὴ principiis positis respondeat, & quælibet Virtus utrinque sua habeat Extrema. Quia verò Habitus morales ex actionibus generantur & per contrarias corrumpuntur, non sane hoc fit ex qualibuscunque, sed quæ certa προαιρέσει suscipiuntur, adeoque ipsa Virtus hinc nascitur, habitus προαιρετικός. In qua generis determinatione cum maxima vis posita sit, & ex illa omnis actionum moralitas æstimetur, accuratissimè illam, eique adfinia Actionum humanarum principia explicat, non solum priori libri 3. parte, sed & lib. 5. & 6. alibique sparsim. In his fundantur cum alia plurima, tum diversitas Temperantiæ ac Continentiæ, Intemperantiæ ac Incontinentiæ. Hinc etiam id fluit lib. 5. positum, quod qui lucrandi gratia adulterium committat potius Avarus, quàm Intemperans sit dicendus. Et quis omnia colligeret, quæ ex his fontibus derivantur. His ita explicatis, specialem de virtutibus doctrinam instituit, quam cum haut ita difficilem esse animadverteret, ὡς ἐν τύπῳ & ferè διαλεκτικῶς sive ἐξωτερικῶς illam pertractavit. Vnicam excipio Iustitiam, cujus dignitatem cum cæteris anteire, ejusq; naturam difficiliorem esse videret, peculiari

liari libro, eoque admodum erudito, priori methodo exposuit. Cum igitur hanc præcipuè illius naturam esse vidisset, ut alios respiciat, Societatum hoc præcipuum vinculum esse deprehendit. Cum verò Civilis Societas omnium sit perfectissima; omnis etiam generis virtutes & officia in illa legibus exigantur, quibus qui obtemperat universaliter justus est: ut ita Iustitia hæc globo virtutum insidens vsum illarum in bonum cum publicum tum privatum civium diffundat. Atque hæc est illa ὅλη ἀρετὴ, illa τελεία, Philosopho nuncupata: quam etiam in definitione Summi Boni, nisi admodum fallor, designare videtur; quod Homo, ζῶον πολιτικὸν, tum demum adsecuturus sit solidam in operatione virtutum felicitatem, si in perfectissima societate vivens omnis generis officia usumque virtutum omnium in alios extendat. Iam cum contrarius habitus ex contrario cognoscatur, non poterat non sequi, Injustitiam universalem esse ὅλην κακίαν, omniumque vitiorum ἄθροισμὸν atque cumulum. Etsi vero Iustitia illa Vniversalis haud facilè in durum Deucalionis genus cadet: etsi etiam Injustitia Vniversalis per naturam contrarietatis, quæ in diversis est extremis, in uno subjecto simul esse nequeat; ex principiis tamen positis verissimè sequitur, hoc ὑπερμοσικόν. Non jam dicam, quàm exacta ratione Iustitiam Particularem, ejusque species pertractarit, earumque naturam, Hypothesibus Mathematicis suppositis, enuclearit: dolendum vero est, quod passim hic utilissimus Liber lacunis ac verborum disjectione sit depravatus. Quam ille

egre-

egregiè juris fontes aperit, & Iuris legitimi quidem correctionem, Æquitatem, demonstrat. Hac itaque speciali doctrina absoluta, supererat ad virtutis moralis naturam penitus investigandam, quæ sit illa Prudentis ratio, secundum quam actionum adfectuumque mediocritas sit definienda. Qua occasione methodus illum deduxit ad explicationem Virtutum Dianoëticarum, quarum reliquas strictim attigit, at Prudentiam diligentissimè explicavit, ejusque species partesque limatissimè examinavit; quod hujus causa hæc omnis πραγματεία inprimis suscepta fuerat: cujus natura non satis poterat perspici, nisi etiam planum fuisset factum, qua parte ab aliis Intellectus habitibus differret. Vtinam vero atque iterum utinam, hunc librum haberemus integrum, quem jam fœdè laceratum mutilumque legimus: qui, nisi tot partibus hiaret, foret omnium præclarissimus. Cum vero nulla virtutis actio subsistere, aut talis haberi queat, sequebatur id quoque vi Methodi, Prudentiam artissimo nexu cum virtute esse colligatam. Iam si Prudentia adsit, & circa diversarum virtutum diversa Objecta operatio sit exercenda, neque harum moderationi Prudentia deerit: adeoque ubi Prudentia est, ibi omnium virtutum erit ἀνακολουθησις. Hoc θεώρημα his verbis exprimit lib. 6. c. ult. §. 24. *Ex iis igitur, quæ dicta sunt, perspicuum est, nec sine prudentia quenquam propriè virum Bonum esse posse: nec Prudentem sine virtute ea, quæ ad mores pertinet.* Et §. 29. *Vnà cum Prudentia, quæ una est, cæteræ omnes præsto aderunt.* Huc usque suam doctrinam jam deduxerat, cui tamen ex rei natura attexere voluit alia, cognitu

gnitu non minus necessaria. Acute enim perviderat, Moralitatis varios esse gradus. Ita enim videmus in quibusdam hominibus Rationis Practicæ vim supereſſe, ei tamen non nisi cum aliqua difficultate ac velitatione morem geri ab appetitu. Hi Continentes ac Tolerantes dicuntur. Sunt alii, quibus & judicium Practicum integrum est, & Appetitum planè domitum morigerumque habent, sic ut & finem bonum sibi habeant propositum, & προαίρεσις facili obsequio debita media eligat ac persequatur. Hi Boni sunt & Prudentes. Sunt denique nonnulli, teste experientia, qui humanam conditionem admirabili virtutum splendore quodammodo excedere, & caput astris inserere videntur: & hi Heroës Græcis Latinisque fuere adpellati. De mediis iisque oppositis hactenus egerat. Methodus itaque postulabat, etiam reliquos duos gradus eorumque cõtrarias διαθέσεις proponere: id quod ille exsequitur libro VII. pereruditè. Quia verò & hoc & superioribus libris de Voluptate ac Dolore sæpe fuerat dictum, hæc Virtutum Vitiorumque, Continentiæ atque Incontinentiæ πάθη docere item debuit. Videri multis potuisset jam defunctus suscepto negotio: at vero Idea Πραγματικὴ requirebat exactam pertractationem, ut nihil, quod ad mores vitamque humanam pertinere videbatur, intactum relinqueretur. Tale vel inprimis erat Amicitia, cujus naturam cum virtutibus, inprimis Iustitia, cognationem, species, partes, officia in omnis generis societatibus tam subtiliter, copiosè ac scienter tradidit, ut hujus notæ in hoc argumento scriptum nec ante nec post eum unquam fuerit

proditum: Imò plurimi ne quidem adsecuti sunt profundam Philosophi mentem, cur hanc Appendicem integris duobus libris explanaverit; qui cum jurium Naturæ, quibus societates hominum continentur, planè essent imperiti, tam jejunè ac frigide de iis judicarunt, eademve interpretati sunt, ac si de combibonum quorundam amicitia, propinato poculo contracta, hîc solum ageretur. Quod si τὸ Πραγματικὸν in his duobus libris, VIII. & IX, percensere velim, singularum societatum Iura, amicitias, communionem, officia, aut considerare Virum Bonum ceu regulam actionum bonarum, aut vitiosorum anxietatem demonstrare, ab instituto nimis recederem. Quamvis autem Finis agendi sit principium, in executione tamen ultimum est: ideoque ordinis observantissimus Aristoteles ad Finem hominis redit, inque ejus explicatione clausulam hujus Operis facit. Quia vero semper hactenus ad Civilem Beatitatem respexerat, atque huc telæ suæ fila duxerat; addit jam hoc Libro X. quædam de Felicitate Theoretica, ut tantò rectiùs utriusque discrimen, dignitatisque inæqualitas appareret. Antequam vero hoc exsequitur, iterum de Voluptate docet, quod hæc morum non solum sit pedisequa, sed etiam ex ipsa Felicitate efflorescat. Ne vero quid dissimulem, non sanè hoc videtur μεθοδικὸν, in eadem disciplina de uno argumento bis & quidem tam operosè agere; minimè omnium hoc videtur Aristotelicum. Nolo jam hîc meum judicium interponere, sed ejus loco substituam, quæ Guil. Du-Vallius ad cap. II. lib. 7. annotat, eaque Lectoris arbitrio permittam: *Suspecta*, inquit, *quibusdam est ista loco*

tota hæc de Voluptate disputatio, quæ Librum hunc (VII designat) claudit. Nam proprius ejus disputationis locus est lib. x. ubi Philosophus de Voluptate tractat ex professo, & accuratius. Non solet autem Aristoteles in eodem Opere ex professo rem eandem bis explicare, tam multis præsertim. Neque sanè aut in Magnis Moralibus, aut Eudemiis, de Voluptate duobus locis ab eo actum. Fortasse igitur ex Eudemiis malè fuerunt ista jam olim huc à quibusdam translata; qui cum viderent VII. *hunc Librum eundem prorsus esse cum Sexto illius Operis; nisi quod hæc amplius Sextus Eudemiorum haberet, quam istæ, adsuenda illa hic quoque putant: haut animadvertentes, ibi quidem necessario ista legi, quia non alibi in Eudemiis hæc tractantur; hic non ita: cum alius locus in hoc Opere ei quæstioni sit destinatus. Atque ut hoc probabiliter dici potest: sic nec aliter sentientibus suæ rationes desunt.* Hactenus περὶ ἡδονῆς librorum Nicomachiorum, in cujus succincta explicatione simul comprehensa eorundem generalis διάταξις seu Dispositio legi poterit.

CAPVT XIII.

De Rebus agendis & Prudentia.

ESt apud Gellium lib. 13. c. 8. insignis Pacuvii versus,

Ego odi homines ignava opera, & philosopha sententia:

quem Philosophus quidam Macedo scribi debere censebat pro foribus omnium templorum. Nihil enim fieri posse indignius, neque intolerantius dicebat, quàm quod homines ignavi ac desides, operti barba & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in lin-

quæ verborumque artes converterent: & vitia facundissimè accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes. Scilicet hoc ipsum est, quod Aristoteles noster toties tamque diligenter inculcat. Iusta enim & honesta agendo nos reddi justos honestosque; sicuti citharam frequenter pulsando citharœdos, & crebrò ædificando architectos fieri videmus. Etsi igitur præcedenti Capite ostenderim ex parte, quomodo τὸ ἐπιστημονικὸν passim in hac disciplina deprehendatur, eòque sine ullo errore Scientia dici possit; non tamen eo id factum est sine, ac si hæc dogmata scire sufficiat; sed illud vel inprimis requiritur, ut actionibus exprimantur: cujus rei gratia non absolutè Scientia, sed Practica dicitur Scientia. Aliter de hac doctrina sentientes, audi quæso, quibus verbis increpet Noster lib. 2. c. 4 §. 17. seqq. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ, ταῦτα μὲν ὰ πράττουσιν. ἐπὶ δὲ τὸν λόγον καταφεύγοντες, οἴονται φιλοσοφεῖν, καὶ ὅτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι, ὅμοιόν τι ποιοῦντες τοῖς κάμνουσιν, οἳ τῷ ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιοῦσι δ' οὐθὲν τῶν προσταττομένων. ὥσπερ οὖν οὐδ' ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα, ὅτω θεραπεύσονται, οὐδ' ὅτι τοιοῦτω ψυχὴν, ὅτω φιλοσοφοῦντες. *Sed multò maxima hominum pars cum hæc agere minimè curet, ad verba confugiendo philosophari se arbitratur, itaque sperat futurum, ut boni sint ac virtute præditi: quales non multum ab ægrotis differunt iis, qui Medicos studiosè quidem ac diligenter audiunt: at nihil eorum, quæ ab illis præcipiuntur, facere volunt. Porro quemadmodum ægrotis talibus nunquam valetudo bona constatura est, dum ita curantur: sic neque istis animus rectè erit affectus, dum hoc modo philoso-*

phantur. Cum igitur hujus disciplinæ materia non solùm θεωρίαν ἐπιστημονικὴν & ἀποδείξεις admittat, sed ad πρᾶξιν omnem disputationem, tanquam proprium ac genuinum finem revocet; hinc fit, ut illa ipsa non uno nomine veniat, sed modo Scientia, modo Prudentia appelletur. Prius nomen cur nacta sit, jam explicatum est: Posterius verò, quia omnium πρακτῶν moderatrix est Prudentia, ipsaque Virtus secundum Prudentis judicium, ejusq; mediocritas rationis definiri debeat. Imò alteruter etiam Habitus nonnunquam utrumque comprehendit, & τὸ θεωρητικὸν, & τὸ πρακτικὸν, diversa licet ratione. Non invidebo Lectoribꝰ egregia præclarissimi Peripatetici, Ant. Montecatini verba, quæ in Præfatione illiꝰ ad Politica Arist. inveniuntur, quibus jam utemur, quod fortassis frustra illius in Ethica Præfationem & Commentationes desideramus. *Ego*, inquit, *in ea Præfatione librorum ad Nicomachum declaravi, hujusmodi vocabula Græca cum Actualium tum Effectricium artium & facultatum*, πολιτικὴ, οἰκονομικὴ, ἠθικὴ, ἰατρικὴ, ῥητορικὴ, *& reliqua, aliquando cognitionem, & præcepta, & regulas, & rationes generales, i.e. uno verbo τὸ θεωρητικὸν per se solum ejusmodi artis & facultatis significare: Aliquando significare totum illud, quod ἐκ θεωρητικοῦ καὶ πρακτικοῦ*, h.e. *ex cognitione actioneque constat: aliquando etiam significare τὸ πρακτικὸν tantum, sine cognitione & ratione, quæ perfecta sit; sed solis experimentis, usu, exercitationeque rerum singularium nixum cum recta quadam opinione: quem tertium modum ἐμπειρίαν, i.e. Experientiam seu Peritiam appellant. Quanquam enim sunt*

vocanturque propriè à fine hæc genera facultatum ποιητικὰ ἢ πραχτικὰ: tamen ut perfecta sint, & probè suum finem adsequantur, antecedere continerique in iis oportet considerationem & θεωρίαν quandam, quæ opus dirigat. Nominatim in genere actuali, de quo nunc est sermo institutus, quum dicuntur πραχτικὴ, ἠθικὴ, πολιτικὴ, οἰκονομικὴ h. e. Actualis, Moralis, Civilis, Domestica; addi subaudirive solet, vel Philosophia, vel Facultas, vel Ratio, vel Scientia, vel Disciplina, vel Doctrina, vel Experientia & Peritia. Et Philosophiæ quidem, Facultatis, Rationis nomina designant unà Contemplationem & Operam i. e. θεωρητικὸν ἢ πραχτικὸν, quæ ad actiones nostras, & ad finem bene vivendi hujus generis pertinent. Sicut enim qui nulla doctrina, nulla contemplatione antecedente, nulla perfecta ratione eorum, quæ exped unt; sed solum quia vel adsuefactus, vel ingenii bonitate, vel fortuna, & sorte quadam divina agit; licet rectè agat, non tamen appellatur, nec generaliter Actualis, nec specialiter Moralis, vel Civilis vel Oeconomicus Philosophus, ejusmodi ve rationum aut facultatum compos: ita nec qui illa norunt contemplativè tantummodo sunt, vocari sic poterunt, nisi simul & virtutem habeant agendi, & hac ipsa utantur virtute, ubi res ac tempus postulaverint. Faciuntque utrique his sanctissimis nominibus injuriam, & qui vacui doctrina, & qui vitiis imbuti, vocant se Civiles, aut Oeconomicos, aut Morales, aut demum Actuales Philosophos, & viros iis facultatibus rationibusque absolutè præditos, illi, quia eventa aliquando respondeant succedantque, sicuti succederent, si ratione peragerentur: isti, quoniam de virtutibus & vitiis, adfectibus, officiis, actionibus, rebus opportunis, importunis, expetendis, fugien-

giendis, bonis, malis subtilissimè & verissimè differant: de quibus omnibus dictum est in exitu x. c. 5. ad Nicom. Adhæc Prudentia non solam actionem complectitur, non contemplationem solam, sed ambas; est enim habitus cum vera ratione activus, ex VI. ad Nicom. Fit autem perspicuum considerantibus, colligiturque ex eodem VI. ad Nicom. præsertim ex cap. ejus 8. unumquodque horum trium vocabulorum, Ratio, Facultas, Philosophia actualis, eandem rem significare, quam significat Prudentiæ vocabulum: modum tantùm esse differentem, quod Prudentia aliquanto plus in actionem; Ratio, Facultas, Philosophia aliquanto plus in contemplationem vergere videantur. Et sanè illo in loco, VI. ad Nicom. eodem tandem modo divisit Prudentiam Aristoteles, quo divisa est Philosophia, seu Ratio & Facultas actualis, i. e. in Moralem, qua sibi quisque & uni providet; in Civilem, qua Civitas; & in Oeconomicam, qua Domus regitur: licet alias etiam adferat divisiones. At nomen ἐμπειρίας i.e. peritiæ seu Experientiæ adjunctum subauditumve in vocabulis, Civilis, Oeconomica, Moralis, Actualis, refertur πρὸς τὸ πρακτικὸν, ad actionem solam, exclusa contemplatione & Scientia. Significat enim virtutem quandam sine vera ratione & doctrina, sed cum quadam recta opinione duntaxat ab usu exercitationeque profecta, aut confirmata: qua virtute multi, quos bonos & peritos viros civesque antiqui appellarunt nostri, nescio an melius, πρακτικοὺς vocant; seipsos & domos, & civitates gubernant suas. Ita sane Plato in Menone, in Theage, & aliis in locis: Platonemque secutus Aristoteles in exitu x. Nicom. Politicos viros nominarunt eos, qui in Rep. sine doctrina versarentur: quos non esse virtutis Civiliumque rerum idoneos magistros demon-

monstrant. Reliqua tria Nomina; quæ sunt Scientia, Doctrina, Disciplina, in actuali genere, ejusque partibus, Morali, Civili, Oeconomica, significant τὸ θεωρητικὸν i.e. cognitionem ipsam & præcepta, & rationes agendi generales, sine praxi, quæ in singularibus rebus, earumque administratione, atque usu tantummodo cernitur. Hæ rationes generales seu Scientiæ, & Doctrinæ τῶν πρακτῶν solæ sunt, quæ meditatione inveniuntur; inventæ sermone scriptuaque aut aliis traduntur, aut ab aliis hauriuntur. Hactenus ille: cujus verba licet prolixiora fuerint, hautquaquam tamen ingrata ea fore crediderim, ubi vel raritatem Libri istius, aut sententiæ gravitatem specto. Percipi, nisi me animus fallit, ex his generalis quædam Prudentiæ cognitio poterit; cujus tamen natura quomodo ad res agendas se extendat, plenius paulo excutienda erit. Harum enim uti magna est varietas, ita ejus vis non uno in illas modo diffunditur, nec eodem moderamine omnes dirigit. Vtinam verò hic integram incorruptamque Philosophi nostri de hoc argumento doctrinam haberemus, & facilior nobis & exactior hæc foret opera. Eam vero Liber VI, ejusque præcipua, quà de Prudentia agere instituerat, pars calamitatem ac detrimentum passa est, ut plurima deesse, alia disjecta, multa depravata manifesto deprehendantur. Nos igitur qua possumus futura illos centones colligabimus, eorumque quandam σύνοψιν dabimus. Cum itaque *Prudentia*, Φρόνησις sit ἕξις ἀληθὴς μετὰ λόγου πρακτικὴ περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά: *habitus cum ratione vera conjunctus, ad agendum idoneus, in iis occupatus, quæ homini bona & mala sunt.* lib. 6. Nic. c. 5. §. 9. Licebit illam

illam considerare vel ratione subjecti vel objecti. Subjectum illius est *Intellectus Practici facultas*, cujus illa perfectio seu *Virtus* est. Quod si illa unius cujuspiam hominis intellectus sit instructus, ut sibi rectè prospicere, & de bonis ac malis ita dextrè consultare possit, quo vitæ beatitatem consequatur; dicitur illa Eustratio & Paraphrastæ Græco Prudentia ἠθικὴ, *Moralis* & Privata: quod scilicet secundum horum sententiam disciplina Moralis doceat, quomodo singuli homines possint esse felices. Etsi vero extra Domesticam aut Civilem societatem Homines tanquam segreges aut solitarii concipi possint; non tamen reapse ita esse videtur, cum ingens sit illorum societas, eorumque universo generi & singulis in eo Individuis sua officia Ethica disciplina præscribat, tantamq; cognationem Natura inter illos constituerit, ut istorum maxima requiratur communio. Aristoteles autem cum Hominem in sua contemplatione sibi semper proponeret tanquam ζῶον πολιτικὸν, hanc Prudentiam privati hominis veram esse negat, quod nemo rectè suis rebus consulere possit, nisi vel Domesticam vel Civilem societatem respiciat; cum per Naturæ destinationem unius hominis & totius Civitatis idem sit Finis eademque Felicitas. Deinde non unius sed plurium sæpe hominum collata Prudentia societates regi videmus, quarum beatitas communicatis consiliis, boni publici seu communis gratia, procuratur. Atque eo nomine dicitur ipsa *Communis* seu *Publica*. Objectum Prudentiæ dispescere liceat in Res & Personas. Res voco ipsam Prudentiæ materiam, τὰ πρακτὰ: quæ duplicem tractationem admittunt,

Theoreticam, quæ pertinet ad Scientiam Moralem, de qua cap. præcedenti: Deinde Practicam, quæ Prudentiæ propria est. Nam non minus Vniversalium, quàm Particularium Prudentiam esse, confirmat Philos. lib. 6. c. 7. §. 23. Nam Prudentia demonstrationibus ἀποδεικτικαῖς, & propositionibus universalibus utitur, quatenus sunt Practicæ, & singularibus accommodantur: ut actio quæ in Syllogismi practici conclusione continetur, vel tanquam honesta demonstrata exerceatur, vel tanquam turpis ostensa vitetur. De his enim est Prudentis consultatio, in qua maximè ejus vis cernitur, & finem principii loco habet; quemadmodum in Theoreticis scientiis est Hypothesis. 2. Eudem. 10. Qui locus respondet illi, qui est 7. Nic. 8. §. 13. ἐν ταῖς πράξεσι τὸ οὗ ἕνεκα, ἀρχή. ὥσπερ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς αἱ ὑποθέσεις. *In actionibus id, cujus gratia illæ suscipiuntur, principium est; ut in mathematicis ea, quæ posita & concessa sunt.* Et vero quia ita syllogismorum Practicorum beneficio deliberat Prudens, & universali Majori alteram πρότασιν, Minorem singularem, subjicit, ejus habitus dicitur conjunctus *cum recta ratione*: qui λόγῳ, cap. 7. lib. 6. non non procul à fine dicitur λογισμὸς: ut quomodo vniversalium sit Prudentia, hinc liquido appareat. Quæ etsi ita se habeant, maximè tamen Prudentiæ vis ac moderamen in singularibus observari potest, ut quaslibet actiones earumque circumstantias ac momenta debita lance examinet, easque ad ultimum finem rectæ rationis discerniculo determinatas dirigat. Cum igitur Intellectus Practici fa-

cultas Prudentia perficiatur, & hæc cum circa universalia tum singularia πρακτὰ versetur, hinc de ipso Intellectu ita loquitur lib. 6. c. 11. §. 11. seqq. Ὁ νοῦς τῶν ἐσχάτων ἐπ' ἀμφότερα. καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων, καὶ τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστι, καὶ ὁ λόγος. ὁ μὲν κατὰ τὰς ἀποδείξεις, τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ πρώτων. ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς, τοῦ ἐσχάτου καὶ ἐνδεχομένου, καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως. *Mens extremorum est in utramque partem. Est enim Mens & primorum terminorum, i. e. principiorum universalium, & extremorum i. e. singularium, & non ratio. Ea Mens quidem, quæ in demonstrationibus occupata est immobilium & primorum terminorum: altera autem, quæ in Practicis conclusionibus versatur, extremi, & ejus, quod esse & non esse potest, & alterius propositionis, Minoris videlicet &c.* Quia vero Prudentia in Vniversalibus & Singularibus occupata est; hinc item fit, ut circa utraque consultando peccari possit: uti ipse testatur Philosophus cap. 8. §. 20. Neutrum ne accidat, & universalium cognitio per doctrinam, & singularium per experientiam parari debet. Ipsa enim illa Principia Practica per Inductionem ex singularibus fuere collecta, indeque magnam partem hujus disciplinæ methodica præcepta conflata sunt: & vicissim his illa applicantur: ut sive adscendas, sive descendas -- *Alterius sic*

Altera poscat opem res, & conspiret amicè.

Cum vero Experientia longum tempus requirat, cui non una hominis ætas sufficit, Magistra vitæ, Historia consulenda est: quæ cum singulares omnium ordinum, ætatum, sexus ac dignitatis hominum res gestas tradat, iterum iterumque moneo, monumenta Historica

Pergo jam ad alterum Objecti membrum, quomodo ratione Personarum suum faciat officium Prudentia, in societatibus viventium, ut singulis ita prospiciat, quatenus partes sunt universitatis, atque ita ex hujus fine membrorũ apta sit Felicitas. Cum itaque Domus prima sit natura Societas, illorum actiones, qui in hac vivunt, ad beatitatem domesticam ducuntur adminiculo Prudentiæ, quæ inde dicitur, Oeconomicæ seu Domesticæ. Etsi vero primitus sic satis commodè homines in illa degerent, nondũ orto inter frugalissimos homines luxu, & ex hoc avaritiæ peste; Methodus tamen ipsum Naturæ perfectionis studiosissimæ ductum secuta, pleniorem in Civitate *αὐταρκειαν* cum prospiceret, hujus quoque Prudentiam credidit verè demum definitioni respondere; Nec enim, inquit lib. 6. c. §. §. 15, quisquam sibi prudenter de bonis providere potest suamque utilitatem procurare sine prudentia Domestica: neque hæc suis membris sine Civili. Quemadmodum igitur complura alia, ita Prudentiæ vocabulum *ἀφ' ἑνὸς* dicitur, primariò competens Politicæ Aristoteli in genere dictæ, quæ actiones Civium ad felicitatem civilem gubernat. Hæc tamen Politica seu Civilis Prudentia ita est intelligenda, ut Pars ejus Communis, Ethica inquam seu Moralis, includatur. Homo enim ab Aristotele dupliciter consideratur, vel uti quidem est à Natura destinatus ad Societatem Civilem, sine respectu tamen stricto ac peculiari ad illam: vel uti reapse in illa vivit, & tanquam membrum ejus ad commune Civitatis bonum unà cum aliis civibus conspi-

rans

rans aut deducendum. Hæc Prudentia Civilis est duplex: Architectonica una, altera Politica specialiter dicta. Ista aliàs dicitur, Nomothetica, Latinis Legislatoria, quæ actionibus civium Leges præscribit, vel à Natura ipsa, vel à pactione & consensu obligationem habentes, variisque determinationibus circumscriptas fert ac promulgat. Cum vero illæ partim statum ipsius Reip. & commune bonum concernant, unde Ius Publicum nascitur; dicta fuit ἀρχιτεκτονική. Etsi enim Reip. forma non simpliciter ex Legibus sit æstimanda, quod multa vel temporis diversa ratio aut consvetudo iis vel apertè vel sensim sine sensu detrahat; certum tamen est, vel inprimis illam Legibus constitui, firmari, conservari. Quod si illæ privatis Civium rebus, aut collegiis certis, aut ætati, aut sexui, aut ordini Iustum statuant, Ius inde oritur Privatum. At Prudentia Politica specialiter dicta, ἡ κοινὸν ἔχουσα ὄνομα, *communi nomine gaudens*, dispescitur in Βουλευτικὴν & Δικαστικήν. Illa Latinis Deliberativa & Senatoria dicitur. Sicuti vero Nomothetica in primis Iustum; ita hæc Vtile Civibus Reique publicæ meditatur: ut in Senatu deliberatio instituatur cum de aliis, tum inprimis, de Pecuniis parandis & Vectigalibus, de Bello & Pace, de Custodia ac securitate regionis, de Legibus & Fœderibus, de importandis & exportandis mercibus. Altera illa Latinis dicitur Iudiciaria seu Forensis. Hæc Prudentia ferè in duobus consistit: Primò, ut factis ac controversiis Leges exactè adplicet: id quod sine Interpretatione debita fieri nequit, quæ adeò huc propriè pertinet. Deinde si videat, Legem ita universaliter esse conceptam, ut res

controversa per naturalem rationem Legi ita generaliter loquenti subjici non possit; restrictione adhibita singulare illud factum Legis rigori eximat, deque illo ita statuat, sicuti facturus fuisset ipse Legislator, si tale quid prævidisset h. e. ut uno dicam verbo, non sit ἀκριβοδίκαιος, sed Æquitatis studiosus. De singulis Prudentiæ speciebus differendi quam spatiosus nobis pateat campus, quis non videt? sed pro συνόψει, quam de his promisi, jam allata sufficere poterunt. Nisi fortè & illud adjiciendum fuerit, inter ipsum Virtutis habitum & Prudentiam hoc esse discrimen, quod Virtus scopum actionum humanarum rectum reddat, quando Appetitus recta adsuefactione informatus nonnisi Honestum, idq; constanter ac cum voluptate persequitur. Prudentia vero moderatur illa, quæ ad hunc scopum collimant. Vt etiam hinc intelligi possit, quænam sit Recta Ratio, de qua supra pluribus dictum; videlicet cujus vi ac beneficio & verum Finem eligere, & debitis ad illum mediis contendere novimus volumusque.

CAPVT. XIV.

De præcipuis Operis Nicomachii Commentatoribus.

HOc argumentum ut rectius persequamur, de varia Aristotelicorum librorum fortuna aliquid ex Historia repetendum est: inprimis ex maximè notabili loco Strabonis lib. 13. & Plutarchi Sylla. Cum Aristoteles supremum diem sibi imminere videret, Theophrastum, uti supra dictum est, successorem sibi constituit, eique simul bibliothecam suam & scholam commendavit. Theophrastus vero Neleo, Coriſci Socratici

cujus-

cujusdam Filio, suo & Aristotelis auditori, & suam & Aristotelis bibliothecam testamento legavit: id quod etiam à Laertio confirmatur. Fuerunt autem hæ Bibliothecæ pretiosissimæ, non solum propter Magistrorum autoritatem, sed & quod Aristoteles primus omnium bibliothecam collectis libris composuit, idemque Ægypti reges facere docuit. Neleus ille libros Scepsin, opidum quoddam Phrygiæ haut procul ab Idæ monte, translatos posteris suis reliquit, hominibus planè ineruditis, qui illos negligenter positos sub clavibus retinuerunt. Parebat isto ævo Scepsis Regibus Attalicis, quorum magna tum erat industria in comparanda augendaque Bibliotheca, quæ Pergami erat. Cum Nelei posteri hoc Regum studium intellexissent, ex fossa quadam subterranea, ubi hactenus delituerant, libros protraxerunt, tineis ac putredine multis modis vitiatos, eosque magno argento emptos unà cum Theophrasti libris Apellicon Tejo vendiderunt. Hic cum magis librorum quàm Philosophiæ studio caperetur, libros illos male habitos in nova exempla transtulit, & cum lacunas ac corrosiones supplere studeret, multis modis in iis hallucinatus est, ediditque libros mendorum plenos. Antequam ea ratione libri isti in lucem fuere producti, jejuna fuit veterum Peripateticorum philosophia, quibus præter Exoterica scripta nihil erat relictum. At posteriores, editis his Acroamaticis, paulatim pristinum robur ac autoritatem Peripateticæ Scholæ restituerunt. Et licet illis solidior tum Philosophia, & ad veritatem indagandam convenientior, fuisset reddita, de multis tamen nonnisi probabiliter propter

men-

mendorum multitudinem differere potuerunt. Postea flagrante bello Mithridatico L. Sulla Athenas victor ingressus Apelliconis Teii nuper defuncti bibliothecā sibi eximit Romamque misit. Vivebat tum Romæ Tyrannio Grammaticus, Aristotelis admirator, isque à bibliothecæ illius præfecto usum librorum impetravit, eosque descripsit. Inventi etiam fuerunt homines, qui ex horum librorum venditione quæstum occeperunt, ejusque rei gratia librarios conduxerunt, homines sæpe rudes ac ineptos, qui unum exemplum ex alio transcripserunt, cum veteri autographo nunquam illa conferentes: quod tum non solùm Romæ, sed & Alexandriæ factitatum fuit: plurimisque libris idem accidit, qui vendendi causa exscribebantur. A Tyrannione exemplaria nactus est Andronicus Rhodius, undecimus ab Aristotele doctor, qui illa edita in lucem protulit, nobisque, quæ hodie circumferuntur volumina, emendata communicavit. Hæc est illa librorum Aristotelicorum antiquissima fortuna: quæ mihi conjecturam illam sub finem cap. x. positam suppeditavit. Hujus *Andronici* nomine circumfertur Paraphrasis græca Ethicorum nostrorum, quam primus edidit Dan. Heinsius, cujus accessit latina translatio, elegans quidē, non tamen ubiq; fidelis. Huic editioni junctum videmus etiam libellum περὶ παθῶν, ab Hœschelio ante hac editum sub ejusdem Andronici nomine. Cæterum quid de utroque sentiendum sit, legatur in Cl. Conringii Introd. Polit. cap. 1. p. 566. Post hunc est *Aspasius*, cujus quendam discipulum se audivisse Galenus memorat, qui Antonini Pii tempore floruit. Hic commenta-

tus est.

tus esse dicitur in 2. 7. & 8. Eth. Nic. Estque editus cum aliis Græcis interpretibus, de quibus item dicendum erit. Horum unus est *Eustratius* Archiepiscopus Nicenus, qui Seculo x. vixit, & excitatus à Regina quadam, sive Cypri, sive alia, Librum 6. Eth. Nic. alioque erudito commentario illustravit. De hoc tale extat judicium Simonii: *Eustratius non tantus est in primo libro, quantus in Sexto interpretando: quamvis utrobique magnus. Sed ipse quoque multa magni per se ipsa momenti, nec non ad disputationem Felicitatis illustrandam, ad progressum & Artem Aristotelis in ea aperiendam, ad verborum nexum alioquin implicitum explicandum, prætermisit.* In Quintum vero scripsit *Michaël Ephesius*. Cæterum hi omnes græcè sua Commentaria condiderunt, quæ eleganter doctèque transtulit in Latinam Linguam Io. Bernardus Felicianus, operamque suam Cardinali Alexandro Farnesio dedicavit: quod ideo addo, quia hujus translationis editioni Basileensi annus nullus adscriptus est. Græcè verò editi sunt ex officina Aldina Anno 1536. Nisi tamen valde fallor, alia quadam editione, aut certe MSto exemplo usum esse puto Felicianum præ illa Aldina. Movet me inprimis, quod Græca Aldina nonnullis libris alios, alios Basileensis Latina det Autores. Seriem utriusque Codicis adjiciam. Aldina Græca tribuit Librum I. Eustratio, II. Anonymo, vel juxta quorundam conjecturam Aspasio, III. Anonymo, IV. Aspasio, V. Michaëli Ephesio, VI. Eustratio, VII Aspasio, IIX. Aspasio, IX Eustratio, X eidem. Basileensis Latina I Eustratio, II. Eustratio, quem alii Aspasio, alii Incerto tribuunt, III. Eustratio, ab aliis Incerto adscriptum, IV. Eustratio,

tio, cujus alii Aſpaſium Autorem faciunt. v Mich. Epheſio, vi Euſtratio, vii. Aſpaſio, iix Aſpaſio, ix Euſtratio, vel, ut alii volunt, Mich. Epheſio. x Euſtratio, vel ſecundum alios Mich. Epheſio. Præter hanc Autorum diverſitatem, aliam deprehendo in fine libri iii, qui in his editionibus diſcrepat. *Georgius Pachymerius*, Hieromnemon cognominatus, qui circa Anno Chriſti 1280. vixit, ſcripſit Commentarium ſeu paraphraſin in libros Ethicorum Ariſtotelis, quam Geſnerus in ſua Bibliotheca exſtare ait apud Hurtadum Mendozam. *Ioannis Cantacuzeni*, ex Imperatore monachi facti, Paraphraſis in quinque Libros Ethicorum Ariſtotelis ſervatur græcè Venetiis, in bibliotheca S.S. Ioannis & Pauli. Claruit A.C. 1360. teſte eodem Geſnero in Bibl. Hi ferè ſunt, qui ex Græcis celebrantur. Averroes Arabs in omnes libros Morales Ariſt. ſcripſit: cujus opera latinè edita ſunt Venetiis A.C. 1552. De hoc brevem hanc cenſuram adfert Simonius: *in Averroë, qui paraphraſten hoc in loco agit, non multa ſunt requirenda.* Latinorum Commentatorum numerus pene eſt innumerus. Nos præcipuos indicabimus. Primus occurrit *Albertus Magnus*, Epiſcopus Ratisbonenſis, qui libros xvi Philoſophiæ Moralis ſcripſit, in quibus multa ex Ariſtotelicis habet. De his tale eſt judicium Simonii: *Albertum ut Magnum in quibuſdam ſuis Logicis & Phyſiologicis plurimi duco, hic ut Minimum planè nihili faciendum eſſe exiſtimo.* Hujus auditor *Thomas Aquinas* item in his ſuum ingenium exercuit, & Lectiones in Nicomachios libros ſcripſit: de quibus ita judicat Simonius: *Thomas nobiſcum æquè ac cum pueris agit: quare verba Ariſtotelis diligen-*

ter

ter construit, nil præterea annotatione magnopere dignum attingit. Floruere hi duo circa tempora Rudolphi Habspurgensis. *Gualterus Burley*, Anglus, circa A. C. 1337. jam sexagenario major erat, quando in hos libros commentatus est; sed modo memoratos ferè sequitur, eorumque interpretem agit. Reliquos Scholasticos commentatores prætereo. *Io. Argyropylus* Byzantius, Seculo xv. docuit Florentiæ, & Aristot. libros Ethicos Nic. etiam interpretatus est. Quæ ex ore docentis exceperat, collegit ediditque *Donatus Acciajolus* Florentinus, quem immerito plagii accusat Gabr. Naudæus. De his aliisque ita loquitur Simonius: *Pudet fere me de quibusdam Italis nostris loqui, ut Foglicio*, (qui Italicè scripsit) *Acciajolo, aliisque nonnullis eorum similibus, quorum scripta apud me sunt. Omnes enim Simiarum instar, satis se muneri suo fecisse putarunt, si flosculos quosdam ex Eustratii doctrina desumptos, verbis paulum immutatis, referrent, cætera omnia neglexerunt. Verum quid agerent, homines præsertim illi duo, à me nominati, qui, ut audio, in Aristotelis lectione vix ac ne vix quidem versati erant, aut esse etiam poterant?* Scripsit etiam Philosophiam moralem, & quæstiones in libros Aristotelis, nec non Enarrationem in v. Nicomachiorum Chrysostomus Iavellus Canapucius. De hoc laudati Autoris censoria verba item adferam: *Iavellum aliosque nonnullos excuso ut Monachos, qui Ethicam doctrinam, quæ de conformando Appetitu coercendisque affectionibus agit, olfacere quidem, sed inviti potuerunt.* *Conimbricensium* penè oblitus fueram, quorum aliquot disputationes in libros Nicom. exstant. Horum sanè levis mihi videtur opella;

Nec ipsi hoc diffitentur in Proœmio: & fere ubivis suo Thomæ inhærent. Non contemnendus est *Iac. Fabri Stapulensis* commentarius, multis Poëtarum aliorumque bonorum Autorum flosculis exornatus. Introductio vero illius in Ethicen nec ipsi argumento, nec spei aut desiderio lectoris satisfacit. Illustrare quoque hos Philosophi libros instituit *Petrus Martyr Vermilius*, Florentinus; sed per librum Primum & Secundum ad initium Tertii suum commentarium solùm perduxit: de quo ita Simonius: *D. Martyr noster piæ memoriæ, diligentior quidem aliis in quibusdam locis esse voluit, sed in iisdem omnia perturbatè proponit, in reliquis sat egisse sibi visus est, si, quæ Eustratius diceret, ipse recensseret. Quare non ita bonus Philosophus, ut optimus Theologus haberi debet. Quanquam in eo sit magnopere laudandus, quod Aristotelem, quem Theologastri quidam fugiunt atque oderunt, summopere charum familiarissimumque veris Theologis esse debere, sua illa interpretandi Aristotelis provincia suscepta, tacitè monuit.* *Antonius Montecatinus* Ferrariensis in luculenta præfatione commentariorum in Politica Arist. aliquoties lectorem remittit ad Præfationem & Commentarium Nicomachiorum. Ego verò fateor, me hactenus istum Librum non vidisse: quem tamen tanto ardentius desidero, quantò ille in Peripatetica Philosophia acutius omnia pervidit. Laudandus quoque hic est præclarus *Simonis Simonii*, Lucensis, Commentarius in Librum Primum Nicom. qui ea Peripateticæ Philosophiæ peritia & doctrina se commendat, ut merito in reliquis idem ab ipso præstitum fuisse exoptaverimus: quamvis non tantū ipse præstare, quantū in aliis desi-

dera-

derare videatur. Ejusdem libri primi paraphrasin scripsisse *Celium Calcagninũ*, Gesnerus memorat. Quia vero iterum de paraphrasi sermo est, monendũ verbo erit, legi etiam quandam lingua Gallica, quam quidam *Benevent* Reginæ Margaritæ dedicavit. Editio posterior prodiit Rothomagi Anno 1644. Legimus etiam Phil. Melanchthonis Enarrationes in I, II, III. & V. Libros Nicom. in quibus haut contemnendam operam posuit Eruditissimus ille Vir; & paucis multa solidè ac præclarè docet. *Io. Magirus* etiam hos libros sic satis accurata Analysi locupletavit, quæ magno usui lectoribus esse potest. Theophili quoque Golii studium in his Libris per Quæstiones ac Responsiones resolutis positum, perspicua brevitate ac elegantia, inprimis tironibus, se commendat. Præter hos sunt alii, qui egregiam impenderunt operam ipsis verbis ac textui explicandis, ut sententia Philosophi facilius perciperetur. Talis est accuratissima Eth. Nicom. explicatio *Ioach. Camerarii*: & *Petri Victorii*, qui jam octogenario major in hos libros commentatus est. Facile autem reliquos omnes superat *Hubertus Gifanius*, quo nemo felicior exstitit, in vero Philosophi sensu enucleando. Huc quoque refero *M. Antonij Mureti*, *Lambini* & *Riccoboni* Commentaria: quamvis horũ ultimus Paraphrastæ ferè sit similior. *Zuingeri* etiam vegrandes Tabulæ huc fortè pertinent. Sane si Intellectus, ut ait Arist. est nuda Tabula cui quidvis inscribi possit, necesse est ut valde sit expansa, quo has Tabulas capiat. Vtrumque præstare voluit, & sensum inquam & dogmata Aristotelis extendere haut ita pridem *Tarquinius Gallutius Sabinus*.

Sed profecto pauca tam grandi volumine reperias, quæ non jam omnia ab aliis explicata, imò ex iis petita sint. Pareſto judicium de *Roberti Balfourei* Commentario, qui Lugduni prodiit. A.C. 1652. Scripſit etiã in hoc opus commentarium inſignis Philoſophus Peripateticus *Iacobus Schegkius*, de quo quid ſentiendum ſit, ex ipſo nomine facile colligitur, & quod frequenter illo uſus fuerit Gifanius. Sunt alii complures, qui vel commentationes, vel annotationes vel Quæſtiones horum librorum ſcripſerunt: de quibus verum crediderim Simonii teſtimonium, quod ideo toties adduco, quoniam alieno eoque gravi, quam meo judicio, horum ſcriptorum pretium æſtimari malo. Loquitur igitur ita: *Exſtant annotata quædam aliorum Doctorum virorum, quæ ut non omnino improbo, ita non multum probo, quod de minutioribus laboraverint, de iis, quæ difficiliora erant, nihil.* Tantum hac vice de his: aliàs plura.

CAPVT. XV.

De verſionibus Librorum Nicomachiorum.

IN Linguarum translatione triplici ferè modo Interpretes uti videas. Sunt enim, qui preſſe textui inhærentes verbum verbo exprimere laborant, tum demum rati ſuo ſe munere rectè defunctos, ſi tam fideles fuiſſe deprehendantur. Alii in contraria currentes alterum extremum arripiunt, & authentica lingua vel leviter inſpecta, vel vi illius nativa neglecta, liberrimo ſtylo utuntur, plurimumque ſibi indulgent. Sunt alii, qui media incedunt via, &, cujuſque linguæ genio diligenter obſervato, id agunt, ut præprimis genuinum ſenſum erutum

sum exprimantiis, quibus possunt verbis: quæ si authenticæ linguæ omni parte possint esse accommodatæ, bene hoc attenditur: sin Linguæ, in quam fit translatio, genius aliquid quid exigat, (uti fere fit) libertatę sua utuntur, & verbis quibus possunt sententiam fideliter reddunt. Qui postremus modus uti merito nobis probatur, ita reliqui duo non carent vitio suo ac vituperio. Priores enim illi non textus Interpretes, sed Servi sunt; Alteri illi, vera norma spreta, exorbitant evaganturque. Idem accidisse animadvertimus Ethicis Nicomachiis, quæ cum præcipuum inter Moralia Aristotelis opus sint, complures illud in Latinam linguam transferre studuerunt, eo successu, ut triplex illud genus interpretandi in his versionibus cernere liceat. Primum verò illud ipsa Aristotelica dictio concisa, pressa ac contorta respuit, ne doctrina alioqui involuta magis magisque obnubiletur. Nec magis alterum admittit; quia sic multum detrimenti ipsa veritas & Philosophi methodus esset passura. Medium igitur cursum qui hic tenuerunt, præ aliis sunt in pretio habendi. Dicemus tamen hac occasione de quibuslibet, quas nacti sumus, versionibus. Quæ Philosophiæ cum Græcorum tum speciatim Peripateticorum fortuna fuerit superioribus seculis, suprà jam tetigimus; videlicet in suam cum ipsa terra potestatem illam tandem redegisse Saracenos, qui magna diligentia ac industria cum alios tum Aristotelicos libros in Arabicam linguam transtulerunt. Initio itaque Seculi XIII. Fridericus II. Imp. fortissimus, in gratiam Academiæ Bononiensis, ubi exoticarum linguarum nulla erat peritia, libros philoso-

phicos

phicos, inprimis Aristotelicos, ex Arabica lingua transterri curavit, *verborum fideliter servata virginitate*: uti Petr. de Vineis l. 3. ep. 67. loquitur, & dictæ Academiæ consecravit. Qua Cæsaris munificentia Philosophica studia in Academiis Italiæ & mox Galliæ renata fuerunt. Inter alios hac ex Arabica lingua versione usus fuit Albertus Magnus, qui octuagenarius obiit Coloniæ Anno 1280. Hujus discipulus Thomas de Cantiprato, gente Brabantinus, qui Aventino lib. 7. p. 707. edit. Ingolst. Henricus Brabantinus, Dominicanus, dicitur, rogatu D. Thomæ Aquinatis è Græco in linguam latinam de verbo ad verbum transtulit omnes libros Aristotelis. Id quod factum Historicus ille memorat Anno 1271. Duæ jam erant versiones Latinæ, una ex Arabica, altera ex Græca lingua, translatæ: quarum ut discrimen esset, prior illa Vetus, posterior Nova dicebatur. Veterem illam etiam Boëthianam adpellarunt: quod illius Autorem Boëthium fecerint, nulli suffulti Historici aut alius idonei Scriptoris testimonio. Quod vero non nemo putat, illum à Patricio Matthæum adpellari, error est. Patricius enim Tom. 1. discuss lib. 11. p. 136. hoc dicit, Matthæum, alioſque Arabes Aristotelem ex græco suæ gentis feciſſe, non in Latinam linguam transtuliſſe. Circa A. C. 1415. novam Ethicorum versionem edidit Leonardus Brunus, ab Aretio Tusciæ opido Aretinus aliàs dictus, quæ superioribus istis tersior est & elegantior. Quæ cum iis præferri cœpisset, Thomæ versio Antiqua dicta est: illa vero Vetus Alberti, cujus minor jam usus erat, antiquata penitus fuit; sic ut hodie etiam fere ignoretur. Cantapra-

tensis

tensis vero illa Thomæ Lectionibus in Nicomachia junc̃a est; quæ multis partibus propter Græcæ linguæ imperitiam laborat. Interim magnus ejus usus in emendando textu existimatur, quod bono veterique græco exemplo Interpres usus verbum verbo exprimere conatus sit. Aretini verò translatio non est contemnenda, & præcedentibus omnibus præferenda; hanc tamen laudem illi minuit Io Argyropoli versio: qui cum utriusque linguæ callens esset, limatiorem nobis illam dare potuit. Et certè talis ea est, quæ non solum prioribus, sed & recentioribus multis sit præferenda. Post hos magna æmulatione in idem negotium incubuere complures eruditi Viri, Io Bernardus Felicianus, cujus profecto felicissima fuit opera, Latinæ Averrois editioni & Scholiastis Græcis adjecta. P. Victorius, qui eruditè idem & graviter præstitit, nisi quod verbis sæpe quã sensui fuerit addictior. Ioachimus Perionius, qui quanto Ciceroni ubertate ac elegantia studet esse propinquior, tanto ab Aristotelis sententia est remotior: suaque luxuria effecit, ut gloriam, quam Argyropyli ruina augere cupiebat, planè perdiderit. Victorinus Strigelius pro Interprete non est habendus, cum pluribus omissis, illa solùm latina fecerit, quæ ipsius ingenium maximè adfecerunt. Qua in re quidquid etiam præstitit, perspicuitate valde se commendat; etsi cuivis facilè licet esse perspicuo, si pro lubitu textus collocatus vertatur. Perionium vero cives illius Nicolaus Gruchius Rotomagensis & Dionysius Lam-

 binus

binus Monstrolienſis planè obſcurarunt. Iſte enim libros Ariſtotelis à Perionio translatos correxit ac emendavit. Hic vero textui græco accommodatiſſimam verſionem reliquit, perſpicuitate & elegantia ubique retenta. Deſideravit tamen in illa bene multa Matthias Bergius, eamque paſſim interpolavit, ut planiorem etiam textum legentibus faceret, & ubi pluſculum ſibi indulſerat Lambinus, ad Ariſt. ſententiam verſionem illam Latinam revocaret. Lambiniana ſanè tanti fuit Simonio, emunctiſſimæ naris homini, ut illam nulli poſtpoſuerit; Adriani Turnebi tamen illi parem fecerit. Hujus ſi eſt illa, quæ olim Baſileæ, poſt Magiri Commentariis aucta Francofurti prodiit Anno 1627, fateor, quod vim φράσεως rectè adſequatur in multis. Ea tamen illius eſt obſcuritas, ac penè adfectata inæqualitas, ut diſcentibus parvo poſſit eſſe uſui: quod, ſi opus eſſet, pluribus exemplis comprobarem. Atque his cauſis adductus vix mihi perſuadere poſſum, illã eſſe Turnebi; idq; tanto minus facere queo, quod ipſe hanc operam literarum ſtudioſo, non ſibi tribuat, nec etiam in Indice operum illius iſtam reperiamus. Laudanda quoque eſt Ant. Riccoboni translatio, Lambiniana licet multum inferior. Hæc enim uti nonnunquam juſto liberior, ita illa addictior fuit, & in plurimis Philoſophi mentem haut penetravit. Poſt hos ante annos non ita multos eoſdem libros latinè expreſſit Tarquinius Gallutius Sabinus, doctè & eleganter, verbis & ſententiæ plerumque conveniens; quod tantò facilius factu illi fuit,

quan

quanto plures eruditissimi Viri præiverant, & glaciem fregerant. Hi sunt præcipui, qui toti Operi transferendo manus admoverunt. Alii vero in partibus illud præstiterunt: inter quos est Iacobus Lodoicus Strebæus, Rhemensis, cujus versionem non vidimus. Gesnerus in genere loquens dicit eum libros Ethicorum vertisse. Simon Simonius librum primum, eundemque Audomarus Talæus nova latinitate donarunt. Petrus Martyr librum primum, secundum initiumque tertii interpretatus est, reliquum illius Operis textum Ioach. Camerarius eruditè pertexuit. Quintum librum transtulisse dicitur Phil. Melanchthon, Vitus Amerbachius, & qui omnibus palmam dubiam facit M. Anton. Muretus. Hos præcipuè interpretes Latinos Nicomachium Volumen nactum est, nobis quidem hactenus cognitos. Et licet præter hos alii etiam nonnulli citentur, hos jam consultò præterivimus.

CAPVT XVI.

Quid in hac editione à Nobis præstitum sit breviter exponitur.

DVra quidem Moralis Argumenti capita sunt, de quibus in hoc vestibulo haut inutiliter φιλη-θικοὶ monerentur. Sed de quibusdam jam ante nos alii prolixe atque eruditè dixerunt: nec nobis occasio deerit, deinceps etiam peculiaribus διατρίβαις de reliquis agendi. Nunc verbo solum addendum erit, qua

partè meliorem hanc editionem reddere voluerimus. Primò itaque Textum græcum diligentissimè emendavimus secundum Florentinam P. Victorii, & Francofurtensem Fr. Sylburgi editionem. In quibus si quid adhuc se offeret, quod protinus probari nequeat, ejus rationem vel in Bergii Annotationibus reperies, vel si omnino erratum est, Typographi præcipiti manui imputabis, quæ etiam post ternam correctionem nonnunquam vacillare solet. Vbi vero vel varia lectio vel quædam annotatiuncula sit consulenda, asteriſco significatur. Versionem elegimus Matthiæ Bergii, quod hic optimã Lambini versionem meliorem reddere studuerit, obscuris locis planius propositis, & revocata ad mentem Aristotelis aberrante vel evagante Lambiniana versione. Quemadmodum vero Bergius cum Gifanio facit, qui à bono Interprete hæc exigit, ut versio sit propria, pura ac fidelis, εἰκεῖ, & denique Autori accommodata; ita hæc omnia à se præstita esse existimare videtur. Quod Nonum & Decimum librum concernit, ipsa Bergii verba apponam: *Noni libri particulam cum Decimo toto nihil admodum habet de Lambinico contextu; idq; casu factum, ea videlicet parte operis ita, ut hic exprimitur, in Latinum conversa, antequam susciperetur consilium interpolandi Lambinica, qua versione huius partis cum Autoris sensa perspicuè expressa viderentur, non est existimatum, operæ pretium factum iri, si tempus impenderetur, interpolandis hic quoque Lambinicis.* Illud igitur quod præprimis quæsivit & obtinuit, Perspicuitas est: quo no-

mine

mine etiam nobis placuit. Eum verò, quò perspicuitatem illam adsecutus est, modum ipse damnaverat: & si eodem uti voluisset Lambinus, parum puto negotii superfuisset Bergio. Hic enim passim non verborum interpretem sed Paraphrasten agit: uti facilè attentiùs legentibus parebit. Præterea, ut hæc Editio omnium usui esset accommodatissima, in paragraphos seu incisa textum Latinum dispescui: qua in re nec superstitiosus fui, nec negligens aut temerarius. Quin potius id operam dedi, ut Principium ab ipsis Inductionis singularibus, argumentum unum ab alio, res à re, distinctis numeris secerneretur: qui si in lectione observabuntur, magno poterit hæc opera esse adjumento. Quia etiam insignem usum locorum parallelorum collatio adferre potest; ex libris maximè cognatis, Magnis, inquam, Moralibus, Eudemiis, Politicis & Rhetoricis illos in margine adscripsi: quæ notulæ etsi leves cuipiam prima fronte videantur, labore tamen mihi satis magno constiterunt, usumque præbebunt haut minorem. Multa enim hi libri adscripti habent, quæ vel plane desunt Nicomachiis, aut minus accurate in iis fuere tradita. Exemplis jam abstineo. His porrò etiam id addere volui, ut cujusque Capitis πραγματείαν pauca verba argumenti loco declararent. Illud enim protinus ad faciliorem intellectum Lectoris animum præparat, & intentum reddit, qui alias rei tractandæ exspectatione fluctuans distraheretur. Tandem etiam hanc Isagogen præmittere mihi decretum fuit, qua verum

hujus Scientiæ ſtratū cognoſceretur, ejuſq; genuini fontes aperirētur. Illos enim ſi quis vel neſciat aut negligat, haut quaquam animo comprehendere poſſum, quomodo verū de rebus agendis judicium fieri, illæve ſolidè doceri queant. Bono publico hunc omnem laborem conſecravi, cui ſi vel leve incrementum hinc acceſſerit, ſtudii mei me non pœnitebit, ſed læto ſucceſſu erectus ad alias meditationes excitabor. Si omnibus non ſatisfecero, nihil mihi novi evenit, & quidem idipſum, quod animo jam præceperam. Ego vero meliora ab aliis exſpecto, & interim δαπέρας φερνίδας mihi reſervo.

Fratri Germano meo

DN. SAMVELI RACHELIO

Ethica Aristotelis edenti.

Quid sacra Vatum centies oracula,
Quid Iuris amplos ter quaterq; Codices
Volvisse refert? quidve certos siderum
Novisse motus, totq; descriptum orbibus
Orbem universum? Matris alma viscera
Quid perperam scrutamur, atque absconditas
Vires? Quid auras rerum inanes Rhetorum
Ex officina fundimus? Quid nexibus
Mille implicamus veritatem simplicem,
Parumq; techna callidos eludimus?
Quò vergit omnis literarum gloria,
Si viva Virtus, verba factis exprimens,
It exulatum? Si crepamus Nestoras,
Sed heu! Nerones vivimus; Si luxui
Veneriq; corpus mancipamus languidum,
Irave mentem tam citò effrenem damus,
Si clam furamur callidè, aut rapimus palàm.

Tu

Tu perge, Frater, &, quod audes, sedulò
Præcepta morum, quæ Magister ambulans
Dedit Lyceo, redde, transcribe, explica,
Vrgeq; solers. Namq; si quis literas
Est mente prava consecutus optimas,
Ter peior is fit indies, & (do fidem)
Bonas per artes repperit magnum malum.

Joachimus Rachelius
Londinensis.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ τὸ Α.

ARISTOTELIS ETHICORVM NICOMACHIORVM LIB. I.

CAP. I.

Dari ultimum quendam actionum humanarum finem.

ΠΑΣΑ τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ· διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθόν, οὗ πάντα ἐφίεται. Διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γὰρ εἰσιν ἐνέργειαι· τὰ δὲ παρ' αὐτὰς, ἔργα τινά. ὧν δ' εἰσὶ τέλη τινὰ παρὰ ταύτας πράξεις, ἐν τούτοις βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν τὰ ἔργα. πολλῶν δὲ πράξεων οὐσῶν, καὶ τεχνῶν, καὶ ἐπιστημῶν, πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη. ἰατρικῆς μὲν γὰρ, ὑγίεια· ναυπηγικῆς δὲ, πλοῖον· στρατηγικῆς δὲ, νίκη· οἰκονομικῆς δὲ, πλοῦτος. ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν, καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν χαλινοποιητικὴ, καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν

OMnis ars, omnisq; ratione descripta institutio, similiterq; actio & agendi consilium seu proæresis, bonum aliquod appetere videtur. ideoque scitè veteres id esse bonum definierunt, Quod omnia appetunt. Videntur autem fines inter se discrepare. Alii enim sunt energiæ: alii præter eas opera quædã. Quarum autem rerum præter actiones aliqui sunt fines, in his opera sunt actionibus meliora natura. Iam cum multæ sint actiones, artes, & scientiæ, multi quoque existunt fines. Nam medicinæ finis est bona valetudo: artis constructendarum navium, navis: artis imperatoriæ, victoria: rationis ejus, quæ in re familiari tuenda versatur, divitiæ. Quæcumque autem artes hujus generis uni alicui facultati subjectæ sunt (ut equestri ea, quæ in frenis conficiendis occupata est, cæteraque omnes, quæ sunt ad instrumenta e-

1 1 M.M.1.

1 Eu. c.1.

2

1 Pol. c.1.
1 Rhet.6. & 7.

3

2 Rhc. 23.
1 M.M.c.3

1 Rhet.6.

4

5

6

7

questria comparatæ: atque hæc ipsa equestris, omnisque actio militaris, arti
1 M.M.c.2. imperatoriæ: itemque aliæ aliis) in iis omnibus fines earum, quæ principem
§ Rhet. 7. locum obtinent, illarum, quæ eis subjectæ sunt, finibus sunt magis expetendi. Nam horum causa illi quoque ex-
8 petuntur. Nihil porro interest, utrum ipsæ energiæ actionum sint fines; an præter has aliud quippiam: quemadmodum apparet in iis scientiis, quas modo diximus.

ἱππικῶν ὀργάνων εἰσίν· αὕτη ἡ καὶ πᾶσι πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικήν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἄλλαι ὑφ' ἑτέρας· ἐν ἁπάσαις δὲ τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη, πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑφ' αὐτά· τούτων γὰρ χάριν καὶκεῖνα διώκεται. Διαφέρει δ' οὐδὲν τὰς ἐνεργείας αὐτὰς εἶναι τὰ τέλη τῶν πράξεων, ἢ παρὰ ταύτας ἄλλό τι, καθάπερ ἐπὶ τῶν λεχθεισῶν ἐπιστημῶν.

CAPVT II.

Finem Politicæ esse illum extremum finem.

1 SI quis igitur est rerum agendarum finis, quem propter se velimus, cætera autem propter hunc, sique non omnia propter aliud eligimus (sic enim res progrederetur in infinitum, ut proinde noster appetitus inanis sit futurus) perspicuum scilicet est, hoc futurum esse summum bonum, atque adeo bonorum omnium optimum.
2 Hujus ergo cognitio an non magnum etiam ad vitam degendam habitura sit momentum? &, an non hoc perspecto scopum certum nobis propositum habentes tanquam sagittarij, id, quod expetere nos oportet, facilius conse-
3 quemur? Jam si hoc ita est, danda erit opera, ut pingui & plana ratione illud complectamur: hoc est, ut quid, & cujus scientiæ aut facultatis sit illud, o-
2 M. M. 4 stendamus. Videri porrò possit is finis, quem dico, esse scientiæ reliquarum facultatum longè principis ac dominæ, cæterisque imperantis.
5 Ac talem esse ipsam politicã nemo dubitat. Nam & quas in civitatibus

Εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν, ὃ διὰ αὐτὸ βουλόμεθα, τὰ δ' ἄλλα διὰ τοῦτο, καὶ μὴ πάντα δι' ἕτερον αἱρούμεθα· πρόεισι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἄπειρον, ὥστ' εἶναι κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν· δῆλον ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἄριστον. ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπὴν καὶ καθάπερ τοξόται, σκοπὸν ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος; εἰ δ' ὄντως, πειρατέον τύπῳ γοῦν περιλαβεῖν αὐτό τί ποτ' ἐστὶ, καὶ τίνων τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων. δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. * τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται.

πῶς

τίνας δὲ δεῖ εἶναι χρεὼν τῶν ἐπιστημῶν ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ τίνας ἑκάστους μανθάνειν, καὶ μέχρι τίνος, αὕτη ἁρμόττει. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ ταύτην οὔσας· οἷον στρατηγικὴν, οἰκονομικὴν, ῥητορικήν. χρωμένης δὴ ταύτης τοῖς λοιποῖς πρακτικοῖς τῶν ἐπιστημῶν, ἔτι δὲ νομοθετούσης τί δεῖ πράττειν, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, τὸ τούτου τέλος περιέχοι ἂν τὰ τῶν ἄλλων. ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη τἀνθρώπινον ἀγαθόν. εἰ γὰρ καὶ ταὐτὸν ἑνὶ καὶ πόλει, μεῖζόν γε καὶ τελειότερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται καὶ λαβεῖν καὶ σώζειν· ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ· κάλλιον δὲ καὶ θειότερον, ἔθνει καὶ πόλεσι. ἡ μὲν δὴ μέθοδος τούτοις ἐφίεται, πολιτική τις οὖσα.

scientias esse oporteat, & quas quisque discere debeat, & quatenus; ea statuit ac præscribit. Facultates autem etiam eas, quæ summo in honore sunt, ut artem imperatoriam, & rationem tuendæ rei familiaris, & bene dicendi facultatem, huic esse subjectas videmus. Porrò cum hæc reliquis omnibus artibus, quæ in actione versantur, utatur; legibusque latis quid agendum & à quibus abstinendum sit præscribat: ejus certe fine reliquarum artium fines contineri fatendum est. Itaque hoc erit summum bonum hominis. Etsi enim idem sit bonum hominis, & civitatis: tamen civitatis bonum cum consequi, tum conservare majus quiddam esse ac perfectius videtur. Præclara enim cum res sit, vel uni soli, id, quod dicimus, contingere: longè certè est præclarius ac divinius, gentibus ac civitatibus illud conciliari. Istorum ergo explicatio susceptæ huic institutioni est proposita: cum ars quædam civilis sit, totisque civitatibus consulere velit.

1 M.M.c.1. 1 Pol.c.1. 6 7 8 1.M.M.c. 1. 9 7 Pol.1.f. & c. 2. 10

CAPVT III.

Non dari, nec exigi debere in hac Scientia accuratissimas demonstrationes: & quis illius idoneus sit auditor.

Ἱκανῶς δ' ἂν ἔχοι, εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην ἀκριβοφανθείη. τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ζητητέον, οὐδὲ τοῖς δημιουργουμένοις. τὰ δὲ καλὰ

17 tum vita integra & perfecta. multæ enim in vita rerum commutationes, varique casus interveniunt: fierique potest, ut cujus res hodie sunt valde secundæ, is maximis in senectute calamitatibus afficiatur: quemadmodum in heroum historijs de Priamo referunt poetæ.
18 Porro qui tales casus fuerit expertus, miserque de hac vita decesserit, eum profectò nemo ducet beatum.

ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ποιά τις. τῶν δὲ λοιπῶν ἀγαθῶν, τὰ μὲν ὑπάρχειν ἀναγκαῖον, τὰ δὲ συνεργὰ καὶ χρήσιμα πέφυκεν ὀργανικῶς. ὁμολογούμενα δὲ ταῦτ' ἂν εἴη τοῖς ἐκ ἀρχῆ. τὸ γὰρ τῆς πολιτικῆς τέλος, ἄριστον ἐπιθυμῶ. αὕτη δὲ πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται περὶ τοιούς τινας καὶ ἀγαθὰς τοὺς πολίτας ποιῆσαι, καὶ πρακτικοὺς τῶν καλῶν. εἰκότως οὐ ἄν τε βοῦν, οὔτε ἵππον, οὔτε ἄλλό τι τῶν ζώων εὐδαίμονα λέγομεν. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οἷόν τε κοινωνῆσαι τοιαύτης ἐνεργείας. διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν, οὐδὲ παῖς εὐδαίμων ἐστίν· οὔπω γὰρ πρακτικὸς τῶν τοιούτων διὰ τὴν ἡλικίαν· οἱ δὲ λεγόμενοι, διὰ τὴν ἐλπίδα μακαρίζονται. δεῖ γὰρ, ὥσπερ εἴπομεν, καὶ ἀρετῆς τελείας, καὶ βίου τελείου· πολλαὶ γὰρ μεταβολαὶ γίνονται καὶ παντοῖαι τύχαι κατὰ τὸν βίον· καὶ ἐνδέχεται τὸν μάλιστα εὐθυνούμενον, μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν ἐπὶ γήρως, καθάπερ ἐν τοῖς ἡρωϊκοῖς περὶ Πριάμου μυθεύεται. τὸν δ' οὕτως χρησάμενον τύχαις, καὶ τελευτήσαντα ἀθλίως, οὐδεὶς εὐδαιμονίζει.

CAPVT X.

Vtrum Felices judicandi sint Viventes.

1 SEd anne alius quidem quisquam mortalium, quamdiu manet in vita, bea-
1 Eu. c. 1.

Πότερον οὖν οὐδ' ἄλλον οὐδένα ἀνθρώπων εὐδαιμονιστέ-

μονίσιον, ἕως ἂν ζῇ· κ᾽ Σόλωνα ἢ χρεὼν τέλος ὁρᾶν; εἰ ἢ δὴ, καὶ ὅτου ἂν ᾖ τοῦτον ὄντως, ἀρά γε καὶ ἔστιν εὐδαίμων τότε ἐπειδὰν τελευτήσῃ, ἢ τοῦτό γε παντελῶς ἄτοπον, ἄλλως τε κ᾽ τῆς λέγωσιν ἡμῖν ἐνίοτε ὡς ἔστί τινα τὼ εὐδαιμονίαν; εἰ ἢ μὴ λέγομεν τὸν τεθνεῶτα εὐδαίμονα, μηδὲ Σόλων τοῦτ᾽ βούλεται, ἀλλ᾽ ὅτι τοιαῦτα ἂν τις ἀσφαλῶς μακαρίσειεν ἄνθρωπον, ὡς ἐκτὸς ἤδη τῶν κακῶν ὄντα κ᾽ δυστυχημάτων, ἔχει μὲν καὶ τοῦτο ἀμφισβήτησίν τινα. δηλοῖ γὰρ εἰναί τι τῷ τεθνεῶτι καὶ κακὸν, καὶ ἀγαθὸν, εἴτε καὶ τῷ ζῶντι, μὴ αἰσθανομένῳ δὲ, οἷον τιμαὶ καὶ ἀτιμίαι, καὶ τέκνων κ᾽ ὅλως ἀπογόνων εὐπραξίαι τε καὶ δυσχέρειαι. ἀπορίαι δὲ καὶ ταῦτα παρέχει· τῷ γὰρ μακαρίως βεβιωκότι μέχρι γήρως, κ᾽ πολυτήσαντι κ᾽ λόγον, ἐνδέχεται πολλὰς μεταβολὰς συμβαίνειν περὶ τοὺς ἐκγόνους· καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀγαθοὺς εἶναι, κ᾽ τυχεῖν βίου τοῦ κατ᾽ ἀξίαν· τοὺς δ᾽, ἐξ ἐναντίας· δῆλον δ᾽ ὅτι καὶ τοῖς ἀπογόνοις πρὸς τοὺς γονεῖς παντοδαπὸς ἔχειν διῄρηκε ἐνδέχεται. ἄτοπον δὴ γίνοιτ᾽ ἂν, εἰ συμμεταβάλλοι κ᾽ ὁ τεθνεὼς· καὶ γίνοιτο, ὁτὲ μὲν εὐδαίμων, πάλιν δ᾽ ἄθλιος. ἄτοπον δ᾽ κ᾽ τὸ μηδὲ

tus est judicandus, éque Solonis sententia spectandum tempus vitæ extremum? An item, si hoc ita esse ponamus, beatus est aliquis tum, cum excesserit è vita? An hoc quidem est prorsus absurdum dictu, præsertim nobis, qui beatitudinem actionem quandam sive energiam esse dicimus? Quod si nec nos eum beatum dicimus, qui mortuus est, neque vult hoc Solon: sed intelligit, tum demum hominem verè ac tutò beatum prædicari posse, tanquam iam extra omnium malorum atque infortuniorum discrimen positum: hoc quoque ipsum positum est in controversia. Nam ita etiam ei, qui non vivit, sed mortuus est, aliquid erit ut malum, sic & bonum, peræque ut viventi: Et erit, nihil horum persentiscenti: verbi gratia, honores & ignominiæ cùm liberorum, tum omnino posterorum, ac secundæ pariter atque adversæ illorum res. Dubitationem verò permagnam hæc quoque habent. Fieri enim potest, ut, quem vita beata usque ad senectutem prosecuta sit, & qui supremum vitæ diem convenienter actæ jam ætati obierit, eum multæ in posteris mutationes & varietates excipiant: hoc est, ut cum alii eorum boni sint, vitaque ea qua digni sunt, potiantur, alijs eorum planè diversum accidat. Ad hæc varia quoque posterorum, à majorum moribus & virtute discedentium, discrimina existere solent. Atque hic absurdum certè fuerit, si unà cum eis mortuus quoque commutetur, fiatque nunc beatus, nunc contra miser. Rursus absurdum fuerit

etiam illud, res posterorum nihil, ne ad
ullum quidem usque tempus ad paren-
10 tes pertinere. Sed redeundum est no-
bis ad id, quod primo loco dubitatum
est. Fortasis enim ex illo id quoque,
quod posterius quærebamus, intellige-
11 tur. Quod si igitur supremus vitæ dies
expectandus, & tum quisque beatus ex-
istimandus est, cum eum diem obierit,
non quòd nunc beatus sit, sed quòd an-
tea fuerit: Numnam etiam absurdum
fuerit, cum quis beatus est, tum id quod
in eo inest, de ipso non verè dictum iri,
ob hanc causam, quòd vivos beatos prædicari nolimus, propter rerum commutationes casuumque varietates: & verò ob illam causam, quòd beatitudinem quidem firmum quiddam & prope immutabile esse existimemus, cum è diverso in uno eodemque homine subinde
12 mutetur, velut in orbem conversa? illud namque perspicuum esse, si ad fortunæ casus commutamur, nos eundem nunc beatum, nunc contrà miserum sæpe esse dicturos: chamæleontem quendam & parum stabili sede collocatum virum
13 beatum nostra oratione fingentes. An ne verò potius ex fortunæ varietate ac mobilitate minimè dicendum est fingi formarique beatum aut non beatum (propterea quòd bene vel male vivendi
14 ratio in fortuna posita non est) & requi-
1. Pol. 13. ritur tamen illa ex ratione humanæ vitæ, quemadmodum diximus: quandoquidem actiones virtuti consentaneæ beatitudinis dominæ sunt, sicuti misе-
15 riarum contrariæ: An inquam hoc potius dicendum est) testimoniumque insuper huic sententiæ perhibet ipsum il-

δὲν μηδ' ὅλῳ τινὰ χρόνον συμπεκτείνεσθαι τὰ τῶν ἐκγόνων τοῖς γονεῦσιν. ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν τὸ πρότερον διηπορήθη· τάχα γὰρ ἂν θεωρηθείη καὶ τὸ νῦν ζητούμενον ἐξ ἐκείνου. εἰ δὴ τέλος ὀφεῖλει εἶναι, καὶ τότε μακαρίζειν ἕκαστον, ἀλλ' οὐχ ὡς ὄντα μακάριον, ἀλλ' ὅτι πρότερον ἦν, πῶς οὐκ ἄτοπον, εἰ ὅτε ἔστιν εὐδαίμων, μὴ ἀληθεύσει τὸ ὑπάρχον, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τοὺς ζῶντας εὐδαιμονίζειν, διὰ τὰς μεταβολὰς, καὶ διὰ τὸ μόνιμόν τι τὴν εὐδαιμονίαν ὑπολαμβάνειν, καὶ μηδαμῶς ἐμμεμβόλους τὰς δὲ τύχας πολλάκις ἀνακυκλεῖσθαι περὶ τοὺς αὐτούς; δῆλον γὰρ ὡς εἰ συνακολουθοίημεν ταῖς τύχαις, τὸν αὐτὸν εὐδαίμονα, καὶ πάλιν ἄθλιον ἐροῦμεν πολλάκις, χαμαιλέοντά τινα τὸν εὐδαίμονα ὑποφαίνοντες, καὶ σαθρῶς ἱδρυμένον. ἢ τὸ μὴ ταῖς τύχαις ἑπακολουθεῖν εὐδαιμόνως ὀρθόν; οὐ γὰρ ἐν ταύταις τὸ εὖ ἢ κακῶς, ἀλλὰ προσδεῖται τούτων ὁ ἀνθρώπινος βίος, καθάπερ εἴπομεν. κύριαι δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς εὐδαιμονίας· αἱ δ' ἐναντίαι, τὰ ἐναντία. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ νῦν ἀπορηθέν. δεῖ γὰρ ἴσως

ὑπάρ-

ὑπάρχει τῶν ἀνθρωπίνων βεβαιότης, ὡς τοῦ τὰς ἐνεργείας τὰς κατ' ἀρετὴν μονιμώτερας καὶ τῶν ἐπιστημῶν αὐτῶν θλακτοῦσιν εἶναι. τούτων δ' αὐτῶν, αἱ τιμιώτατα μονιμώτατα, * διὰ τὸ μάλιστα καὶ συνεχέστατα καθ' ἕξιν ἐν ταύταις τὰς μακαρίους. τοῦτο γὰρ ἔοικεν αἰτίῳ τοῦ μὴ γίγνεσθαι τοῦτο αὐτὰ λήθην. ὑπάρξει δὴ τὸ ζητούμενον τοῦ εὐδαίμονι, καὶ ἔσται διὰ βίου τοιοῦτος· ἀεὶ γὰρ, ἢ μάλιστα πάντων, πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετήν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς ὅγ'. ὡς ἀληθῶς ἀνδρὶ τετραγώνῳ καὶ ἄμωμον. πολλῶν δ' γιγνομένων κατὰ τύχην, καὶ διαφερόντων μεγέθει καὶ μικρότητι, τὰ μὲν μικρὰ τῶν εὐτυχημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀντικειμένων, δῆλον ὡς οὐ ῥοπὴν τῆς ζωῆς· τὰ δὲ μεγάλα καὶ πολλὰ, συνοίσει μὲν εὖ, μακαριώτερον τὸν βίον ποιήσει. καὶ γὰρ αὐτὰ σωπικὸν πέφυκε, καὶ ἡ χρῆσις αὐτῶν καλὴ καὶ σπουδαία γίγνεται. εἰ δὲ πάλιν συμβαίνουσι, θλίβει καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον· λύπας γὰρ παρέχει, καὶ ἐμποδίζει πολλαῖς ἐνεργείαις. ὅμως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαλάμπει τὸ καλόν, ὅταν τις φέρῃ εὐκόλως πολλὰς καὶ μεγάλας ἀτυχίας, μὴ δι' ἀναλ-

lud, de quo hoc in loco quæstio est? Nam cum omnia humana sint infirma & fluxa, sola virtutis actio habet constantiam. Nam & scientiis ipsis stabiliores diuturnioresque videntur virtutes: quarum ipsarum quoque prout unaquæque plurimi est, ita diutissimè permanet: propterea, quòd in eis maximè & assiduè ætatem agunt beati. Hæc enim videtur esse causa ejus, quod est nulla unquam oblivione illarum beatos capi. Inerit ergo firmiter ac verè in beato id, quod quærimus, eritque ille dum vivet, id quod esse dicitur. Nam vel semper, vel omnium maximè, ea & aget, & animo cernet, quæ sunt virtutis, fortunæque casus pulcerrimè, omnique ex parte sic ut oportet feret: quippe qui vere sit vir bonus, & sine vituperatione quadratus. Sed cum multa fortuitò eveniant, eaque magnitudine & parvitate differant, perspicuum est, ea fortunæ bona itemque contraria, quæ parva sunt, nihil ad vitam momenti habere: Magna autem fortunæ beneficia & multa vitam beatiorem esse effectura. Nam & ipsa ornamenta homini suapte natura solent esse, & eorum usus pulcer & bonus est: contraria verò illorum vitam beatam in angustias redigunt & corrumpunt. Et ægritudines enim inferunt, & multas quoque energias seu actiones impediunt: tametsi etiam in his splendet atque elucet ipsum honestum, ac vel tum maximè, cum quis multas & magnas calamitates fert leviter ac placidè, non quod doloris sensu careat: sed quod ge-

16 17 18 19 7. Pol. 11. 3 Rhe. 11. pr. 20 21 22

23 nerosi magnique sit animi. Quod si actionibus vita continetur, ut diximus, nullus beatus ullo pacto miser esse poterit. Numquam enim quicquam aget odio dignum aut improbum. Nam qui verè bonus & bene sanæ mentis est, eum putamus omnes fortunæ casus decenter & ex personæ suæ dignitate ferre, semperque secundum ea, quæ suppetunt,
25 res pulcherrimas agere: quomodo & bonum imperatorem eo exercitu, qui præsto est, semper uti bellicosissimè, & sutorem ex iis pellibus, quarum ipsi copia est, calceum pulcherrimum conficere: eodemque modo cæteros artifices
26 omnes. Quod si ita est, profecto vir beatus miser quidem futurus minimè est, haud facilè tamen beatus dici poterit, si in Priami calamitates inciderit.
27 At neque varius erit & mutabilis. Nam ut neque facile de beata vita poterit dimoveri; neque à quibuslibet rebus adversis, sed à magnis demum & multis: sic neque talibus fortunæ casibus afflictus, rursus brevi tempore fieri poterit beatus: sed si fiet longo & justo temporis intervallo fiet: ubi videlicet magnarum & honestarum rerum interea com-
28 pos fuerit effectus. Estne ergo, quod vetet, beatum nos dicere eum, qui suas actiones perfecta virtute dirigit, bonisque externis mediocriter instructus est, non ad quodlibet tempus, sed per vitam
29 perfectam? An vero ad definitionem etiam addere debemus: &, qui sit ita victurus, & vero qui mortem ei vitæ

ἀναλγησίας, ἀλλὰ ἡμερίους ἂν καὶ μεγαλόψυχους. εἰ δ' εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι κύριαι τῆς ζωῆς, καθάπερ εἴπαμεν, οὐδεὶς ἂν ἡμῶν τῶν μακαρίων ἄθλιος· οὐδέποτε γὰρ πράξει μισητὰ καὶ φαῦλα. τὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν καὶ ἔμφρονα πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας εὐσχημόνως φέρειν, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αἰεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν. καθάπερ καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν, τῷ παρόντι στρατοπέδῳ χρῆσθαι πολεμικώτατα. καὶ σκυτοτόμον, ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῶν κάλλιστον ὑπόδημα ποιεῖν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὰς ἄλλας τεχνίτας ἅπαντας. εἰ δ' ὕστερον, ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων· οὐ μὴν μακάριός γε, ἂν Πριαμικὰς τύχας περίσχῃ. οὐδὲ δὴ ποικίλος γε καὶ εὐμετάβολος· οὔτε γὰρ ἐκ τῆς εὐδαιμονίας κινηθήσεται ῥᾳδίως, οὐδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων ἀτυχημάτων, ἀλλ' ὑπὸ μεγάλων καὶ πολλῶν· οὔτε τῶν τοιούτων τάχ' ἂν γένοιτο πάλιν εὐδαίμων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. ἀλλ' εἴπερ, ἐν πολλῷ τινι καὶ τελείῳ, μεγάλων καὶ καλῶν ἐν αὐτῷ γενόμενον ἐπήβολον. τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένον; μὴ τὸν τυχόντα χρόνον, ἀλλὰ τέλειον βίον; ἢ προσθετέον, καὶ βιωσόμενον οὕτω;

καὶ

καὶ τελευτήσαντος κ' λέγον; ἐπειδὴ τὰ μέλλοντα ἄφανῆς ἡμῖν τὴν εὐδαιμονίαν ἢ τέλος καὶ τέλειον τίθεμεν * πάντῃ παντως. εἰ δ' ὕτω, μακαρίους μὲν ἐροῦμεν τῶν ζώντων οἷς ὑπάρχει καὶ ὑπάρξει τὰ λεχθέντα· μακαρίους δ', ὡς ἀνθρώπους. καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον διωρίσθω.

convenienter obiturus? quandoquidem res futuræ nobis sunt obscuræ (ac tam prosperæ; quam adversæ accidere possunt) beatitudinem autem finem esse, & quiddam prorsus ex omni parte perfectum, ponimus. Quæ si ita sunt, beatos ex vivis dicemus eos, in quibus illa insunt & inerunt, quæ à nobis supra dicta sunt: beatos tamen ut homines. Atque de his quidem hunc in modum definitum esto.

CAPVT XI.

Vtrum Fortuna posterorum pertineat ad Beatos post mortem.

Τὰς δ' τῶν ἀπογόνων τύχας καὶ τῶν φίλων ἁπάντων, τὸ μὲν μηδὲν ποιοῦν συμβάλλεσθαι, λίαν ἀφίλον φαίνεται, καὶ ταῖς δόξαις ἐναντίον. πολλῶν δὲ καὶ παθῶν ἐχόντων διαφορὰς τῶν συμβαινόντων· καὶ τῶν μὲν μᾶλλον συνικνουμένων, τῶν δ' ἧττον, καθ' ἕκαστον μὲν διαιρεῖν, μακρὸν καὶ ἀπέραντον φαίνεται· καθ' ὅλου δὲ λεχθὲν καὶ τύπῳ, τάχ' ἂν ἱκανῶς ἔχοι· εἰ δὴ καθάπερ καὶ τῶν περὶ * αὐτὸν ἀτυχημάτων, τὰ μὲν ἔχει τι βάρος καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον, τὰ δ' ἐλαφρότερα ἔοικεν ἄττα καὶ τὰ περὶ τοὺς φίλους ὁμοίως ἅπαντας. διαφέρει δ' τῶν παθῶν ἕκαστον περὶ ζῶντας ἢ τελευτήσαντας συμβαίνειν πολὺ

PORrò ad fortunam secundam & adversam posterorum & amicorum omnium quod attinet, primum quidem nihil beatum virum ea attingere dicere, cùm valde ab amicitia alienum esse, tum à communibus hominum opinionibus abhorrere videtur. Deinde verò cum ipsa illa eventa, de quibus agimus, sint admodum dissimilia, cumque alia magis, alia minus ad nos pertineant: ea quidem singulatim explicare atque in partes distribuere, longum atque infinitum fuerit: universè autem ostendere, ac velut rudi imagine adumbrare fortasse ad nostrum institutum satis fuerit. Quod si igitur primum quidem ut res adversæ, quæ singulatim cuique accidunt, aliæ pondus aliquod ac momentum habent ad vitam, aliæ sunt leviores: ita illa etiam quæ amicis, quicunque illi sunt, accidunt, pertinent ad amicos omnia, licet dissimiliter: Rursumq; si, utrum unusquisq; casus acerbus vivis, an mortuis accidat, id verò multo etiam magis interest, quã

in tragœdijs, utrum facinora injusta & atrocia aliquorum, quæ ibi referuntur, jam olim perpetrata sint, an nunc primum perpetrentur: Conficitur quidem certè vel ex hoc, plurimum inter ista interesse. Ac fortasse multò quoque major diversitas oritur ex illo, quod dubitatur, utrum mortui boni alicujus aut mali sint participes, nec ne. Apparet enim ex his, etiamsi quid ad eos pertineat, quodcunque sit illud, sive bonum sive malum, perquam exiguum vel absolutè ac per se, vel certè illis, esse. Sin aliter hoc habeat, certè tantum ac tale modò esse, ut neque eos, qui non sunt, beatos efficiat, neque beatitudinem ijs, qui eam adepti sunt, eripiat. Videntur igitur res amicorum, tum secundæ, tum adversæ, nonnihil ad mortuos pertinere: sed ita, & tantum, ut neque beatos non beatos efficiant, neque quicquam aliud tale.

μᾶλλον, ἢ ᾧ φθόνημα καὶ δεινὰ συμπάρεστιν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἢ πέπλεκται. συλλογιστέον δὲ καὶ ταύτῃ τὸν λόγον· * μᾶλλον δ' ἴσως τὸ διαπορεῖσθαι περὶ τοὺς κεκμηκότας, εἴ τινος ἀγαθοῦ κοινωνοῦσιν, ἢ τῶν ἐναντίων· ἔοικε γὰρ ἐκ τούτων εἰ καὶ διίκνεῖται πρὸς αὐτούς ὁπουοῦν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε τοὐναντίον, ἀφαιρεῖ τι καὶ μικρὸν, ἢ ἁπλῶς, ἢ ἐκείνοις εἶναι· εἰ δὲ μή, τοσοῦτόν γε οὐ τοιοῦτον, ὥστε μὴ ποιεῖν εὐδαίμονας τοὺς μὴ ὄντας μηδὲ τοὺς ὄντας μακαρίους ἀφαιρεῖσθαι τὸ μακάριον. συμβαίνειν μὲν οὖν τι φαίνοιτ' ἂν τοῖς κεκμηκόσιν αἱ εὐπραξίαι τῶν φίλων· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ δυσπραξίαι δοκοῦσι καὶ τηλικαῦται, ὥστε μή τι τοὺς εὐδαίμονας μὴ εὐδαίμονας ποιεῖν, μήτ' ἄλλο τῶν τοιούτων μηδέν.

CAPVT XII.

Felicitatem ex iis esse, quæ Honorabilia dicuntur.

1 HIs autem distinctis dispiciamus de
1 M.M.c.1. beatitudine & hoc: utrum habenda sit in numero rerum laudabilium, an in earum potius, quæ honore dignæ
2 sunt. Est enim perspicuum, eam non
1 Rhe.9. 3 numerari in potestatibus. Videtur igitur id omne, quod laudabile est, ob eam causam esse laudabile, quod sit cujusdam modi, & ad aliud quodam mo-
4 do referatur. Nam justum, fortem, & omnino virum bonum, ac virtutem

Διωρισμένων δὲ τούτων, σκοπῶμεν περὶ τῆς εὐδαιμονίας, πότερον τῶν ἐπαινετῶν ἐστιν, ἢ μᾶλλον τῶν τιμίων· δῆλον γὰρ ὅτι τῶν γε δυνάμεων οὐκ ἔστι. φαίνεται δὲ πᾶν τὸ ἐπαινετὸν τῷ ποιόν τι εἶναι, καὶ πρός τί πως ἔχειν, ἐπαινεῖσθαι. τὸν γὰρ δίκαιον, καὶ τὸν ἀνδρεῖον, καὶ ὅλως τὸν ἀγαθὸν, καὶ τὰς ἀρετὰς

ἐπι-

ἐπαινοῦμεν διὰ τὰ ἔργα καὶ τὰς πράξεις. καὶ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὸν δρομικὸν, καὶ τὸν ἄλλων ἕκαστον, τῷ ποιόν τινα πεφυκέναι, καὶ ἔχειν πως πρὸς ἀγαθόν τι καὶ σπουδαῖον. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων. γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι· τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς ὥσπερ εἴπομεν. εἰ δ' ἔστιν ὁ ἔπαινος τῶν τοιούτων, δῆλον ὅτι τῶν ἀρίστων οὐκ ἔστιν ἔπαινος· ἀλλὰ μεῖζόν τι καὶ βέλτιον, καθάπερ καὶ φαίνεται. τοὺς τε γὰρ θεοὺς μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν· καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν. οὐδεὶς γὰρ, τίλως εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ, καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς θειότερόν τι καὶ βέλτιον μακαρίζει. δοκεῖ δὲ καὶ Εὔδοξος καλῶς συνηγορῆσαι περὶ τῆς ἡδονῆς. τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι τῶν ἀγαθῶν ὄντων, μηνύειν ἔφατο ὅτι κρεῖττόν ἐστι τῶν ἐπαινετῶν, τοιοῦτον δ' εἶναι τὸν θεὸν καὶ τἀγαθόν. πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τἄλλα ἀναφέρεσθαι· ὁμοίως γὰρ ἔπαινος, πρὸς ἀρετήν· πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης, ἢ δὲ ἔγ-

propter facta & actiones laudamus. Robuſtum & eum, qui ad curſum aptus eſt, & unumquemque aliorum propterea laudamus, quod â natura ſic comparatus, & quodammodo ad aliquod bonum ac præſtantiam aliquam affectus eſt. Quod etiam declarant deorum laudes. Ridiculæ enim hæ videntur, eo, quod ad nos referantur (quaſi videlicet diis potiores.) Atque hoc propterea accidit, quod laudes, quemadmodum diximus, comparatione & relatione quadam conſtant, (id eſt, ſunt de re quapiam, ad illos, qui ſunt re ea potiores.) Quod ſi laus talibus rebus tribuitur, nimirum perſpicuum eſt, rerum præſtantiſſimarum non eſſe laudem, ſed quiddam laude majus & melius, quemadmodum apparet. Nam & deos beatos ac felices uſurpamus, & viros maxime divinos beatam vitam agere dicimus. Itemque ea bona, quæ diviniſſima ſunt, beata prædicamus. Beatitudinem enim nemo laudibus effert, ut nec juſtitiam: ſed ut divinius & melius quidpiam ſuſpicit & in rerum beatiſſimarum numero collocat. Secundum quæ etiam ſcire Eudoxus cauſam voluptatis egiſſe videtur, cum primas partes principemque locum dignitatis illi tribuere vellet. Nam quod, cum ſit ipſa in numero rerum bonarum, non laudatur, eo declarari putabat, eam rebus ijs, quæ ſunt laudabiles, eſſe meliorem. Talem autem eſſe Deum, ac Summum bonum. ad hæc enim duo cetera quoque referri. Nam virtuti quidem laus propriè tribuitur. Ab hac enim ad res honeſtas agendas idonei

efficiu-

2 Eu c.n.

12 efficimur. Encomia autem factorum sunt potius, & eorum peraequè, quæ corporis, & eorum, quæ animi viribus
13 obeuntur. Sed de his quidem subtilius
1 Rhet. 9. & limatius disputare eorum est magis, qui in encomijs scribendis occupati
14 sunt: Nobis autem ex ijs, quæ dicta sunt, perspicuum est, proprie in bonis ijs, quæ honore digna, & perfecta sunt, vi-
15 tam beatam esse numerandam. Atque ita videtur esse etiam ob hanc causam, quod principium est. Hujus enim gra-
16 tia omnes reliqua omnia agimus. Principium autem causamque, cur cætera bona sint, honore dignum & divinum quiddam esse ponimus.

κώμια, τῶν ἔργων· ἐμοίως καὶ τῶν σωματικῶν, καὶ τῶν ψυχικῶν· ἀλλὰ τάδε τις μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῖ τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις· ἡμῖν δὲ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία, τῶν τιμίων καὶ πλείων. ἔοικε δ' ὅτως ἔχειν. καὶ διὰ τὸ εἶναι * ἀρχή. τούτης γὰρ χάριν, τὰ λοιπὰ πάντες πάντα πράττομεν. τὴν δ' ἀρχὴν καὶ τὸ αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, τιμιόν τι καὶ θεῖον τιθέμεν.

CAPVT XIII.

De Virtutis Subjecto ac Divisione petita ex distinctis Animæ Facultatibus.

1 SEd quoniam beatitudo actio seu e-
1 M.M. 4. 5. & 35. nergia quædam animi est, virtuti undique absolutæ congruens, de virtute
2 videndum est. Ita vero fortasse & de beatitudine melius dispicere poterimus.
3 Atque is quidem, qui ad rempublicam administrandam verè idoneus est, in hujus studio occupari maxime videtur. Huc enim se parat & hoc studet, ut cives suos viros bonos & legibus obedien-
4 tes efficiat: quarum rerum exemplum nobis suppeditant Cretensium & Lacedæmoniorum legum latores, & si qui a-
5 lij tales exstiterunt. Quod si hæc civilis scientiæ propria disputatio est, nimirum ad id consilium atque institutum, quod ab initio suscepimus, disputatio

Ἐπεὶ δ' ἔστιν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν, περὶ ἀρετῆς θεωρητέον· * τάχα γὰρ ἄν τις βέλτιον καὶ περὶ τῆς εὐδαιμονίας θεωρήσαιμεν. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ τῷ ἀληθείᾳ πολιτικὸς, περὶ ταύτην μάλιστα πεπονῆσθαι· βούλεται γὰρ τοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ποιεῖν, καὶ τῶν νόμων ποιητικούς. παράδειγμα δὲ τούτων ἔχομεν, τοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοθέτας, καὶ εἴ τινες ἕτεροι τοιοῦτοι γεγόνασιν. εἰ δὲ τῆς πολιτικῆς ἐστὶν ἡ σκέψις αὕτη, δῆλον ὅτι γένοιτ' ἂν ἡ ζήτησις κατὰ τὴν ἐξ ἀρ-

χῆς

χῆς πραγμάτειαν. πρὸς ἃ δὲ τῆς δὲ ὑπόκειται, ἀνθρωπίνης δηλονότι. καὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν ἀνθρώπινον ἐζητοῦμεν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἀνθρωπίνην. λέγομεν δὲ ἀνθρωπίνην, ἃ τὴν οὐ σώματος ἀλλὰ τὴν τῆς ψυχῆς· καὶ τὴν εὐδαιμονίαν δὲ, ψυχῆς ἐνέργειαν λέγομεν. εἰ δὲ ταῦτ' ἔστιν ἔχει, δῆλον ὅτι δεῖ τὸν πολιτικὸν εἰδέναι πως τὰ περὶ ψυχήν· ὥσπερ καὶ τὸν ὀφθαλμοὺς θεραπεύσοντα, καὶ πᾶν σῶμα· καὶ μᾶλλον ὅσῳ τιμιωτέρα καὶ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς· καὶ τῶν ἰατρῶν δὲ οἱ χαρίεντες πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὸ σῶμα γνῶσιν. θεωρητέον δὴ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς. θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα· τὸ γὰρ ἀκριβέστερον ἴσως ἔστι τῶν προκειμένων. λέγονται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια· καὶ χρηστέον αὐτοῖς· οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. ταῦτα δὲ πότερον διῄρηται, καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια, καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἔστιν ἀχώριστα φύσει, καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον, οὐδὲν

hæc omnis erit accommodanda. De virtute itaque videndum est, humana scilicet. Nam cum summum hominis bonum, tum beatitudinem humanam nobis proponebamus. Virtutem porro humanam appellamus non corporis, sed animi virtutem. Etenim beatitudinem energiam sive actionem animi dicebamus. Quod si hæc ita se habent: nimirum, ut eum, qui oculos curaturus est, totum corpus oportet habere perspectum, sic eum, qui politicus est futurus, ea, quæ ad animum pertinent, quodammodo scientia comprehendisse necesse est. Atque id eò quoque magis, quò majore honore digna est civilis scientia, quam medicina. At vero medici periti & elegantes multum studij & operæ in cognitione corporis ponere consueverunt. Ergo ei quoque qui civitatis regendæ peritus futurus est, in animi cognitionem cura atque opera multa conferenda est, conferenda inquam harum rerum gratia, & quatenus satis sit ad ea, quæ quærimus. Accuratius enim animi vim inquirere atque explicare majoris fortasse negotij sit, quam pro ratione earum rerum, quæ nobis propositæ sunt. Atque etiam in Exotericis disputationibus satis copiosè dicuntur de hoc non nulla, ijsque utendum est: Nimirum unam esse animi partem rationis expertem, participem illius alteram, Quæ utrum distinctæ sint, quemadmodum corporis partes, & quicquid similiter in partes secari potest, An ratione duæ sint, suapte alioqui natura indivisæ (ut in rotunda figura ea pars, quæ convexa, & ea, quæ concava dicitur) ad id, quod

6 7 8 9 10 11 12 1 Eu. c. 13

14 nunc agimus nihil facit. Ejus autem partis, quæ rationis expers est, duæ aliæ partes intelliguntur: quarum altera ejus, quæ omnium communis est, & quæ stirpibus propriè convenit, similis est. Talem enim animi vim ijs omnibus, quæ aluntur, meritò aliquis attribuerit: atque adeo in fœtibus immaturis &
15 imperfectis. Eam verò ipsam etiam in perfectis animantibus. Certè enim probabilius est, hanc illis inesse, quàm ali-
16 am ullam. Hujus igitur virtus omnium communis quædam, ut dixi, non hominis propria est: quippe cum in somnis hæc particula atq; hæc vis suo munere maximè fungatur. Atqui bonus ab improbo in somno minimùm discernitur. Ex quo illud est, quod ajunt, Inter
17 beatos ac miseros dimidiam vitæ partem nihil interesse. ejusque rei ratio probabilis, cur ita accidat, afferri potest.
18 Somnus enim animi est cessatio, qua
a Eu. c.i. quidem is bonus dicitur & malus: nisi si ex parte parva motus quidam animi perveniunt ac permanant ad aliam quandam partem: atque hac ratione bonorum, quam quorumlibet aliorum
19 visa sunt meliora. Sed de his quidem satis: prætermittendaque est alendi facultas: quandoquidem virtutis humanæ expers est sua natura. Videtur autem
20 etiam altera vis animi rationis quidem expers esse, quæ tamen aliquo modo e-
21 jus est particeps. Nam in Continente & Incontinente partem eam, quæ ratione prædita est, laudamus. (Rectè enim illa pars, atque ad optima, hortatur

ἀφαίρει πρὸς τὸ παρόν. τὸ δ' ἀλόγου ἦ, τὸ μὲν, ἔοικε κοινῷ καὶ φυτικῷ· λέγω δὲ τὸ αἴτιον ἕξ τρέφεσθαι, καὶ τὴν αὔξησιν· τοιαύτην γὰρ δύναμιν τ ψυχῆς ἐν ἅπασι τοῖς τρεφομένοις θείη τις ἄν, καὶ ἐν τοῖς ἐμβρύοις· τὴν αὐτὴν ἢ ταύτην καὶ ἐν τοῖς πλείοις· εὐλογώτερον γὰρ ἢ ἄλλην τινά. ταύτης μὲν οὖν κοινή τις ἀρετὴ, καὶ οὐκ ἀνθρωπικὴ φαίνε). δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις ἐνεργεῖν μάλιστα τὸ μόριον τοῦτο, καὶ ἡ δύναμις αὕτη· ὁ δ' ἀγαθὸς κ κακὸς, ἥκιστα ἀφώρισται κατὰ ὕπνον. ὅθεν φασὶν εἶναι ἀφαίρειν τ ἥμισυ ἕξ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων. συμβαίνει δὲ τοῦτ' εἰκότως· ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς, ἡ λέγεται πᾶσα δαία καὶ φαύλη. πλὴν * εἰ πῃ κ μικρὰν ἐπικινοῦνται ἅλλως τῶν κινήσεων, κ ταύτῃ βελτίω γίνε) τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν, ἢ τ τυχόντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἄλις. καὶ τ θρεπτικὸν οὖν ἑαυτοῦ, ἐπειδὴ τ ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς ἄμοιρον πέφυκεν. * ἔοικε δὲ καὶ ἄλλη τις φύσις τ ψυχῆς ἄλογος εἶναι, μετέχουσα μέν τι τῆ λόγου. τὸ γὰρ ἐγκρατὲς κ ἀκρατὲς (* τὸν λέγομεν, καὶ τῆς ψυχῆς) τὸ λόγον ἔχον ἐπαινοῦμεν· ὀρθῶς γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιστα παρακαλεῖ φαίνεται δὲ ἐν

δὲ ἐν ἀυτοῖς καὶ ἄλλό τι παρὰ τὸν λόγον πφυκὸς, ὁ μάχεται καὶ ἀντιτείνει τῷ λόγῳ· ἀπερχνῶς γὰρ καμπτὰς τὰ παραλελυμένα τῷ σώματι καὶ μόρια εἰς τὰ δεξιὰ παραρρυέντων κινῆσαι, βούλεται εἰς τὰ ἀριστερὰ παραφέρει). καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἔστω· ἐπὶ τὰ ἐναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν. ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι μὲν ὁρῶμεν τὸ παραφερόμενον, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ ὁρῶμεν. ἴσως μὲν οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν τῇ ψυχῇ νομιστέον εἶναί τι παρὰ τὸν λόγον, ἐναντιούμενον τούτῳ καὶ ἀνθιστάμενον. πῶς μὲν οὖν ἕτερον, οὐδὲν προσφέρει. λόγου δὲ καὶ τοῦτο φαίνεται μετέχειν, ὥσπερ εἰπομεν· πειθαρχεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ ἐγκρατές. ἔστι δ' ἴσως ἐυηκοώτερον ἔτι τὸ σώφρον καὶ ἀνδρεῖον· πάντα γὰρ ὁμοφωνεῖ τῷ λόγῳ. φαίνεται δὴ καὶ τὸ ἄλογον διπλοῦν. τὸ μὲν γὰρ φυλικὸν ἠδαμῶς κοινωνεῖ λόγου· τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν, μετέχει πως, ἢ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν· ὥσπερ δὴ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν φίλων φαμὲν ἔχειν λόγον, καὶ οὐχ ὥσπερ τῶν μαθηματικῶν. ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λόγου τὸ ἄλογον, μηνύει καὶ ἡ νουθέτησις, καὶ πᾶσα ἐπιτί-

atque excitat) cæterum deprehenditur in illis, quos dixi, etiam alia quædam pars, à ratione aversa natura: eaque rationi repugnans ac reluctans. Plane enim ut resolutæ corporis partes cum eas dextrorsum movere animum inducimus, in contrariam partem, puta, sinistrorsum perversè feruntur: sic & in animo evenit. abeunt enim in contrarias partes Incontinentium appetitiones. Sed in corporibus id, quod perversè movetur oculis cernimus: in animo non cernimus. nihilominus autem fortasse existimare debemus, in animo quoque aliquid esse, quod à ratione sit devium, eique adversetur & repugnet. quod quomodo sit aliquid à ratione aliud ac diversum, nihil hoc loco disputari necesse est. Rationis autem hoc quoque videtur esse particeps, ut diximus. Paret quidem certè rationi in Continente. At vero in Forti ac Temperante multo adhuc magis obtemperare videtur. Hic enim omnia plane cum ratione consentiunt. Apparet ergo, vim quoque rationis expertem esse duplicem. Nam quæ stirpium est propria, nulla ex parte rationis est particeps. ea autem, quæ ad concupiscendum & omnino ad appetendum impellit, aliqua ex parte rationem prædita est, nempe, quâ ei paret atque obtemperat. Hac igitur ratione dicere solemus, nos patris & amicorum rationem habere: non quo modo rerum mathematicarum (rationem habemus.) Rationi autem quodammodo parere partem animi rationis expertem, cum præceptio ac monitio, tum omnis reprehensio atque exhortatio

indicat. Quod si fatendum est, etiam hanc vim ratione esse præditam, erit & vis animi duplex, quæ sit rationis particeps: una proprie, & ut rationem habens in seipsa: altera sic ad eam habens, uti filius ad parentis monita, ille, qui parentis dicto audiens est. Atque ex hac animi divisione ac differentia virtutis quoque distinctio partitioque nascitur. Alias enim virtutes in cognitione ac ratione positas esse dicimus: alias ad mores pertinere: quas morales appellamus. In ratione positæ sunt, Sapientia, Intelligentia, Prudentia: In moribus, Liberalitas, Temperantia. Nam cum de moribus alicujus loquimur, non sapientem aut intelligentem ipsum dicimus: sed clementem sive lenem aut temperantem. Laudamus autem sapientem quoq; ex habitu. Habitus verò eos, qui sunt laudabiles, virtutes usurpamus.

μησίς τε καὶ ἀναλήψεως. εἰ δ' ἔχει καὶ τοῦτο φάναι λόγον ἔχειν, δίττον ἔσται καὶ τὸ λόγον ἔχον· τὸ μὲν κυρίως καὶ ἐν ἑαυτῷ, τὸ δ' ὥσπερ ἐκ πατρὸς * ἀκουστικόν. διαιρεθήσεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην· λέγομεν γὰρ αὐτῶν, τὰς μὲν διανοητικὰς, τὰς δὲ ἠθικάς· σοφίαν μὲν καὶ συνέσιν καὶ φρόνησιν, διανοητικάς· ἐλευθεριότητα δὲ καὶ σωφροσύνην, ἠθικάς· λέγοντες γὰρ περὶ ἤθους οὐ λέγομεν ὅτι σοφὸς, ἢ συνετός· ἀλλ' ὅτι πρᾶος, ἢ σώφρων· ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὸν σοφὸν κατὰ τὴν ἕξιν· τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς, ἀρετὰς λέγομεν.

ARISTOTELIS ETHICORUM Nicomachiorum Lib. II.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ Νικομαχείων τὸ Β.

CAPVT I.

Virtutis cum Dianoëticæ tum Moralis Causa efficiens inquiritur.

Vm sint autem duo virtutum genera, unum earum, quæ rationis sunt, alterum earum, quas morales, à moribus, appellamus: illæ quidem, quæ in ratione positæ sunt, magnam partem à doctrina proficiscuntur: ideoq; cum usum, tum spatiū temporis postulant. Morales autem ἔθους, id

Ἐπεὶ δὲ τῆς μὲν ἀρετῆς τῆς περὶ τὴν διάνοιαν, τῆς μὲν, διανοητικῆς, τῆς δὲ, ἠθικῆς· ἡ μὲν διανοητικὴ τὸ πλεῖστον ἐκ διδασκαλίας ἔχει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν· διὸ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου· ἡ δὲ ἠθικὴ ἐξ ἔθους

ἔθους πεπλήσται· ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχηκε μικρὸν * παρεγκλίνον ἀπὸ τοῦ ἔθους· ἐξ οὗ καὶ δῆλον, ὅτι οὐδεμία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται· οὐδὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων, ἄλλως ἐθίζεται· οἷον ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος· οὐκ ἂν ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐθίζῃς, ἄνω ῥίπτων· οὐδὲ τὸ πῦρ, κάτω· οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄλλως πεφυκότων, ἄλλως ἂν ἐθισθείη. οὔτ' ἄρα φύσει, οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνεται αἱ ἀρεταί· ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους. ἔτι, ὅσα μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις τὰς τούτων πρότερον κομιζόμεθα· ὕστερον δὴ τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν· ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων δῆλον· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν, ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι, τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν, ἀλλ' ἀνάπαλιν, ἔχοντες ἐχρησάμεθα, οὐ χρησάμενοι ἔσχομεν· τὰς δὲ ἀρετὰς λαμβάνομεν ἐνεργήσαντες πρότερον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. ἃ γὰρ δεῖ μαθόντας ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες μανθάνομεν· οἷον οἰκοδομοῦντες, οἰκοδόμοι γίνονται· καὶ κιθαρίζοντες, κιθαρισταί. ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ μὲν δίκαια πράττοντες, δίκαιοι γινόμεθα· τὰ δὲ σώφρονα

est, ex more comparantur, à quo nomen quoq; traxerunt: quod parum admodũ ἀπὸ τοῦ ἔθους, id est, à more deflectit. ex quo 4
etiam perspicuum est, nullam virtutem moralem insitam nobis esse à natura Nihil enim eorum, quæ natura constant, assuefaciendo potest affici aliter, 5
quàm est à natura comparatum: ut lapis, qui deorsum fertur natura, nulla ratione assuefieri possit, ut sursum moveatur, ne quidem si decies millies aliquis eum sursum jaciens assuefacere conetur: neque ignis unquam deorsum feratur: neque quicquam aliud eorum, quæ aliter à natura comparata sunt, aliter assuefieri possit. Ergo neque natura, 6
neque præter naturam in nobis exsistunt virtutes, sed insunt, ut sic affectis, ut ad eas suscipiendas apti simus natura, perficiamur autem perpoliamurque more & consuetudine. Præterea quæ- 7
cunque nobis à natura obveniunt, eorum potestates prius accipimus, posterius energias sive actiones obimus: quod in sensibus perspici potest. Neque e- 8
nim ex eo, quod aut sæpe aspeximus res, aut sæpe audivimus sonos, eos sensus accepimus: Sed contrà, cum sensus haberemus, eis usi sumus: non quia usi sumus, illos adepti sumus. At virtutes 9
consequimur prius exercentes illa, quæ virtutis sunt: quo modo & in cæteris fit, artibus inquam. Quæ enim nobis, do- 10
ctrina prius instructis, efficienda sunt, ea faciendo discimus: verbi gratia, ædificando fiunt ædium struendarum artifices, & fidibus canendo fidicines: itemque justis actionibus exercendis, justi: temperantibus, temperantes: fortibus

11 tibus, fortes efficimur. Atq; etiam hoc ipsum testantur ea, quæ in civitatibus factitari solent. Legumlatores enim civibus ad virtutem assuefaciendis bonos eos efficiunt. Atque hæc quidem est omnium, qui leges ferunt, mens & voluntas. Quotquot autem minus recte eos assuefaciunt, voto suo frustrantur.
12
13 Atque hoc uno reipublicæ administrandæ forma altera ab altera differt, bona
1 M.M.5. 14 à vitiosa. Præterea ex ijsdem rebus vir-
2 Eu. c.1.f. tus omnis nascitur, per quas interit: si-
3 Rhe.9. 15 militerque & ars. Nam ex eo, quod fidibus canunt, & boni & mali fidicines evadunt: eademque ratione ædificandi artifices, & reliqui opifices omnes. Nam ex eo, quod bene ædificant, boni sunt ædificandi artifices futuri: ex eo quod
16 male, mali. Quod nisi ita se res haberet, nec magistro, qui doceret, opus esset, & omnes aut boni aut mali artifices
17 nascerentur. Eadem igitur & virtutum ratio est. Agendis enim iis rebus, quas inter homines agi usitatum est, alij justi, alij injusti efficimur & cum ea, quæ in rebus horribilibus ac periculosis habentur agimus ac subimus, assuescimusque ea aut timere, aut præsenti animo ferre, alij fortes, alij timidi evadimus. Similis est & cupiditatum irarumque ratio. Alij enim temperantes & lenes, alij intemperantes & iracundi efficiuntur: hi, quia sic, illi, quia aliter in illis
18 versantur. Atque (ut uno verbo dicam) ex similibus energijs seu actionibus si-
19 miles habitus oriuntur. Itaque danda

να, σώφρονες· τὰ δ' ἀνδρεῖα, ἀνδρεῖοι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ γινόμενοι ἐν ταῖς πόλεσιν· οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες, ποιοῦσιν ἀγαθούς, καὶ τοῦτο βούλημα πάντὸς νομοθέτου τοῦτ' ἔστιν· ὅσοι μὲν οὖν μὴ εὖ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἁμαρτάνουσι· καὶ διαφέρει τοῦτο πολιτεία πολιτείας, ἀγαθὴ φαύλης. ἔτι, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ, καὶ φθείρεται· ὁμοίως δὲ καὶ τέχνη· ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί· ἀνάλογον δὲ καὶ οἱ οἰκοδόμοι. καὶ οἱ λοιποὶ πάντες· ἐκ μὲν γὰρ τοῦ εὖ οἰκοδομεῖν, ἀγαθοὶ οἰκοδόμοι ἔσονται· ἐκ δὲ κακῶς, κακοί· εἰ γὰρ μὴ ἦσαν εἰθισμένοι, ἢ εἰδότες διδάξοντες· ἀλλὰ πάντες ἀτεχνῶς ἀγαθοὶ, ἢ κακοί· οὕτω δὴ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει. πράττοντες γὰρ τὰ ἐν τοῖς συναλλάγμασι τοῖς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, γινόμεθα οἱ μὲν δίκαιοι, οἱ δὲ ἄδικοι. πράττοντες δὲ τὰ ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ ἐθιζόμενοι * ἢ φοβεῖσθαι ἢ θαρρεῖν, οἱ μὲν ἀνδρεῖοι, οἱ δειλοί. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς· οἱ μὲν γὰρ, σώφρονες καὶ πρᾶοι γίνονται, οἱ δὲ, ἀκόλαστοι καὶ ὀργίλοι· οἱ μὲν, ἐκ τοῦ τοιῶς ἐν αὐτοῖς διαγεγονέναι· οἱ δὲ, ἐκ τοῦ ἐναντίως. καὶ ἁπλῶς δὴ λόγῳ, ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται. διὸ

δὲ δεῖ ἕξεις ἐνεργείας ποιὰς ἀποδιδόναι· καὶ ὅλως ἕξεσι τὰς τούτων διαφορὰς ἀκολουθητέον αἱ ἕξεις. οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ ἅττως ἢ ἅττως ἐνθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ μᾶλλον δὲ, τὸ πᾶν.

opera est, ut actiones nostras certo quodam modo conformemus. Harum enim differentias habitus differentes ac dispares consequuntur. Non ergo parum refert, sed per quam multum, sicne an sic, à pueris assuescamus. immo verototum in eo positum est.

20 1 Rh. 12. 1. Pol. 8. 7 Pol. 14.
21 15. & 17. 8 Pol. c. 1. 2. seq.

CAPVT II.

Doctrinam de Virtutibus non cognitione, sed πράξει demum absolvi. Iterum de Scientiæ hujus statu. Denique Virtutem ab eo, quod est Nimium & Parum, corrumpi, à Medio conservari.

Ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν, ὥσπερ ἐφ' ἄλλας τινὰς ἐν τῷ εἰδῶμεν, τί ἐστιν ἡ ἀρετή, ἐσπουδάκαμεν· ἀλλ' ὡς ἀγαθοὶ γενώμεθα· ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος ἀνθ' ἀναγκαῖόν ἐστι σκοπεῖσθαι περὶ τῶν πράξεων, πῶς πραττέον αὐτάς· αὗται γὰρ ἰσχύουσι καὶ τὸ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις, καθάπερ εἰρήκαμεν. τοῦτο μὲν οὖν τὸν ὀρθὸν λόγον πρᾶττειν, κοινός, καὶ ὑποκείσθω. ἡμῖν δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς. ἐκεῖνο δὲ προδιομολογητέον, ὅτι περὶ τοιούτου λόγου ἔσται, τοῦτον καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν, ὅτι καὶ ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτοῦσι

QVoniã igitur doctrina hæc omnis, quæ est in manibus, non cognitionis causa suscepta est, ut alia (non enim quid sit virtus quærimus, ut cognoscamus, sed ut boni efficiamur: alioqui enim nihil ad beatitudinem conferret) quæ ad agendum pertinent, considerandæ nobis sunt, & quemadmodum actiones obeundæ exercendæque sint, videndum. In his enim situm est, quemadmodum diximus, totum hoc, ut habitus sic vel sic conformentur. Atque illud quidem commune omnium est, & ceu aliquid altius, quam quo in præsentia ascendimus, ponatur: Rectæ rationi convenienter agere oportere (cum quidem de eo posterius aliquid dicturi sumus, nimirum & quid sit recta ratio, & quomodo ad reliquas virtutes ea affecta sit) cæterum illud primo omnium ratum confessumque habeatur: Omnem quæ de rebus in agendo positis habetur orationem rudiore quadam & pingui, non exquisita neque accuratius expres-

1
1. Eu. c. 5. sub f.
2
3
4
1 Nic. c. 3.
5 1 M. M. 1. sub f.
1 Eu. c. 6.

sa forma constare oportere, ut initio diximus, quod demonstrationes 6 1 Rhet. 7.

mate-

materiæ ſubjectæ convenientes ſint poſtulandæ, & verò quòd, quę in actionibus verſantur, quæque huc aliquid conferunt, nihil firmitatis aut conſtantiæ habent: quemadmodum neq; res ſalubres.

7 Cum ſit autem ejuſmodi omnis harum rerum univerſalis ſeu καθόλου notio: tum multo magis tenuitate ſubtili limataque caret ea, quæ de rebus ſingulis hic

8 habetur diſputatio. Hæ enim neque ſub artem, neque ſub præceptionem ullam cadunt: ſed oportet ſemper eos, qui in rebus agendis verſantur, occaſionem intueri atque obſervare: quemadmodum in arte medendi & gubernandi fi-

9 eri videmus. Veruntamen etiamſi talis ſit hæc, quam inſtituimus, ratio: dandatamen opera eſt, ut huic incommo-

10 do ſubveniamus. Hoc igitur in primis animadvertendum ac ſciendum eſt, haſce res, naturam habentes talem, qualem diximus, ab eo, quod Parum, & ab eo, quod Nimium eſt corrumpi ac per-

11 imi ſolere natura: quemadmodum (claris enim & perſpicuis exemplis ad ea, quæ ſunt obſcura, declaranda tanquam teſtibus utendum eſt) quemadmodum inquam in viribus corporis & valetudine fieri videmus. Nam & immoderatæ, & pauciores aut remiſſiores æquo exercitationes vires minuunt & cor-

12 rumpunt. Itemque poculenta & eſculenta æquè copioſiora ac pauciora, valetudinem lædunt ac perdunt. At verò moderata, efficiunt, augent ac tuentur.

13 Eodem igitur modo ſe res habet in temperantia quoque & fortitudine & alijs virtutibus: Nam ut is, qui fugit & extimeſcit omnia, nihilq; ſubit ac perfert, timidus efficitur: Sic qui à nullo

πώ τε

ἕ Rhet.2.

1 M.M.c.5.
2 Eu. c.3.
3 Rhet.6.
4 Rhet.14.

2. Pol. 1.

τητίοι· τὰ δ' ἐν ταῖς πράξεσι καὶ τὰ συμφέροντα, οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά. τοιαῦτα δ' ὄντων ἐν καθόλου λόγῳ, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος, οὐκ ἔχει τάκριβές· οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην, οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει. δεῖ δ' αὐτοὺς ἀεὶ τὸν πράττοντας, καὶ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει καὶ τῆς κυβερνητικῆς. ἀλλὰ καίτοι ὄντων τοιούτων ἐν περὶ τοῦτον λόγῳ, πειρατέον βοηθεῖν. πρῶτον οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι. δεῖ γὰρ ὥσπερ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυρίοις χρῆσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ὑγιείας ἐρῶμεν· τὰ γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰσχύν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ καὶ τὰ σιτία πλείω καὶ ἐλάττω γινόμενα, φθείρει τὴν ὑγίειαν. τὰ δὲ σύμμετρα, καὶ ποιεῖ, καὶ αὔξει, καὶ σώζει. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν· ὁ, τε γὰρ πάντα φεύγων καὶ φοβούμενος, καὶ μηδὲν ὑπομένων, δειλὸς γίνεται· ὁ, τε μηδὲν ὅλως φοβούμενος, ἀλλὰ πρὸς

πᾶσι τὰ βαδίζων, θρασύς· ὁμοίως δὲ καὶ, ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων, καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχόμενος, ἀκόλαστος· ὁ δὲ πάσας φεύγων, ὥσπερ οἱ ἄγροικοι, ἀναίσθητός τις· φθείρεται γὰρ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία ὑπὸ τ' ὑπερβολῆς καὶ τ' ἐλλείψεως· ὑπὸ δὲ τῆς μεσότητος σώζεται. ἀλλ' οὐ μόνον αἱ ἠθικαὶ, καὶ αἱ αὐξήσεις, καὶ αἱ φθοραὶ, ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται· περὶ γὰρ τὰ ἄλλα τῶν φανερωτέρων οὕτως ἔχει· οἷον περὶ τὴν ἰσχύν· γίνεται γὰρ καὶ ἐκ τοῦ πολλὰ τρέφειν λαμβάνειν, καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν, καὶ μάλιστα δυνατὸν τοῦτο ποιεῖν ὁ ἰσχυρός. ὅμοιον δὲ ἔχει καὶ περὶ τὰς ἀρετάς. ἔκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν, γινόμεθα σώφρονες· καὶ ἰθισθέντες, μάλιστα δυνάμεθα ἀπέχεσθαι αὐτῶν, ἐμοίως δὲ καὶ περὶ τὴν ἀνδρείαν· ἐθιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν, καὶ ὑπομένειν αὐτὰ, γινόμεθα ἀνδρεῖοι, καὶ * γενόμενοι, μάλιστα δυνησόμεθα ὑπομένειν τὰ φοβερά.

omnino periculo deterretur, sed ad omnia ruit audax: itemque & qui omni generevoluptatis perfruitur, nullaque se abstinet, intemperans & qui ab omnibus refugit, quemadmodum solent homines agrestes: is veluti stipes quidam & sensus expers evadit. Nam ut temperantiam & fortitudinem perimit Nimium & Parum, sic servat Mediocritas. Neque vero solum ortus & incrementa atque interitus habituum ex ijsdem, & ab iisdem proficiscuntur: sed etiam energiæ sive actiones in ijsdem versari reperiuntur. Nam in alijs quoque, quæ manifestiora sunt ita usu venire consuevit, veluti in viribus corporis. Vt enim hæ ex eo nascuntur, quòd quis multum cibum capiat, multosque labores excipiat ac perferat: si hoc utrumque maxime potest is efficere, qui viribus corporis pollet. Idem autem de viribus sentiendum. Nam quemadmodum prætermittendis & fugiendis voluptatibus temperantes efficimur: si temperantes effecti, voluptates maxime possumus aspernari. Similisque & fortitudinis ratio est: Nam & fortes evadimus assuescendo iis quæ terribilia sunt, pro nihilo ea putando, patienterque sustinendo; & fortitudinem consecuti maxime poterimus ea, quæ terrorem afferunt, subire ac perferre.

1
2
3
4
5
6
7
8
9

CAPVT III.

Virtutem in Voluptatibus & Doloribus moderandis esse occupatam.

Σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ἕξιν, τὴν ὑπογινομένην ἡ-

Signum porro sive indicium habitus jam producti meritò habetur id, quod

1 Eu.c.4. 7 Eu.c.ult.

quod est, gaudere aut tristari factis.
2 Nam qui se à corporis voluptatibus abstinet, hocque ipso delectatur, is temperans: qui molestia ex eo afficitur, is
3 intemperans est: Rursumque qui res graves & acerbas perfert, ex eoque lætitiam capit, aut certe nulla molestia afficitur, fortis: qui molestia afficitur timidus habendus est.
4 Virtus enim moralis omnis in doloribus ac voluptatibus versatur. Nam & voluptatis illecebris ad turpes atque improbas actiones
5 invitamur, & doloris aculeis ab honestis avocamur ac deterremur. Itaque statim â pueris (ut ait Plato) nos oportet certo quodam modo esse educatos & institutos: ut videlicet quibus rebus oportet, ijs tum lætemur, tum doleamus. Hæc est enim recta institutio.
7 Præterea si in actionibus & perturbationibus virtutes sunt occupatæ, omnem autem perturbationem omnemque actionem dolor sequitur aut voluptas:
8 ob hanc quoque causam virtus in voluptatibus & doloribus versabitur. Atque hoc etiam supplicia indicant, quæ doloribus inferendis constituuntur in maleficos. Curationes enim quædam sunt. At curationes per contraria fieri
9 solent natura. Præterea quemadmodum supra diximus ita res est comparata in omni animi habitu, ut de quibus rebus ille deterior aut melior fit naturâ, ad eas res ejus natura pertineat, & in ijs versetur. At propter voluptates ac dolores vitiosi habitus existunt, quia & illas consectamur, & hos fugimus, utraque aut quæ non oportet, aut quando, aut quomodo non oportet, aut quibus modis alijs talia à ratione dissua-

δονλὼ ἢ λύπηι τοῖς ἔργοις· ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τ σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ αὐτῷ τούτῳ χαίρων, σώφρων· ὁ δ' ἀχθόμενος, ἀκόλαστος· καὶ ὁ μὲν ὑπομένων ἢ φεύγων ἃ δεινὰ καὶ χαίρων, ἢ μὴ λυπούμενός γε, ἀνδρεῖος· ὁ δ' λυπούμενος, δειλός· περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή· περὶ μὲν γὰρ τὰ ἡδονὰ, ἃ φαῦλα πράττομεν· περὶ δὲ τὰς λύπας, τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα. διὸ δεῖ ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησὶν, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ· ἡ γὰρ ὀρθὴ παιδεία αὕτη ἐστίν. ἔτι δ' εἰ ἀρεταί εἰσι περὶ πράξεις καὶ πάθη· παντὶ δ' πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται * ἡδονὴ καὶ λύπη· περὶ ἡδονὰς ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας. μᾶλλον δὲ καὶ αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τούτων· ἰατρεῖαι γάρ τινές εἰσιν· αἱ δ' ἰατρεῖαι διὰ τῶν ἐναντίων πεφύκασι γίνεσθαι· ἔτι, ὡς καὶ πρότερον εἴπομεν, πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' οἷων πέφυκε γίνεσθαι χείρων καὶ βελτίων, πρὸς ταῦτα ἐστὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει· διὰ ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας φαῦλαι γίνονται, τοῦτ' διώκειν ταύτας καὶ φεύγειν, ἢ ἃς μὴ δεῖ, ἢ ὅπως δεῖ ἢ ὡς ἃ δεῖ, ἢ ἐναντίως ἄλλως ἐπὶ ἕ λόγω

διορίζει) τὰ τοιαῦτα· διὸ ἐ ὁρίζουσι) τὰς ἡδονὰς, ἀπαθείας πάσας καὶ ἠρεμίας· ἐκ εὖ δὲ, ὅτι ἁπλῶς λέγουσι, ἀλλ' ἐχ ὡς δεῖ, (* καὶ ὡς μὴ δεῖ.) καὶ ὅτι, καθ' ὅσα ἄλλα διορίζει) ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, τῶν βελτίστων πρακτική· ἡ δὲ κακία, τοὐναντίον. ἡμῖν δὴ ἂν ἡμῶν καὶ ἐκ τούτων φανερὸν ἔσται περὶ τῶν αὐτῶν· τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις, καὶ τριῶν ὄντων τῶν εἰς τὰς φυγὰς, καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος· καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ, ἀσυμφόρου, λυπηροῦ· περὶ πάντα μὲν τὰ τοιαῦτα ὁ ἀγαθὸς, καθ' ἡμᾶς κρίνει· ὁ δὲ κακὸς, ἁμαρτάνει· μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν· κοινὸν γὰρ αὕτη τοῖς ζώοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ· * καὶ γὰρ τὸ καλὸν καὶ συμφέρον, ἡδὺ φαίνεται). ἔτι δὲ ἐκ τῆς πρώτης παιδὸς συνετρεφόμεθα· διὸ καὶ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι ἔστι τοῦτο πάθος, ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ. καὶ κανονίζομεν ἔνιοι καὶ τὰς πράξεις, οἱ μὲν, μᾶλλον· οἱ δὲ, ἧττον, ἡδονῇ καὶ λύπῃ. διὸ τοῦτ' οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι περὶ ταῦτα πᾶσιν πραγματείαν. ἡ γὰρ μικρὰ εἰς τὰς πράξεις, εὖ ἢ κακῶς χαίρειν ἢ λυπεῖσθαι. ἔτι δὲ, χαλεπώτερον

stinguuntur. Itaq; etiam definiunt non- 10
nulli virtutes vacuitates quasdā, pertur-
bationum, animorumq; status quietos.
Veruntamen id eò minus rectè, quod 11
simpliciter & absolutè istud habere po-
nunt: non autem (quod reseſt) ex ijs e-
am ἀπάθειαν & ἠρεμίαν æstimant, quæ sunt,
Quomodo & Quo tempore, & cætera,
quæ addi consueverunt. Hoc ergo pro 12
hypothesi certa est positum: Talem vir-
tutem, quæ in voluptatibus & dolori-
bus versatur, ad res optimas agendas
idoneam esse: vitium autem contrâ.
Atque etiam amplius nobis liquere de 13
his poterit ex his, quæ jam dicemus.
Nam cum tria sint, quæ sequi & expete- 14
re solemus, Honestum, utile, jucun- 1 Rhet. 6.
dum: tria contraria, quæ fugiamus, 7. p.
Turpe, inutile, molestum: in his qui-
dem omnibus vir bonus rectè facit: im-
probus & vitiosus offendit ac labitur:
maximè verò in voluptatibus. Omnium 15
enim animantium communis est volu-
ptas, eorumque omnium, quæ sub ele-
ctionem veniunt, assidua comes est.
Nam quicquid honestum, quicquid u- 16 1 Rh. 10.
tile est, id omne jucundum videtur. & 11.
Præterea autem inde usque à teneris e- 17 1 Rhe. 11.
ducati sumus non sine illa. atque idcir-
co hanc actionem animi, qua vita no-
stra penitus imbuta est eluere atque abs-
tergere difficile est. Iam & voluptate 18
ac dolore tanquam regula actiones no-
stras dirigimus, alij magis, alij minus.
Itaque necesse est totum hoc, quod â no- 19
bis susceptum est negotium, in his rebus
versari. Non enim parum momenti ad 20
actiones affert, rectè aut perperam lætа-
ri ac dolere. Præterea difficilius resisti- 21

2 Nic. c. 3. tur voluptati, quàm iræ, cui difficulter obsisti dicebat Heraclitus. At, ut quidque difficilimum est, ita maximè
22 in eo ars & virtus occupata est. Quod enim in se bonum est & honestum, id etiam magis tale est, cum magno labore
23 partum est. Itaque etiam propter hanc causam omnis disputatio de moribus prudentiaque civili in doloribus & vo-
24 luptatibus dirigendis consumitur. Nam qui in his recte se gerit, is vir bonus,
25 qui secus, is improbus futurus est. Virtutem igitur in voluptatibus & doloribus occupatam esse, & quibus ex rebus gignitur, ab eisdem eam etiam augeri: & cum eodem illa modo non efficiuntur, perimi: Denique quod quibus ex rebus ortum habuit, in eis quoque promendis exercendisque versetur: de his inquam ita sit à nobis explicatum.

ἡδονῇ * μάχεσθαι, ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος· περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή· καὶ γὰρ τὸ εὖ, βέλτιον ἐν τούτῳ. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία καὶ τῇ ἀρίστῃ καὶ τῇ πολιτικῇ· ὁ μὲν γὰρ εὖ τούτοις χρώμενος, ἀγαθὸς ἔσται· ὁ δὲ κακῶς, κακός. ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, διὰ τούτων καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται μὴ ὡσαύτως γινομένων, καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο, περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ, εἰρήσθω.

CAPVT IV.

Differre Iustè, & Iusta agere: ac similiter in reliquis.

1 SEd quærat aliquis, quomodo nobis constemus in eo, quod dicimus, Iustè agendo justos, temperanter agendo temperantes effici oportere. Si qui enim justas actiones obeunt, jam sunt justi: si temperatas, temperantes. perinde ut, qui ea, quæ grammaticorũ musicorumque sunt propria officia explent, grammatici & musici sint necesse est.
2 Aut, si aliter res est, (id est, si opus virtutis potest aliunde, quàm ex habitu exsistere) etiam in artibus aliter habe
3 bit. Fieri enim potest, ut quispiam aliquid grammaticum efficiat, vel fortuitò, vel altero præeunte ac suggerente.
4 Dico hic ita denique grammaticus erit,

δι' ἄγνοιαν πράττειν, ἀλλὰ διά
τι τῶν εἰρημένων· οὐκ εἰδὼς δὲ,
ἀλλ' ἀγνοῶν· ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς
ὁ μοχθηρὸς, ἃ δεῖ πράττειν καὶ
ὧν * δὲ ἀφεκτέον· καὶ διὰ τοι-
οῦτον ἁμαρτίαν, ἄδικοι καὶ
ὅλως κακοὶ γίνον-
ται· τὸ δὲ ἀκού-
σιον βέλτιον λέγειν, οὐκ εἴ τις
ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον· οὐ γὰρ ἡ ἐν
τῇ προαιρέσει ἄγνοια, αἰτία τοῦ
ἀκουσίου, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας·
οὐδ' ἡ καθόλου· ψέγονται γὰρ διὰ
ταῦτα· ἀλλ' ἡ καθ' ἕκαστα,
ἐν οἷς ἐστὶ καὶ ἡ πρᾶξις· ἐν τού-
τοις γὰρ καὶ ἔλεος, καὶ συγγνώ-
μη. ὁ γὰρ τούτων τι ἀγνοῶν, ἀκου-
σίως πράττει. ἴσως οὖν οὐ χείρων
διορίσαι αὐτὰ, τίνα, καὶ πόσα
ἐστὶ, τίς τε ὢν, καὶ τί, καὶ περὶ τί,
ἢ ἐν τίνι πράττει· ἐνίοτε γὴ καὶ τί-
νι, οἷον ὀργάνῳ· καὶ ἕνεκα τίνος,
οἷον σωτηρίας· καὶ πῶς, οἷον ἡ-
ρέμα, ἢ σφόδρα· ἅπαντα μὲν

te, quod nesciebat: neq; tamen invitus. quippe qui dolore non afficiatur. In eo 34
igitur, quod quidem per insscientiam actum fuerit, si auctorem facti pœnitet, invitus fecisse videtur. quod si quem verò non pœnitet, quoniam alius est à priore, egisse non sponte dicatur. Satius 35
est enim hunc, quandoquidem differt ab altero, nomen proprium habere. Videtur autem etiam differre id 36
quod est per insscientiam agere, ab illo, quod est, agere insscientem; ebrius enim 37
aut iratus agere per insscientiam non videtur: sed si causam spectes, per aliquid eorum, quæ modo dicta sunt. non sciens tamen, sed ignorans: jam ignorare, 38
quæ sunt agenda, & à quibus item est abstinendum, est quidem illud ejusmodi, quod omnibus improbis conveniat. atque adeo ex ista re homines efficiuntur injusti, immo mali. Cæterum invi- 39
tè factum dici debet, non si quis, quod expedit, nesciat (non enim per eam insscientiam, quæ affectata est & voluntaria, invitè quid actum dicitur: sed improbè) neque item si in universali igno- 40
rantia hæreat. quoniam hæc vitio datur. sed si rerum singularium teneatur 41
ignorantia, in quibus nimirum & circa quæ omnis actio versatur. In his enim 42
misericordia & venia locum habent. Nam qui harum rerum aliquam ignorat, invitus agit. Non erit igitur for- 43
tassis absre, quæ & quot ea sint, distinguere. nimirum quis agat quid agat, & 44
qua in re versetur actio. Interdum verò & quo, puta instrumento, & cujus rei causa, verbi gratia, salutis causa, &
quo modo: ut, leniter, an vehementer. Et omnia quidē hæc nemo igno- 45

46 raverit, si modo non insaniat. Est verò & illud perspicuum, eum qui agit, ignotum esse agenti non posse. Quî enim seipsum
47 quis ignoret? Sed illud accidere potest, ut quis, quid agat, ignoret. quo modo oratores dicunt, se in dicendo aberrasse: se nescivisse, res esse reconditas & tacendas: ut Æschylus de mysteriis dicebat: aut etiam aliquis ait, se, cum ostendere vellet, de manibus rem emisisse: ut falaricam. Fieri item potest, ut aliquis filium hostem esse existimet, ut Merope: item ut hastam sphæræ in modum obtusam esse putet quæ mucronem habeat acutum, aut, qui lapis sit, eum esse pumicem: item ut interficiat, qui salutis causa verberabat: item ut feriat, qui tangere modo volebat: ut pugiles,
48 qui summis manibus dimicant. Cum ergo inscientia in omnibus his versetur, in quibus actio consistit, is, qui eorum aliquid ignoravit, invitus fecisse videtur: ac multo quidem maximè in
49 iis, quæ principem locum obtinent. Ea autem videntur principem locum obtinere, in quibus & actio consistit, & id,
50 cujus gratia actio suscipitur. Cum igitur quod per talem inscientiam factum est, invitè factum nominatur, tum præterea actionem molestam esse oportet illi, qui egit, ejusque illum pœnitere.
51 Quoniam autem id invitè factum dicitur, quod est vi factum, item quod per inscientiam: sponte factum id videri possit, cujus principium est in eo, qui agit, res singulares, illas in quibus actio versatur, non ignorante. Fortasse
52 enim non rectè illud dicitur, ea esse in-
53 vitè facta, quæ vel ira, vel cupiditate impellente fiunt. Nam primum si

καὶ ταῦτα ἀδίκως ἂν ἀγνοίᾳ μὴ μαινόμενος· δῆλον γὰρ, ὡς ἀδίκως τὸν πράξοντα· πῶς γὰρ ἑαυτόν γε; ὁ δὲ πράττει, ἀγνοήσειν ἄν τις· οἷον, λέγοντες φασὶν ἐκπεσεῖν αὐτοὺς, ἢ οὐκ εἰδέναι ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν, ὥσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά· ἢ * δεῖξαι ἐκλέμενος, ἀφεῖναι, ὡς ὁ τὴν καταπέλτην. οἰηθείη δ' ἄν τις καὶ τὸν υἱὸν πολέμιον εἶναι· ὥσπερ ἡ Μερόπη· καὶ ἐσφαιρωμένῳ τὸ λελογχωμένον δόρυ· ἢ τὸν λίθον κίστην εἶναι. καὶ ὅπως σωτηρίᾳ παίσας ἀποκτείναι ἄν· καὶ * δεῖξαι βαλόμενος, ὥσπερ οἱ ἀκροχειριζόμενοι, παῦσαι ἄν. περὶ πάντα δὴ ταῦτα τῆς ἀγνοίας οὔσης, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις, ὁ τούτων τι ἀγνοήσας, ἄκων δοκεῖ πεπρᾶχέναι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κυριωτάτοις. κυριώτατα δ' εἶναι δοκεῖ, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις καὶ ἕνεκα. ἐπὶ δὴ τῷ τοιαύτην ἄγνοιαν ἀκουσίαν λεγομένῃ, ἐπιδεῖ τὴν πρᾶξιν λυπηρὰν εἶναι, καὶ ἐν μεταμελείᾳ. ἑκούσιος δ' ἀκουσίῳ, τῷ βιαίῳ καὶ διὰ ἄγνοιαν, τὸ ἑκούσιον δόξειεν ἄν εἶναι, ὃ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, εἰδότα τὰ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς ἡ πρᾶξις· ἴσως γὰρ οὐ καλῶς λέγεται τὸ, ἀκούσια εἶναι τὰ διὰ θυμὸν, ἢ διὰ ἐπιθυμίαν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ

M. M. c. 13
Rhet. 10.

ἔτι τῶν ἄλλων ζώων ἑκουσίως πράξει, ἀλλ' οἱ παῖδες. εἶτα, πότερον ἁπλῶς ἑκουσίως προαιρούμεθα τὰ διὰ θυμὸν, ἢ θυμὸν, τὰ καλὰ μὲν, ἑκούσιος· τὰ δ' αἰσχρὰ, ἀκούσιος; ἢ γελοῖον, ἑνὸς γε αἰτίου ὄντος; ἄτοπον ἴσως, τὰ ἀκούσια φάναι, ὧν δεῖ ὀργίζεσθαι· δεῖ γὰρ καὶ ὀργίζεσθαί τισι, καὶ θυμοῦσθαί τινων· οἷον ὑγιείας καὶ μαθήσεως· δοκεῖ δὲ, τὰ μὲν ἀκούσια, λυπηρὰ εἶναι· τὰ δὲ κατὰ θυμὸν, ἡδέα. ἔτι δὲ, * τί διαφέρει τὸ ἀκούσια εἶναι καὶ μετὰ λογισμοῦ ἢ θυμοῦ ἁμαρτήσεται; φευκτέα μὲν γὰρ ἄμφω· δοκεῖ δὲ οὐκ ἠλόγιστον ἀνθρωπικὰ εἶναι καὶ ἄλογα πάθη. εἰ δὲ πράξεις ἐξ αἰσθήσεως, καὶ τὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας. ἄτοπον δὴ τὰ ὑγιεινὰ ἀκούσια ταῦτα.

hoc ita erit, nullæ præterea aliarum animantium sponte agent: ac ne pueri quidem. Deinde utrumnam nihil eorum, quæ ira vel cupiditate incitati agimus, sponte agimus? an honesta sponte, turpia autem inviti? An hoc planè ridiculum est, cum una sit utrorumque causa? Absurdum verò fortasse etiam fuerit, ea invitè facta dicere, quæ velle & cupere debemus. Porrò & irasci ob res aliquas oportet: & quarundam desiderio teneri: ut valetudinis bonæ & doctrinæ atque eruditionis. Iam & quæ invitè fiunt, molestiam, quæ verò ex cupiditate, voluptatem videntur afferre. Præterea si sub unum genus (invitè scilicet factorum) retulerimus, quæ ratione aut quæ ira peccantur, quibusnam, quæso, differentiis ea dirimemus? Nam & fugienda sunt utraque: insuperque perturbationes rationis expertes nihilominus quàm alteræ, hominum videntur esse. & denique actiones hominis ab ira & à cupiditate nascuntur. Absurdum igitur fuerit, hæc in iis, quæ invitè fiunt, numerare.

54 1 M.M.15, 14, 16. 2 Eu. c.8.
55
56 1 Rhet.10.
57
58 1 M.M.
59
60
61
62

CAPVT II.

De Proæresi.

Διωρισμένων δὲ, ἃ τι ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια, περὶ προαιρέσεως ἐπὶ τοῦτο διελθεῖν· οἰκειότατον γὰρ εἶναι δοκεῖ τῇ ἀρετῇ, καὶ μᾶλλον τὸν ἦθος κρίνειν τῶν πράξεων· ἡ προαίρεσις * δὴ ἑκούσιον μὲν φαίνεται ὑπὸ ταὐτὸν ἦν, ἀλλ' οὐ πλέον τὸ ἑκούσιον· ἅ μὲν γὰρ ἑκούσια, καὶ

POst distincta igitur illa, quæ sunt sponte factum, & invite factum, sequitur, ut de proæresi seu consilio dicamus. Nam & virtuti conjunctissima res est, & ab illa magis, quam ab ipsis actionibus ingenium ac mores dijudicari videntur. Ac videtur sanè consilium esse quippiam sponte susceptum. Non tamen est idem cum hoc: sed id quod dicitur, sponte factum, patet latius. Ejus

1 1 M.M.15. 2 Eu. c.10. & 11. f.
2 1 M.M.10 2 Eu.10.f. 1 Rhet.3.f. c.9.& 11.
3 2 Rhe.21
4 1 Rhe.16. 1 M.M.17. 2 Eu.8. 1 Rh.10.

enim, quod sponte fit, etiam pueri sunt capaces, & reliqua animalia: sed consilij non item. Tum repentinæ actiones sponte quidem nostra suscipi dicuntur,
6 consultò autem non item. Qui autem
2 Eth. c. 7. dicunt, proærefin seu consilium esse cupiditatem, aut iram, aut voluntatem, aut opinionem, non satis rectè dicere
7 videntur. Consilium enim non est eorum quoque, quæ sunt rationis expertia: cupiditas autem & ira est illorum
8 maxime. Præterea incontinens à cupidi-
1 Mi. 4. tate quidem impulsus agit, at non consilio capto. Continens contrà, consilio
9 capto, non cupiditate impulsus. Iam & consilio contraria est cupiditas: cupidi-
10 tati autem cupiditas nequaquam. Tum præterea cupiditas & jucundi est & cum molestia conjuncta: consilium autem neque jucundum est, neque habet mo-
11 lestiam. Multò autem minus ira est.
12 Nam quæ periram fiunt, consilio mini-
13 mè consentanea esse videntur. Neque verò voluntas est, etiam si ei aliquid si-
14 nitimum esse videatur. Consilium enim
1 Rhet. 6. non est eorum, quæ fieri non possunt: & si quis dicat, se talium rerum agendarum consilium cepisse, stultus habeatur. Voluntas autem etiam eorum est, quæ contingere nemini possunt: verbi
15 gratia, immortalitatis. Præterea voluntas etiam ad ea pertinet, quæ nullo modo is qui vult, per se agere possit: ut si quis velit histrionem illum, vel athletam superiorem discedere. At nemo de talibus rebus consilium capit: sed de iis duntaxat, quas ipse se efficere posse arbi-
1 Rh. 2. c. 16. tratur. Præterea voluntas est ultimi ac-
3 Rhet. 16.

παῖδες καὶ τὰ ἄλογα ζῶα κοινωνεῖ· προαιρέσεως δέ, ὅ. καὶ τὰ ἐξαίφνης, ἑκούσια μὲν λέγομεν, οὐ προαίρεσιν δέ, ὅ. εἰ ἄρα λέγοντες αὐτὸ, ἐπιθυμίαν, ἢ θυμὸν, ἢ βούλησιν, ἢ τινα δόξαν εἶπε ἰσίκασι τὴν ὀρθὴν λέγειν· οὐ γὰρ κοινὸν ἡ προαίρεσις καὶ τῶν ἀλόγων ἐπιθυμία ἢ καὶ θυμός· καὶ ὁ ἀκρατὴς ἐπιθυμεῖ μὲν, προαιρεῖται δ' οὐ· ἢ οὐ προαιρούμενος ἢ, οὐ· ὁ ἐγκρατὴς δέ· ἀνάπαλιν, προαιρούμενος μὲν, ἐπιθυμεῖ δ' οὐ. καὶ προαίρεσις μὲν ἐπιθυμίᾳ ἐναντία ἐπιθυμία δέ· ἐπιθυμίᾳ οὐ· καὶ ἡ μὲν ἐπιθυμία, ἡδεῖα καὶ ἐπιλύπου· * ἡ προαίρεσις δ', οὔτε λυπηρά, οὔθ' ἡδεῖα· θυμὸς δέ ἐστι, ἥπιστα· ἥκιστα γὰρ τὰ μετὰ θυμοῦ, προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησις γε καίπερ συνέγγυς * φαινόμενον· προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων· καὶ εἴ τις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι· βούλησις δέ ἐστι καὶ τῶν ἀδυνάτων, οἷον ἀθανασίας· καὶ ἡμᾶς βούλεσθαι καὶ ὅτι μάλιστα δι' ἀυτῶν πραχθῆναι ἂν οἷον ὑποκριτήν τινα νικᾶν, ἢ ἀθλητήν· προαιρεῖται δὲ ὃ τοιαῦτα εἰδὼς, ἀλλ' ὅσα οἴεται ἂν γένοιτο δι' αὐτοῦ· ἔτι δ', ἡ μὲν βούλησις, τοῦ τέλους ἐστὶ μᾶλλον·

ἡ δὲ

ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος· οἷον, ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ ἢ δι' ὧν ὑγιανοῦμεν· καὶ εὐδαιμονεῖν βουλόμεθα μὲν, καὶ φαμὲν προαιρούμεθα δὲ λέγειν, οὐχ ἁρμόζει· ὅλως γὰρ δοκεῖ ἡ προαίρεσις περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν εἶναι· τοῦτο δὲ δέξασθαι ἂν εἴη. τὰ μὲν γὰρ δέξασθαι δοκεῖ πάντες εἶναι, καὶ ἧττον περὶ τὰ ἀΐδια, καὶ τὰ ἀδύνατα, ἢ τὰ ἐφ' ἡμῖν· καὶ τῷ ψευδεῖ καὶ ἀληθεῖ διαιρεῖται, ὁ τρόπος καὶ ἀγαθῷ· ἡ δὲ προαίρεσις τούτοις μᾶλλον. ὅλως μὲν οὖν δέξη τοῦτο, ἴσως ἂν δόξειεν λέγειν· ἀλλ' ἴδιόν τινα τῷ γε προαιρεῖσθαι τάγαθὸν ἢ τὰ κακὰ εἶναι πρὸς ἑτέρῳ. τῷ δὲ δοξάζειν, ὅτι καὶ προαιρούμεθα μὲν λαβεῖν ἢ φυγεῖν, ἢ τῶν τοιούτων δοξάζομεν δέ, τί ὄφελος ἢ τίνι συμφέρει ἢ πῶς λαβεῖν δὲ ἢ φυγεῖν ἢ πάντα δοξάζομεν. καὶ ἡ μὲν προαίρεσις ἐπαινεῖται, τῷ οἷόν τ' εἶναι δ' δεῖ μᾶλλον, ἢ τῷ ὀρθῶς· ἡ δὲ δόξα, τῷ ἀληθῶς. καὶ προαιρούμεθα μάλιστα ἴσως ἀγαθὰ εἶναι δοξάζομεν δέ, ἃ οὐ πάντ' ἴσμεν. δοκεῖ δὲ οὐχ οἱ αὐτοὶ προαιρεῖσθαι τὰ ἄριστα καὶ δοξά-

finis: consilium autem eorum, quæ ad finem conferunt. Verbi gratia, bene valere volumus. quibus verò rebus bene valeamus, eas adhibere dicimus consilio: Et beati esse volumus quidem, atque hoc nos velle dicimus: sed consilium nobis captum esse, ut beati simus, neque dicimus, neque dicere sanè debemus. Omnino enim consilium ad eas 17
res pertinet, quæ sunt in nostra potestate. Neque verò erit opinio: Ad omnia 18
enim pertinere videtur opinio, nec minus ad ea, quæ æterna sunt, quæque à nobis fieri non possunt, quam ad illa quæ in nobis sita sunt. Præterea vero & 20
falsò dividitur ac distinguitur, non bono ac malo. At consilium his potius, quàm illis. Ac cum omni quidem in 21
universum opinione idem esse consilium, fortasse ne dicere quidem quisquam audeat: atqui ne idem quidem etiam est, quod quædam opinio. Nam 22
eo, quod consilium nobis captum sit, ut bona vel mala sequamur, cujusdam modi sumus: sed eo, quod opinemur, non item. Et consilium capimus vel adipi- 23
scendi, vel fugiendi: vel tale quippiam faciendi; opinamur autem, quid sit aut cui conducat, aut quemadmodum. adipisci verò aut fugere non facilè opinamur. Et consilium eò potius laudatur, 24
quod ejus rei sit, quam eligi oportuit, quàm, quod ipsa in sua essentia rectè sit comparata. at opinio, quod vero quis opinetur. Præterea consilium capimus 25
earum rerum agendarum, quas maximè exploratum habemus esse bonas: Sed ea opinamur, quæ non admodum nobis nota nec explorata sunt: Postre- 26
mo non idem videntur quæ optima sunt & consilio sequi, & opinione

tenere, sed nonnulli melius quidem opinari, verum animi vitio corrupti ea neq; sequi, neq; sumere, quæ sequi ac sumere
27 oportet. Vtrum vero consilium opinio antecedat, an subsequatur, nihil refert. Non enim nobis propositum est hoc considerare: sed, an idem sit consilium,
28 quod aliqua opinio. Quænam igitur, aut qualis res est, quandoquidem nihil
29 est eorum, quæ supra dicta sunt? Sane
1 M.Mor. & 18. videtur quippiam esse quod sponte fiat. Verum non quicquid sponte fit, id etiam tale est, ut de eo consilium captum sit.
30 Numquid nam etgo id, de quo prius consultatum est? consilium enim cum ratione & cogitatione conjunctum est.
31 Quod quidem etiam nomine ipso significatur. προαιρετὸν enim dicitur: tanquam quod sit præ cæteris optabile & sumendum.

ζειν· ἀλλ' ἔνιοι, δοξάζειν μὲν, ἄμεινον δὲ καὶ κακίας δι', αἱρεῖσθαι οὐκ ἂ δεῖ. εἰ δὲ συμπίπτει δόξα τὴ προαιρέσεως, ἢ ἀκολουθεῖ, οὐδὲν διαφέρει. ἡ γὰρ σκοπεῖμεν· ἀλλ' εἰ ταὐτόν ἐστι δόξη τινί. τί οὖν ἡ ποιόν τί ἐστιν, ἐπειδὴ τῶν εἰρημένων οὐδέν ἐστι, εἰκότως μὲν δὴ φαίνεται. τὸ δ' εἰκότως, ἡ πᾶν προαιρετόν. ἀλλ' ἆρά γε τὸ προβεβουλευμένον. ἡ γὰρ προαίρεσις, μετὰ λόγου καὶ διανοίας· ὑποσημαίνει δ' ἴσως καὶ τοὔνομα, ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν.

CAPVT III.

De Deliberatione.

1 M.M.18. 1 sub f. c.19.&35. 2 Eu.c.10. 1 Rhe. 4. & 6. SEd utrumnam consultant de omnibus rebus homines, omniaque in consultationem cadunt? an de quibusdam consultari non debet? Ac fortasse id
2 quidem in consultationem venire dicendum est, non de quo stolidus aut insanus consultaverit; sed de quo is, qui
3 mentis est compos. De rebus æternis autem consultat nemo: ut de mundo, aut de diametro & latere, quod ea nulla dimensione inter se convenire possunt.
4 Neque verò de iis, quæ cum perpetuò moveantur, eodem semper modo fiunt: sive necessitate, sive natura, sive propter aliam aliquam causam: ut de solis conversionibus atque ortibus. Nec de iis
5 etiam, quæ alias aliter fiunt: ut de

Βουλεύονται δὲ πότερα πᾶσι πάντων, καὶ πᾶν βουλευτὸν ἐστι, ἢ οὐκ ἐνίοις οὐκ ἔστι βουλευτόν. ἴσως δὲ βουλευτέον μὲν ἴσως ἂν τις βουλεύσαιτο ἠλίθιος, ἢ μαινόμενος· ἀλλ' ὑπὲρ οὗ ὁ νοῦν ἔχων. οὐδὲ τὰ ἀΐδια, οἷον οὐδὲ τὸν κόσμον, ἢ τὴν διάμετρον καὶ τὴν πλευρὰν, ὅτι ἀσύμμετροι· ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν κινήσει, οἷον τὰς τροπὰς καὶ τὰς ἀνατολὰς, οὐδὲ τῶν ἄλλως ἄλ-

λως ἐ-

λως, οἷον ἀνχμῶν καὶ ὄμβρων· οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τύχης, οἷον ἡ σπυρὸς εὑρέσεως· ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πάντων· οἷον, πῶς ἂν Σκύθαι ἄριστα πολιτεύοιντο, οὐδὲ Λακεδαιμονίων βουλεύοιτο· οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν τούτων οὐδὲν ἡμῶν ἕνεκα. βουλόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν· ταῦτα δ' ἦν καὶ ἔστι λοιπά· αἴτια γὰρ δοκοῦσιν εἶναι, φύσις, καὶ ἀνάγκη, καὶ τύχη· ἔτι δὲ νοῦς καὶ πᾶν τὸ διὰ ἀνθρώπου· τῶν δ' ἀνθρώπων ἕκαστοι βουλεύονται περὶ τῶν δι' αὑτοῦ πρακτῶν· καὶ περὶ μὲν τὰς ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρκεις τῶν ἐπιστημῶν, οὐκ ἔστι βουλή· οἷον, περὶ γραμμάτων. οὐ γὰρ διστάζομεν, πῶς γραπτέον· ἀλλ' ὅσα γίνεται διὰ ἡμῶν, μὴ ὡσαύτως δὲ ἀεί, περὶ τούτων βουλόμεθα. οἷον, περὶ τῶν ἰατρικῶν, ἢ χρηματιστικῶν, καὶ περὶ κυβερνητικῶν μᾶλλον ἢ γυμναστικῶν, ὅσῳ ἧττον διηκρίβωται· καὶ ἔτι, περὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως· μᾶλλον δὲ, καὶ περὶ τὰς τέχνας ἢ τὰς ἐπιστήμας· μᾶλλον γὰρ περὶ αὐτῶν διστάζομεν. τὸ βουλεύεσθαι δ' ἐν τοῖς ὡς ἐπὶ πολὺ, ἀδήλοις δὲ πῶς ἀποβήσεται· καὶ ἐν οἷς ἀδιέξιστον· συμβουλὰς δὲ προσλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα, ἀπιστοῦντες ἡμῖν αὐτοῖς ἱκανοὺς εἶναι κρίνειν.

siccitatibus & imbribus. Neque de iis, quæ fortuito eveniunt: ut de thesauri inventione. Quin immo ne de omnibus quidem rebus humanis: verbi gratia, Quemadmodum Scythæ optimè suam rempublicam administrare possint, nemo Lacedæmoniorum consultat. Nihil enim horum per nos effici queat. At de iis consultamus, quæ cum sub actionem cadunt, tum in nostra sunt potestate. Et quidem hæc nobis adhuc sunt reliqua. Etenim quæcunque fiunt, ab una harum caussarum videntur esse, quæ sunt, Natura, Necessitas, Fortuna: quibus addemus mentem, & quæcunque est humana effectio. Vnusquisque autem inter homines de iis consultat quæ ab ipso agi possunt. Neque vero in scientiis exquisitis suaque vi contentis, consultationi locus est. Verbi gratia, de literis non consultamus. non enim quomodo scribendum sit ambigimus. Sed de iis, quæ tametsi opera nostra fiant; non tamen semper eodem modo fiunt, ut, de iis, quæ ad medicinam, & ad artem quærendæ pecuniæ pertinent. & in arte gubernandarum navium potius, quam in ratione corporum exercendorum. Et quidem tanto magis de ista dubitare solemus, quanto minus illa quam hæc enucleatis & exquisitis præceptionibus absoluta est, & eodem modo de reliquis. Magis autem in artibus, quam in scientiis consultationi locus est. In illis enim sæpius ambigere solemus. Cæterum consultandi ratio in iis locum habet, quæ plerumque usu veniunt, cum eorum exitus incertus sit, & in quibus nihil est definiti. Porrò in iis, quæ sunt magna, alios in consilium adhibemus.

6 7 Eu. c. 14.
8
9 8. Pol. 7. 1 Rhet. 2. & 7.
10 1 Eu. c. 1. 1 Rh. 10.
11
12
13
14
15
16
17
18

bemus nobis ipsis diffidentes, quasi minus ad eas res dispiciendas ac dijudican-
19 das ideneis. Consultamus autè non de finibus, sed de iis, quæ ad fines pertinent.
20 Neque enim aut medicus an sanaturus sit consultat, aut orator, an persuasurus, aut politicus, an bonis legibus civitatem constituturus: neque alij denique artifices de fine deliberant: sed omnes proposito sibi certo aliquo fine, quem-
21 admodum & quibus rebus possint eum assequi, cogitant. Ac si pluribus modis ac rationibus id quod volunt, confici posse videatur, quâ facilimè & optimè
22 confici possit, inspiciunt. Sin autem una ratione commodè possit absolui, qua via ad illam perveniant, & qua ad hanc ipsam viam: eò usque, dum ad primam causam pervenerint, quæ inventione est
23 ultima. Qui consultant enim, inquirere ac retexere veluti descriptionem quandam mathematicam videntur,
24 quemadmodum dictum est. Sed illud certè apparet, non omnem quæstionem esse consultationem, ut sunt quæstiones mathematicæ: consultationem verò
25 omnem esse quæstionem. Illud etiam planum est, quod est retexenti postre-
26 mum, id esse agenti primum. Quod si ij, qui acturi sunt, in aliquid inciderint, quod fieri nequeat, tum ab eo desistunt. Veluti, si pecunia sit opus, ejusque expe-
27 diendæ nulla ratio inveniri possit. Sin id offeratur, quod fieri posse videatur,
28 tum ad agendum aggrediuntur. Fieri autem posse dicuntur ea, quæ nostra
29 opera effici possunt. Nam quæ amicorum studio & opera efficiuntur, nostra
30 opera quodammodo fieri videntur. principiũ enim in nobis est. Quæ-

φωῦντες ἡμῖν αὐτοῖς ὡς οὐκ ἱκανοῖς διαγνῶναι. βουλόμεθα δὲ, οὐ περὶ τῶν τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη· οὔτε γὰρ ἰατρὸς βουλεύεται, εἰ ὑγιάσει· οὔτε ῥήτωρ, εἰ πείσει· οὔτε πολιτικὸς, εἰ εὐνομίαν ποιήσει· οὐδὲ τῶν λοιπῶν οὐδεὶς, περὶ τέλους· ἀλλὰ θέμενοι τέλος τι, πῶς καὶ διὰ τίνων ἔσται, σκοποῦσι. καὶ διὰ πλειόνων μὲν φαινομένης γίνεσθαι, διὰ τίνος ῥᾷστα καὶ κάλλιστα ἐπισκοποῦσι· εἰ δι' ἑνὸς ἢ σπουδαζομένη, πῶς διὰ τούτου ἔσται· κἀκείνου διὰ τίνος, ἕως ἀνέλθωσιν ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον, ὃ ἐν τῇ εὑρέσει ἔσχατον ἦν· ὁ γὰρ βουλόμενος ἔοικε ζητεῖν καὶ διαλύειν τὸν εἰρημένον τρόπον ὥσπερ διάγραμμα. Φανερὸν δὲ, ὅτι μὲν ζήτησις, οὐ πᾶσα ἔσται βούλευσις, οἷον αἱ μαθηματικαί· ἡ δὲ βούλευσις πᾶσα ζήτησις· καὶ τὸ ἔσχατον ἐν τῇ ἀναλύσει, πρῶτον εἶναι ἐν τῇ γενέσει. καὶ ἂν μὲν ἀδύνατον ἐπιτυγχάνωσιν, ἀφίστανται· οἷον εἰ χρημάτων δεῖ, τοῦτο δὲ μὴ οἷόν τε πορισθῆναι. ἐὰν δὲ δυνατὸν φαίνηται ἐγχειρεῖν πράττειν. δυνατὰ δὲ, ἃ δι' ἡμῶν γένοιτο ἄν· τὰ γὰρ διὰ τῶν φίλων. δι' ἡμῶν πως ἔστιν· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν ἡμῖν. ζητεῖται δὲ, ὁπό-

runtur

μὲν, τὰ ὄργανα· ὁτὲ δὲ, ἡ χρῆται αὐτῶν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς, ὁτὲ μὲν, διὰ· ὁτὲ δὲ, πῶς, ἢ διὰ τίνος. ἔοικε δὴ, καθάπερ εἴρηται, ἄνθρωπος εἶναι ἀρχὴ τῶν πράξεων. ἡ δὲ βουλὴ, περὶ τῶν αὐτῷ πρακτῶν· αἱ δὲ πράξεις, ἄλλων ἕνεκα. τὸν ἄρ' οὖν εἰς βουλεύσιμον τέλος, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὰ τέλη· ἀόριστα δὴ τὰ καθ' ἕκαστα. οἷον εἰ ἄρτος τοῦτο, ἢ πέπεπται, ἢ πεπόιωται ὡς δεῖ. αἰσθήσεως γὰρ ταῦτα· εἰ δ' ἀεὶ βουλεύσιμον. εἰς ἄπειρον ἥξει. βουλεύει δὲ καὶ περὶ τὰ αὐτά· πλὴν ἀφωρισμένον ἤδη τὸ προαιρετόν· τοῦτο γὰρ ἐκ τῆς βουλῆς προκρῖθὲν, προαιρετόν ἐστι. παύεται γὰρ ἕκαστον ζητῶν, πῶς πράξει, ὅταν εἰς αὐτὸν ἀναγάγῃ τὴν ἀρχήν· καὶ αὐτὸ εἰς τὸ ἡγεμονικόν. τοῦτο γὰρ τὸ προαιρούμενον. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἀρχαίων πολιτειῶν, ἃς Ὅμηρος ἐμιμεῖτο. οἱ γὰρ βασιλῆς, ἃ προέλοιντο, ἀπήγγελον τοῖς δήμοις· ὅτι τὸ προαιρεῖσθαι, βουλευτὸν, ὄρεκτὸν τῶν ἐφ' ἡμῖν. καὶ ἡ προαίρεσις ἂν εἴη βουλευτικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν· ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι γὰρ κρίναντες, ὀρέ-

runtur autem aliquando instrumenta, aliquando eorum usus, itemque in reliquis interdum per quid, aliquando quo modo, aliquando cujus opera res expediri debeat. Videtur itaque homo, 31
quemadmodum est dictum, actionum esse principium: Consultatio item iis 32
de rebus esse, quæ à quoque agi possunt: Tum actiones aliarum rerum causa sus- 33
cipi, eamque ob causam de fine consultari non potest: sed de iis, quæ ad fines pertinent. Neque sanè de rebus singu- 34
laribus: verbi gratia, sitne hoc panis: aut, sitne coctus ut oportuit, talisque effectus qualem oportuit. hæc enim sen- 35
su judicantur. Quod si semper consul- 36
tabitur, abibit res in infinitum. Id autem, de quo consultatur, & id, de quo consilium captum est, res una & eadem est: nisi quòd definitum jam est ac deci- 37
sum hoc posterius. Quod enim consultatione adhibita reliquis præpositum est, id est, de quo consilium captum dicitur, & aliis præpositum ipsum. Nam 38
quemadmodum sit aliquis acturus quærere tum desinit, cum principium ad seipsum, & ad eam adeo sui partem quæ præest atque imperat, revocarit. hæc est enim, quæ consilium capit. Idque ita 39
esse ex veteribus quoque reipublicæ administrandæ formis, quas Homerus imitabatur, perspici potest. Nam quibus de rebus reges deliberaverant, eas populo deinde renunciabant. Quoniam au- 40
tem id, de quo consilium capitur, sub deliberationem & appetitionem cadit, cum sit ex numero earum rerum, quæ in nobis sitæ sunt, consilium erit earum rerum, quæ in nostra potestate sunt, appetitio ex consultatione proveniens. Nam po- 41
steaquam consultatione adhibita judicavimus, tum ei consultatio-

42 ni convenienter appetimus. Ac agendi quidem consilium quid sit, & quibus hoc in rebus versetur: Et denique earum illud rerum esse, quæ ad fines pertinent, sic à nobis veluti adumbrando expositum esto.

γόμεθα καὶ τῶν βελευτῶν. ἡ μὲν οὖν προαίρεσις τύπῳ εἰρήθω, καὶ περὶ ποῖά ἐστι, καὶ ὅτι τῶν πρὸς τὰ τέλη.

CAPVT IV.

De Voluntate.

1 Rhet.10. 1 CÆterum voluntas quod quidem sit ultimi, de eo dictum est. de reliquis verò ad eam pertinentibus alij aliter.

2 Eu.c.10. sub f. 2 Sunt qui boni illam esse volunt: sunt,

3 Rhe.10. 3 qui ejus, quod videtur bonum. Atqui ex eorum ratione, qui id quod sub voluntatem cadit, dicunt esse verum bonum, sequeretur, id, quod vult is, qui minus rectè eligit, non cadere sub voluntatem.

4 Quippe cum (ex hypothesi istorum) quod sub voluntatem cadit, sit bonum: Et verò cum ego assumam

5 aliquod improbum factum. Rursus ex sententia illorum qui id, quod sub voluntatem cadit, apparens bonum esse dicunt, nihilerit, quod sub voluntatem cadat, natura: sed erit, quod cuique

6 videbitur. Atqui aliud alij videtur: & (ut ira rursus ponatur) etiam contraria.

1 Rhet.6. 7 Quod si hæc minus probanda sunt, di-

2 Rhet.13. cendumne est absolutè & revera sub voluntatem cadere verum bonum. At verò unicuique volendum sive volitum

8 esse bonum apparens, seu id, quod speciem boni habeat? ac bono quidem viro id esse volendum, quod revera bonum est, vitioso autem, quicquid fors

9 obtulerit; Vt & corporibus, bene quidem constitutis salubria sunt ea, quæ revera talia sunt: morbosis autem & ægris alia: itemque amara, dulcia, cali-

Ἡ δὲ βούλησις, ὅτι μὲν τοῦ τέλους ἐστίν, εἴρηται· δοκεῖ δ', τοῖς μὲν, τἀγαθὸν εἶναι· τοῖς δὲ, τὸ φαινόμενον ἀγαθόν. συμβαίνει δὲ, τοῖς μὲν τὸ βουλητὸν τἀγαθὸν λέγουσι, μὴ εἶναι βουλητὸν ὃ βούλεται ὁ μὴ ὀρθῶς αἱρούμενος· εἰ γὰρ ἔσται βουλητόν, καὶ ἀγαθόν· ὧν δὲ, εἴ τις ἔτυχε, κακόν· τοῖς δὲ αὖ τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν, τὸ βουλητὸν λέγουσι, μὴ εἶναι φύσει βουλητόν, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν· ἄλλο δ' ἄλλῳ φαίνεται· καὶ ἐναντία ἔτυχε, ταὐτά. εἰ δὲ δὴ ἔσται μὴ λέγειν, ἃ φατέον, ἁπλῶς μὲν καὶ κατ' ἀλήθειαν, βουλητὸν εἶναι τἀγαθόν· ἑκάστῳ δὲ, τὸ φαινόμενον· τῷ μὲν οὖν σπουδαίῳ, τὸ κατ' ἀλήθειαν εἶναι· τῷ δὲ φαύλῳ, τὸ τυχόν· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων, τοῖς μὲν εὖ διακειμένοις, ὑγιεινὰ ἔστι τὰ κατ' ἀλήθειαν ἕξιν ταῦτα ὄντα· τοῖς δὲ νοσώδεσι, ἕτερα. ὁμοίως δὲ καὶ πικρὰ καὶ γλυ-

καὶ γλυκέα. καὶ ἡσυμα', καὶ βαρέα, καὶ τἀναντία τούτων ἕκαστα· ὁ σπουδαῖος γὰρ ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς, καὶ ἐν ἑκάστοις ἀλήθειαν αὐτῷ φαίνεται· καθ' ἑκάστου γὰρ ἕξις, τῷ μὲν ἀληθῆ καὶ καλὰ καὶ ἡδέα. καὶ διαφέρειν πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος τῷ τἀληθῆς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν· τοῖς πολλοῖς δὲ, ἡ ἀπάτη διὰ τὰς ἡδονὰς ἴσως γίνεται· οὐ γὰρ ὄντα, ἀγαθὰ φαίνεται· φαίνεται οὖν τὸ ἡδύ, ὡς ἀγαθόν· τὸν δὲ λύπην, ὡς κακὸν φεύγουσι.

da? gravia, & cæterorum unumquodq; ? Nam verè de singulis rebus judicat vir bonus, & ei statim, quod in unaquaque reveri est, elucet. Ex uniuscujusq; enim habitu honesta & jucunda finguntur. Atque eò ipso fortasse longe præstat reliquis vir bonus, quod singulis in rebus verum perspicit, quasi earum norma sit ac mensura. Vulgo autem fucum facere videtur voluptas: quippe quæ cum bonum non sit, boni speciem præ se ferat. Itaque vulgus jucundum sequitur, ut bonum: dolorem autem fugit ut malum.

CAPVT V.

Virumque, & Virtutem & Vitium, Sponte esse, non tamen eodem modo sponte esse actiones & Habitus.

ΟΥτω δὲ, βουλητὰ μὲν ἔστιν τέλους βουλητοῦ ἡ καὶ προαιρετὰ, τῶν πρὸς τὸ τέλος, αἱ περὶ ταῦτα πράξεις, καὶ προαιρετοὶ εἶεν ἄν, καὶ ἑκούσιοι· αἱ δὲ τῶν ἀρετῶν ἐνέργειαι, περὶ ταῦτα· ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία· ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν, καὶ τὸ μὴ πράττειν· καὶ ἐν οἷς τὸ μὴ, καὶ τὸ ναί· ὥστ' εἰ τὸ πράττειν, καλὸν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ· καὶ τὸ μὴ πράττειν, ἐφ' ἡμῖν ἔσται αἰσχρὸν ὄν· καὶ εἰ τὸ μὴ πράττειν, καλὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν· καὶ τὸ πράττειν, αἰσχρὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν. εἰ δ' ἐφ' ἡμῖν τὰ καλὰ πράττειν, καὶ τὰ αἰσχρὰ, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὴ πράττειν· τοῦτο δ' ἦν, τὸ ἀγαθοῖς καὶ

QVoniam igitur pertinent, voluntas quidem ad finem, consilium verò & propositum ad illa, quæ ad finem spectant, consequens est, ut, quæ in eis vertuntur actiones, & consilio suscipiantur & sponte. At functiones & munera virtutum in his vertuntur. Itaque virtus in nostra est potestate similiterque & vitium. Quas enim res agere in nobis situm est, easdem non agere possumus: & quas non agere in nobis situm est, earundem quoque agendarum potestas nostra est. Itaque si quid agere, quod honestum sit, in nobis situm est. non agere quoque quod non agi turpe sit, in nobis erit situm. Quod si honesta & turpia agere nostri arbitrij est, similiterque non agere, (hoc autem erat

1 M. M. 1. 2 Eu. c. 6. 3 Rhet. 1. 4 5 6

bonos & malos esse) nostri quoque arbitrij erit profectò, ut probi & improbi
1 M. M. p. 7 simus. Iam verò quod dicitur

3 Rhet. 16. *Sponte improbus nemo, nec invitus beatus ullus est*,

partim falsum, partim verum esse videtur. Nam invitus beatus est nemo.
9 Vitiositas autem sponte nostra contrahitur. Alioquin ea, quæ jam nunc dicta
10 sunt, erunt in dubium inque controversiam vocanda, negandumque erit hominem esse principium ac parentem actio-
1 M. M. 12. num, quemadmodum & liberorum.
11 Quod si hæc nobis probantur & vera videntur, neque possumus actiones ad
3 M. M. 10. alia principia capitaque præterquam ad ea, quæ in nobis insunt, revocare: profectò quarum rerum principia in nobis insunt, ea res quoque in nobis sitæ sunt, nostraque sponte suscipiuntur.
12 Atque hæc ita habere cum privatim singuli testari videntur, tum in publicè le-
13 gumlatores: Eos enim, qui res flagitiosas atque improbas admittunt, castigant supplicioque afficiunt: modo non per vim aut inscientiam, quæ ipsorum culpa contracta non sit, admiserint.
14 Eos contra, qui res honestas & præclaras gesserint, honoribus & præmijs ornant, quasi hos exercitaturi, illos à maleficio deterriturii. Atqui ad
15 eas actiones excitat nemo, quæ neque in nobis positæ sunt, neque sponte nostra obeuntur: Nimirum quod nihil referat, suaderi nobis, ut ne vel caleamus, vel doleamus, vel esuriamus, vel aliquid aliud tale. nihilò enim magis ea
17 perperiemur. Atque hoc vel illo quoque confirmatur, quod in peccatis ignoκακοῖς εἶναι· ἐφ' ἡμῖν ἔστι τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι. τὸ δὲ λέγειν ὡς

Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός, οὐδ' ἄκων μάκαρ,

ἔοικε τὸ μὲν, ψεύδεσθαι· τὸ δ', ἀληθεῖ· μακάριος μὲν γὰρ οὐδεὶς ἄκων· ἡ δὲ μοχθηρία, ἑκούσιον. ἢ τίς γε νῦν εἰρημένοις ἀμφισβητήσει; καὶ τὸν ἄνθρωπον δὲ φατέον ἀρχὴν εἶναι, καὶ γεννητὴν τῶν πράξεων, ὥσπερ καὶ τέκνων· εἰ ἢ φαδία φαίνεται, καὶ μὴ ἐχομένους ἀλλαις ἀρχαῖς ἀναγαγεῖν ἀφ' ἃς ἐφ' ἡμῖν· ὧν * καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐφ' ἡμῖν, καὶ αὐτὰ ἐφ' ἡμῖν· καὶ ἑκούσια· * τοιούτοις δὴ ἔοικε μαρτυρεῖσθαι καὶ ἰδίᾳ ὑφ' ἑκάστων, καὶ αὖ τῶν νομοθετῶν· κολάζουσι γὰρ καὶ τιμωροῦνται τοὺς δρῶντας μοχθηρὰ, ὅσα μὴ βίᾳ, μηδὲ δι' ἄγνοιαν, ἧς μὴ αὐτοὶ αἴτιοι· τοὺς δὲ τὰ καλὰ πράξαντας τιμῶσιν· ὡς, τοὺς μὲν προτρεψόμενοι, τοὺς δὲ κωλύοντες· καὶ πάντως ὅσα μήτ' ἐφ' ἡμῖν ᾖ, μήθ' ἑκούσια, οὐδεὶς προτρέπεται πράττειν· ὡς οὐδὲν ὄφελος ὂν τοιοῦτο πείθεσθαι μὴ θορυβαίνεσθαι, ἢ ἀλγεῖν, ἢ πεινῆν, ἢ ἀλλ' ὁτιοῦν τῶν τοιούτων. οὐδὲν γὰρ ἧττον πεισόμεθα αὐτῶν· καὶ γὰρ

ἐπὶ

ἔστ' αὐτῷ τῷ ἀγνοεῖν κολάζεσθαι, ἐὰν αἴτιος εἶναι δοκῇ τῆς ἀγνοίας, οἷον τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ ἀδικήματα· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς· κύριος γὰρ ἦν μὴ μεθυσθῆναι· τοῦτο δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας· καὶ τοὺς ἀγνοοῦντάς τι τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ἃ δεῖ εἰδέναι, καὶ μὴ χαλεπά ἐστι, κολάζουσι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, * ὅσα δι' ἀμέλειαν ἀγνοεῖν δοκοῦσιν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ὂν τὸ μὴ ἀγνοεῖν· ἐγγὺς γὰρ ἐπιμεληθῆναι γ' ἦν· ἀλλ' ἔστιν οἷς τοιοῦτος ὁ τρόπος, ὥστε μὴ ἐπιμεληθήσεσθαι· ἀλλὰ διὰ πάντων δοκεῖ αὐτὰ αἴτια εἶναι ζῶντες ἀνειμένως, καὶ ἐν ἀδίκοις ἢ ἀκόλαστος εἶναι, οἱ μὲν, πονηρεύοντες, οἱ δὲ, ἐν πότοις καὶ τοῖς τοιούτοις διάγοντες· αἱ γὰρ περὶ ἕκαστα ἐνέργειαι, τοιούτους ποιοῦσι· τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν μελετώντων πρὸς οἱονοῦν ἀγώνισμα ἢ πρᾶξιν· διαμένουσι γὰρ ἐνεργοῦντες· τὸ μὴ ἐπ' ἐξουσίᾳ ἀγνοεῖν, ἔστι μὲν ἐκ τοιούτων ἐνεργειῶν περὶ ἕκαστα αἱ ἕξεις γίνονται, οὐκ ἐμοὶ δὲ φαίνεται· ἔστι δὲ ἄλογον, τὸν ἀδικοῦντα μὴ βούλεσθαι ἄδικον εἶναι· ἢ τὸν ἀκολαστοῦντα, ἀκόλαστον· εἰ δὲ μὴ ἀγνοῶν τις πράξει, ἐξ ὧν ἔσται ἄδικος, ἑκὼν ἄδικος ἂν εἴη· ἐὰν μέντοι βούλῃ, ἄδικος οὐκ ἂν παύσοιτο, καὶ ἔσται δίκαιος.

rantiæ tum demum pœnam constituunt legumlatores, si quis sibi ipse suæ inscientiæ causa esse videatur: Verbi gratia, in ebrios duplex pœna constituta est, principium enim in ipsis est. nam in eorum potestate erat, non inebriari; ebrietas autem causa inscientiæ est. Præterea in eos, qui aliquid ignorant eorum, quæ legibus sancita sunt, quæ & scienda neque cognitu difficilia sint, animadvertunt: Idemque fit in cæteris quæ negligentia sua videntur ignorare cum liceat ipsis non ignorare. poterant enim sibi, ut diligentiam adhiberent, imperare. Sed ejusmodi est aliquis fortasse, ut diligentiam adhibere non possit? At enim ut tales sint, ipsorum culpa est (quippe qui negligenter ac dissolutè vivant) ut item injusti atque intemperantes, causa in ipsis versatur: utpote quod eorum alteri in maleficio, alteri in compotationibus, & id genus nequitiis ætatem consumant. Nam quales sunt singulares actiones, tales ij qui agunt, efficiuntur. Atque hoc ex iis perspicuum esse potest, qui se in certamine quocunque aut actione exercent: Numquam enim certare atque agere intermittunt. Et verò ignorare, quod è studiis & actionibus in qualibet re positis, habitus gignantur, hominis est sensu ferè carentis. Præterea hoc ipsum à ratione alienum est, qui injuriam alteri faciat, eum injustum, & qui intemperanter vivat, intemperantem affici nolle. Iam si quis sciens eas res agat, quibus evadat injustus, sponte sua profectò efficietur injustus. Neque verò si velit, etiam desinet esse injustus, ac ju-

18 a Rhet. 25.
19
20
21
22
23
24
25
26
27 1 Rhe. 10.
28

29 ſtus fiet. Nam ne æger quidem ſanus ac validus efficiatur cum velit, ſi vel maximè ſponte ſua morbum contraxerit. quippe qui & incontinenter vivebat, & medicorum præcepta & conſilium aſpernabatur. Tum quidem igitur ei licebat in morbum non incidere. At poſteaquam ſeſe projecit, id jam deſiit eſſe
30 integrum. Quemadmodum nec is, qui lapidem miſit, retrahere eum jam poteſt: qui tamen erat in ejus poteſtate; nempe in manum eum ſumere ac jace-
31 re. principium enim in ipſo eſt. Sic & injuſto, itemque intemperanti homini
32 ab initio licebat, talem non eſſe. Idcirco ſua voluntate tales ſunt. poſteaquam verò tales facti ſunt, non poſſunt non
33 eſſe. Non ſolum autem animi vitia ſponte contrahuntur: ſed in nonnullis hominibus etiam quæ ſunt corporis.
34 quos etiam reprehendere ſolemus. Nam qui deformes ſunt natura, eos reprehendit nemo: ſed eos demum, qui propterea, quod exercitationes corporis prætermittunt, & valetudinem non cu-
35 rant, id mali contraxerunt. Similiſque eſt imbecillitatis, deformitatis & debilitatis ratio. Nemo enim cœcitatem ei, qui vel natura, vel morbo, vel ictu aliquo cœcus eſt, probri loco objiciat: quin ejus miſereatur potius; ſed qui ex ebrioſitate, aut aliqua alia intemperantia cœcitatem contraxerit, eum nemo eſt, qui non reprehenſione dignum du-
36 cat. Itaque quæcunque vitia corporis in noſtra poteſtate ſunt, ea reprehenduntur: quæ non ſunt, non reprehen-
37 duntur. Quod ſi ita eſt, in cæteris quoq; rebus omnibus ea, quæ re-
38 prehenduntur vitia, in noſtra poteſtate eſſe reperientur. Quod ſi quis dixe-

ἀδὲ γὰρ ὁ νοσῶν, ὑγιὴς· καὶ εἰ μάλιστα ἔτυχεν, ἑκὼν νοσεῖ, ἀκρατῶς βιοτεύων, καὶ ἀπειθῶν τοῖς ἰατροῖς. τὸ τὸ μὲν οὖν ἐξὸν αὐτῷ μὴ νοσεῖν· προεμένῳ δέ, οὐκέτ' ἔστ' ὥσπερ ἀδ' ἀφέντι λίθον, ἔστ' αὐτὸν δυνατὸν ἀνακαλεῖν· ἀλλ' ὅμως ἐστ' αὐτῷ τ' * βαλεῖν καὶ ῥίψαι· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐστ' αὐτῷ· οὕτω δὲ καὶ τῷ ἀδίκῳ, καὶ τῷ ἀκολάστῳ, ἐξ ἀρχῆς μὲν, ἐξὸν τοιούτοις μὴ γενέσθαι. διὸ ἑκόντες εἰσί· γενομένοις δὲ οὐκέτι ἔξεστι μὴ εἶναι. ἀ μέντοι δὲ αἱ τῆς ψυχῆς κακίαι ἑκούσιοί εἰσιν, ἀλλ' ἐνίοις καὶ αἱ τοῦ σώματος, οἷς καὶ ὀνειδίζομεν· τοῖς μὲν γὰρ φύσει αἰσχροῖς, ἐθὲς ὀνειδίζομεν· τοῖς δὲ διὰ ἀγυμνασίαν, καὶ ἀμέλειαν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀσθένειαν, καὶ αἶσχος, καὶ πήρωσιν· οὐθεὶς γὰρ ἂν ὀνειδίσειε τυφλῷ φύσει, ἢ ὑπονόσῳ, ἢ ὑπὸ πληγῆς· ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεήσαι· τὸν δ' ἐξ οἰνοφλυγίας, ἢ ἄλλης ἀκολασίας, πᾶς ἂν ὀνειδίσειε. τῶν δὴ περὶ τὸ σῶμα κακιῶν, αἱ μὲν ἐφ' ἡμῖν, ὀνειδίζονται· αἱ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν, οὐ. εἰ δ' ὅτι, καὶ ὀνειδίζεται τῶν ἄλλων αἱ ὀνειδιζόμεναι τῶν κακιῶν, ἐφ' ἡμῖν ἂν εἶεν· εἰ δὲ τις λέγοι, ὅτι

πάντως ἐφίεται) ἕκαστος φαινομένου ἀγαθοῦ, τῆς δὲ φαινομένης ἀγαθότητος οὐ κύριοι, ἀλλ' οἱονοῖός ποθ' ἕκαστος ἔχει, τοιοῦτον καὶ τὸ τέλος φαίνεται αὐτῷ· εἰ μὲν οὖν ἑκάστῳ ἑαυτοῦ ἡ ἕξις οἵα τίς ἐστιν αἴτιος, καὶ τῆς φαινομένης ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος· εἰ δὲ μηδεὶς αὐτῷ αἴτιος ἕξις κακὰ ποιεῖν, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν ἕξις τέλους ἕξοντα πράττει, διὰ τοῦτον οἰόμενος αὐτῷ τ' ἄριστον ἔσεσθαι· ἡ δὲ ἕξις τέλους ἔφεσις, οὐκ αὐθαίρετος, ἀλλὰ φυσικὴ δεῖ, ὥσπερ ὄμμα ἔχοντας, ἢ κρίνειν καλῶς, καὶ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὸν αἱρήσεσθαι. καὶ ἔστιν εὐφυὴς ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκε· (τὸ γὰρ μέγιστον, καὶ κάλλιστον, καὶ ὃ παρ' ἑτέρου μὴ οἷόν τε λαβεῖν, μηδὲ μαθεῖν, ἀλλ' οἷον ἔχει, τοιοῦτον ἔχειν· καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι, ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ ἂν εὐφυΐα·) εἰ δὴ ταῦτ' ἔστιν ἀληθῆ, τί μᾶλλον ἡ ἀρετὴ τῆς καλῆς ἕξεως ἑκούσιον; ἀμφοῖν γὰρ ὁμοίως, τῷ ἀγαθῷ καὶ τῷ κακῷ, τὸ τέλος φύσει, ἢ ὁπωσδήποτε τίθεται φαίνεται) καὶ κεῖται· τὰ δὲ λοιπὰ πρὸς τοῦτ' ἀναφέροντες, πράττουσι ὁπωσδήποτε. εἴτε δὴ τὸ τέλος μὴ φύσει ἑκάστῳ φαίνεται) οἱονδήποτε, ἀλλ' ὃ καὶ παρ' αὐτὸ *

dixerit, id quemq; expetere, quod ei videatur bonũ: verum non in cujusq; potestate esse, quæ species nobis offeratur: sed qualis quisque sit, talem ei finem videri: Immo vero si sibi quisque habitus ingenerandi quodammodo causa est, erit & phantasiæ profecto sibi ipse quodammodo causa. Quod si rursus objicietur, Mali in se admittendi sibi causam esse neminem: sed ignoratione finis male agere, quisquis agit, existimantem, hoc genere vitæ se maximo bono potiturum: Appetitionem porro finis neminem sibi suo arbitratu adoptare posse, sed ita natum esse unumquemque oportere, ut quasi lumen mentis habeat, quo & judicare rectè, & id quod verè bonum est, sumere atque optare possit: Illum item esse bene informatum à natura, cui hoc naturæ beneficio bene constitutum est (eo quod maxima sit ac pulcerrima isthæc res, quamque ab alio neque consequi, neque discere aliquis possit, sed quam talem obtineat quisque, qualis ipsi à natura data est: adeoque quod ipsum illud, benè & pulcrè à natura factam compositamque esse hanc partem, sit perfecta & vera naturæ bonitas) hæc ergo si rursus objiciantur, respondemus: Si hæc vera sunt, quamobrem virtus magis quàm vitium nostra sponte ac voluntate suscipi dicetur? Utrique enim, & viro bono & improbo homini natura, vel quolibet alio modo finis & videtur & positus est: reliqua verò omnia ad hunc referentes agunt, quoquo modo agant. Sive igitur finis non natura ostenditur alicui, qualiscunq; demum ille fuerit: sed ad eum statuendum aliquid

1 Rhet. 10

39

40

41

1 M.M. 19.

42

43

44

etiam

etiam amplius unicuiq; ſuppetit, præter naturæ vim illam: ſuæ etiam finis ipſe à natura eſt utrobique: at cætera illa (quæ videlicet ad finem aſſequendum ſuſcipiuntur) vir bonus voluntate ſuſcipit:
45 Atque ob id jam voluntaria eſt virtus.:
46 Nihilominus profectò vitium quoque erit voluntarium ſponteque contrahe-
47 tur. Æque enim in homine malo atque in bono viro ineſt hoc, ut per ſe agere poſſit, ut maximè in fine ſtatuendo ni-
48 hil detur voluntati. Quod ſi ergo, quemadmodum dicitur etiam ab iis, qui hic ſe nobis opponunt, virtutes ſponte noſtra comparantur, idque ex eo, quia habituum cauſas quodammodo nos ipſi præſtamus, & deinde pro eo, atque ſic vel ſic affecti ſumus, etiam finem nobis proponimus alium atque alium, profectò vitia quoque ipſa ſponte noſtra contrahentur, eruntque voluntaria. Similis enim eſt utrorumque
49 ratio. Ac de virtutibus quidem universè à nobis dictum eſt, earumque genus rudi quadam effigie informatum
50 atque adumbratum: Nimirum quòd
51 ſint medietates. Et quòd habitus.
52 Hinc, à quibus rebus gignantur ij habi-
53 tus: Tum eoſdem habitus ad eas res
54 agendas valere; & hoc per ſe: Et eſſe in nobis ſuos & noſtra ſponte ſuſcipi.
55. 56 Et ita ut recta ratio præſcripſerit. Aliter verò actiones noſtra voluntate ſuſci-
57 pi dicuntur, aliter habitus. Actionum enim à principio ad extremum domini

ἐστιν· εἶπε, τὸ μὲν πάλιν φυσικὸν, τὸ δὲ προαιρετὸν πράττειν ἑκουσίως τὸν σπουδαῖον, ἡ δ' ἕξις ἑκούσιόν ἐστιν· ἄρ' οὖν ἦν τὸ ζητούμενον ἡ καὶ ἡ κακία ἑκούσιον ἂν εἴη· ὁμοίως γὰρ καὶ τῷ κακῷ ὑπάρχει τὸ δι' αὑτὸν ἐν ταῖς πράξεσι· καὶ εἰ μή, ἐν τῷ πλεῖν εἰ οὐ ὥσπερ λέγεται, ἑκούσιοί εἰσιν αἱ ἕξεις· καὶ γὰρ τῶν ἕξεων συναίτιοί πως αὐτοί ἐσμεν· καὶ τῷ ποιοί τινες εἶναι, τὸ τέλος τοιόνδε τιθέμεθα· καὶ αἱ κακίαι ἑκούσιοι ἂν εἶεν· ὁμοίως γάρ. κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν εἰρήκαμεν· τὸ, τυπικῷ τύπῳ, ὅτι μεσότητές εἰσιν, καὶ ὅτι ἕξεις. ὑφ' ὧν τε γίνονται, καὶ ὅτι τούτων, προσήκουσαι, καὶ καθ' αὑτὰς· καὶ ὅτι ἐφ' ἡμῖν καὶ ἑκούσιαι, καὶ ὅπως ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς λόγος προστάξῃ· οὐχ ὁμοίως δὲ αἱ πράξεις ἑκούσιοί εἰσι, καὶ αἱ ἕξεις· τῶν μὲν γὰρ πράξεων ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους κύριοί ἐσμεν, εἰδότες τὰ καθ' ἕκαστα τῶν ἕξεων ἀλλὰ τῆς ἀρχῆς· τῶν καθ' ἕκαστα δὲ, ἡ προαίρεσις οὐ γνώριμος, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἀῤῥωστιῶν· ἀλλ' ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἦν, ὅτε, ἢ μὴ ὅτε χρήσασθαι, διὰ τοῦτο ἑκούσιοι.

of ſumus, cum rerum ſingularium cognitionem habemus: habituum
58 verò principium duntaxat in noſtra eſt poteſtate. Atque à rebus ſingularibus fit ad habitum acceſſio, nota non eſt: ut in morbis evenit.
59 Quia verò ſic aliterve tractare res ſingulares nobis licebat, iccirco habitus

ἀναλαβόντες δὴ περὶ ἑκάστης, ἐπωμὲν τίνες εἰσὶ, καὶ περὶ ποῖα, καὶ πῶς· ἅμα δ' ἔσται δῆλον καὶ πόσαι εἰσί· καὶ πρῶτον περὶ ἀνδρείας.

bitus noſtra ſponte ſuſcipi dicuntur. De ſingulis igitur virtutibus diſputationem à capite repetitam ordiamur, quæ ſint, & qualibus in rebus verſentur, & quomodo ſint virtutes. Eodem verò negotio quot ſint numero virtutes planum fiet. Ac primum de fortitudine dicamus. 60 Huc pertinet Libellus de virtutibus, Ariſtoteli 61 vulgò tributus.

CAPVT VI.

De Fortitudine.

Ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ φόβους καὶ θάρρη, ἤδη καὶ πρόσθεν εἴρηται. φοβούμεθα δὲ, δηλονότι τὰ φοβερά· ταῦτα δ' ἐστὶν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κακά· διὸ καὶ τὸ φόβον ὁρίζονται προσδοκίαν κακοῦ, φοβούμεθα οὖν πάντα τὰ κακά· οἷον ἀδοξίαν, πενίαν, νόσον, ἀφιλίαν, θάνατον. ἀλλ' ὑπὲρ πάντα δοκεῖ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι· ἔνια γὰρ καὶ δεῖ φοβεῖσθαι, καὶ καλόν· τὸ γὲ μὴ, αἰσχρόν, οἷον ἀδοξίαν· ὁ μὲν γὰρ φοβούμενος, ἐπιεικὴς, καὶ αἰδήμων. ὁ δὲ μὴ φοβούμενος, ἀναίσχυντος. λέγεται δὲ ἀπό τινων ἀνδρεῖος, καὶ μεταφορά· ἔχει γὰρ ὅμοιόν τι τῷ ἀνδρείῳ· ἄφοβος γάρ τις καὶ ὁ ἀνδρεῖος· πενίαν δ' ἴσως ὑπὲρ δεῖ φοβεῖσθαι, ὑπὲρ νόσον, ὑπὲρ ὅλως ὅσα μὴ ἀπὸ κακίας, μηδὲ δι' αὐτόν· ἀλλ' ὑπὲρ ὁ θαρρῶν ἄφοβος, ἀνδρεῖος· λέγομεν δὲ καὶ τὸν καθ' ὁμοιότητα, ὅτι γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς

FOrtitudinem igitur eſſe mediocritatem, quæ in formidine & fiducia verſatur, jam ante diximus. Timemus autem nimirum ea omnia, quæ exterrent: quæ uno verbo mala ſunt. Itaque & metum definiunt mali expectationem. Porrò tametſi metuimus omnia, quæ mala ſunt, ut infamiam, paupertatem, morbum, ſolitudinem ab amicis, mortem: non tamen videtur in his omnibus vir fortis verſari. Sunt enim quæ & pertimeſcere oportet, & quæ pertimeſcere honeſtum, & contrà contemnere turpe eſt, velut, infamiam. (Nam qui eam metuit, & probus eſt, & pudens: qui verò non metuit, impudens. Sed is à nonnullis fortis appellatur, ex quadam translatione ſermonis: quoniam quidpiam habet forti ſimile: ab omni enim metu liber eſt & ſolutus etiam vir fortis) Paupertatem verò pertimeſcere fortaſſe non oportet, neque morbum, neque ea omnia (ut ſemel dicam) quæ neque à vitio naſcuntur, neque culpa noſtra contrahuntur. Neque tamen etiam is, qui in his ſe à metu vacuum præſtiterit, fortis eſſe dicendus eſt: fortem tamen eum quoque ex ſimilitudine dicimus. Nonnulli enim 1 1 M. Mat. 3 Eu. c. 1. 2 1 Rhet. 9. 2 2 Rhet. 5. 4 5 6 7 8 9 10

cum in belli periculis timidi sint atque ignavi, liberales sunt tamen, & in pecunia amittenda fidenti ac præsenti sunt
21 animo. Iam qui contumeliam in liberos & uxorem extimescit, vel invidiam, vel aliquid ejus generis, timidus mini-
22 mè est: Neque fortis item is, qui animo confidit tum, cum se flagellis ver-
23 beratum iri videat. Quibus ergo in rebus formidolosus vir fortis cernitur? Nonne in maximis? Nec enim quis-quam res horribiles & asperas patien-
24 tius tolerat. Omnium autem rerum nihil horribilius est morte. nam ea omnium rerum est extremum: nihilque reliquum esse mortuo videtur neque bo-
25 num neque malum. Sed nec in omni mortis genere vir fortis cernitur: ut si quis vel in mari naufragio pereat, vel
1 Rhe. 9. 16 morbis conficiatur. In quonam igitur alio, quàm in eo, quod pulcerrimum est? quales sunt mortes, quas in bello
17 præliatores oppetunt. In maximo enim & pulcerrimo periculo ex suscipiuntur.
18 Testantur & comprobant hæc, quæ dicimus, etiam honores ij, qui & in liberis civitatibus, & apud reges iis, qui in bello ceciderunt, decernuntur.
19 Quocirca fortis propriè dicetur is, qui nec morte honesta, nec iis impendentib. atque instantibus, quæ mortem afferunt, perterretur: cujusmodi sunt ea
20 maximè, quæ in bellis accidunt. Vacat tamen metu etiam in mari, inque morbis vir fortis: licet non sic, ut nautæ.
21 Fortes enim tali tempore cum de salute sua desperant, tum genus hoc ipsum mortis ægrè ferunt, nautas verò usus &
22 experientia confirmavit, beneq; sperare docuit. Simul etiã illi com-

κινδύνοις δειλοὶ ὄντες, ἐλεύθεροί εἰσι, καὶ πρὸς χρήματα ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσιν· ἐὰν δὴ εἴ τις ὕβριν περὶ παῖδας καὶ γυναῖκα φοβεῖται, ἢ φθόνον, ἢ τι τῶν τοιούτων, δειλός ἐστιν· καὶ εἰ θαρρεῖ, μέλλων μαστιγοῦσθαι, ἀνδρεῖος. περὶ ποῖα οὖν τῶν φοβερῶν ὁ ἀνδρεῖος· ἢ περὶ τὰ μέγιστα; οὐθεὶς γὰρ ὑπομενετικώτερος τῶν δεινῶν. φοβερώτατος δὲ ὁ θάνατος· πέρας γάρ· καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ; οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν εἶναι. δόξειε δ' ἂν οὐδὲ περὶ θάνατον τὸν ἐν παντὶ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι· οἷον, εἰ ἐν θαλάττῃ, ἢ ἐν νόσοις. ἐν ποίοις οὖν ἢ τοῖς καλλίστοις, τοιοῦτοι δὲ οἱ ἐν πολέμῳ· ἐν μεγίστῳ γὰρ καὶ καλλίστῳ κινδύνῳ. ἐμόλογοι δὲ τιμαὶ τοιοῦτοις εἰσὶ καὶ αἱ παρὰ πόλεσι καὶ παρὰ τοῖς μοναρχοις· κυρίως δὴ λέγοιτ' ἂν ἀνδρεῖος, ὁ περὶ τὸν καλὸν θάνατον ἀδιαφόρως ἔχων ἐπὶ φόβερα ὄντα τοιαῦτα ἢ μᾶλλον τὸν ἐν πολέμῳ. ἐν μὲν γὰρ θαλάττῃ καὶ ἐν νόσοις ἆρ' ἔστιν ὁ ἀνδρεῖος· ἀλλ' οὐ τοιοῦτοι οἱ μὲν γὰρ ἀπηγόρευκασι τὰς σωτηρίας, καὶ τὸν θάνατον τὸν τοιοῦτον δυχερεραίνουσιν· οἱ δ' εὐέλπιδές εἰσι περὶ τὰς ἐμπειρίας· ἅμα δὲ καὶ ἀνδρεῖόν ἐστι, ὅτε

ἐν οἷς ἐστὶν * ἡ ἀλκή, ἢ καλὸν τὸ ὑποφαίνειν· ἐν τούτοις δὲ φθορεῖς ἤδιστον ὑπάρχει.

parant se ad fortitudinē in iis rebus, in quib. spectari potest robur & tamquam explicarj, itemque in quibus pulcrum est mori. quorum neutrum illis alteris generibus interitus repetitur.

CAPVT VII.

De Objecti diversitate, & Extremis Fortitudinis.

Τὸ δὲ φοβερὸν, ἐ πᾶσι μὲν τὸ αὐτὸ· λέγομεν δέ τι * καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον. τοῦτ μὲν οὖν παντὶ φοβερὸν τοιοῦτον ἔχοντι· τὰ δὲ κατ' ἄνθρωπον, διαφέρει μεγέθει, καὶ τῷ μᾶλλον καὶ τῷ ἧττον. ὁμοίως δὴ καὶ τὰ θαρραλέα· ὁ δὲ ἀνδρεῖος, ἀνέκπληκτος, ὡς ἄνθρωπος. φοβήσεται μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα· ὡς δεῖ δὲ, καὶ ὡς ὁ λόγος ὑπομενεῖ· τοῦ καλοῦ ἕνεκα· τοῦτο γὰρ τέλος τῆς ἀρετῆς. ἔστι δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον τοῦτα φοβεῖσθαι· καὶ ἔστι, τὰ μὴ φοβερὰ, ὡς τοιαῦτα φοβεῖσθαι. γίνεται δὲ τῶν ἁμαρτιῶν, ἡ μὲν, ὅτι δεῖ· ἡ δὲ, * ὅτι οὐκ ὡς δεῖ· ἡ δὲ, ὅτι οὐκ ὄντα, ἢ οὐ τοῦ ἕνεκα· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰ θαρραλέα· ὁ μὲν οὖν ἃ δεῖ, καὶ ὅ ἕνεκα, ὑπομενῶν καὶ φοβούμενος, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε· ὁμοίως δὲ καὶ θαρρῶν, ἀνδρεῖος. * κατ' ἀξίαν γὰρ, καὶ ὡς ἂν ὁ λόγος, πάσχει καὶ πράττει ὁ ἀνδρεῖος· τέλος

IAm id, quod horribile dicitur, non omnibus unum & idem est: vocaturque hoc nomine etiam aliquid, quod supra hominem est, quod omnibus, qui sanæ mentis sunt, terrorem iniicit. Quæ autem homini tolerabilia sunt, ea magnitudine differunt, eoque, quod alia iis terribiliora sunt aut leviora. Eodemque sese habent modo, ea quoque, in quibus confidentia versatur. Vir autem fortis imperterritus atque impavidus est: sed, ut homo. Proinde hæc talia quoque pertimesceat; sed ut oportet, & ut ratio postulat, subibit ac perferet, honesti causa. Hic enim virtutis finis est. Fieri autem potest, ut hæc quis & magis minus, quàm debet, extimescat: & præterea, ut quæ non sunt formidolosa, perinde ac si talia sint, metuat. Peccata autem committuntur, alia, quod id agitur, quod non oportet: alia quod non ut oportet: alia quod non, quo tempore oportet, aut aliquid hujusmodi. Idem & de iis, in quibus confidentia versatur, sentiendum. Qui igitur ea, quæ oportet, & cujus rei causa oportet, & ut oportet, perfert ac metuit, fortis est: itemque & qui confidit. Nam pro rei dignitate, & quo tempore par est, & ut ratio postulat, patitur & agit vir fortis.

1 M.M.c.5.

1

2

3

4

5

6

7

8 2 Rhet.5.

9

10

11 tis. Omnis autem actionis finis ac perfectio est secundum habitus rationem.
M.M.20.11 At hæc viro forti fortitudo honestum
13 quiddam est. Talis igitur est & finis. Suo enim quidque fine definitur ac termina-
14 tur. Honesti igitur causa fortis vir & suffert & agit omnia, quæ fortitudini
15 consentanea sunt. Ex iis autem, qui modum superant, is, qui metus vacuitate nimius est, caret nomine. esse autem multa, quibus nomina imposita non sint, supra diximus: Sed appellari poterit vel insanus quidam, vel doloris omnis expers, si nihil metuat neque terræmotum, neque procellas, quales ajunt
16 esse Gallos. Qui autem in eo modum superat, quod in rebus formidolosis
17 præfidat, audax est. Atque audax etiam arrogans esse, sibique fortitudinis laudem sumere videtur. Itaque quo ille animo est in rebus formidolosis, eodem vult hic esse videri. quibuscumque igitur rebus potest, illum imitatur. Ita fit etiam, ut plerique illorum timiditatem habeant cum audacia conjunctam. Nam cum in his se jactent, audaciamque ostentent, res formidolosas tamen non
18 perferunt. Atqui metuendo modum superat, is ignavus timidusque nominatur. Nam & quæ metuenda non sunt, & quemadmodum non sunt, metuit: omniaque ejusdem generis eum comi-
19 tantur. Confidentia quoque idem defi-
20 cit. Sed in doloribus ac molestiis, quia nimius est, magis sese indicat ac
21 prodit. Ab omni igitur ferè spe derelictus est ignavus. omnia enim pertime-
22 scit. contrà verò fortis. Confidere enim hominis est bona spe freti, beneque spe-

ὁμοίως ἢ κύλ' ἰδὼν ἢ εὑρὼν * ἔλαφον, ἢ ἄγριον αἶγα, ἀλλ' ὅτι βορὰν ἕξει· οὕτω ὡς διαφθορὰς δὴ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀκολασία ἐστίν. ὧν καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα κοινωνεῖ· ὅθεν ἀνδραποδώδεις καὶ θηριώδεις φαίνονται. αὗται δ' εἰσὶν ἁφὴ καὶ γεῦσις. φαίνονται δὲ καὶ τῇ γεύσει ὀλίγα μετέχειν, ἢ οὐδὲν χρῆσθαι. τῆς γὰρ γεύσεώς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν χυλῶν. οἷς πίνουσιν οἱ τοὺς οἴνους δοκιμάζοντες, καὶ τὰ ὄψα τρυφῶντες· ἢ πάνυ δὲ χαίρουσι τούτοις, ἢ οὐχ οἵγε ἀκόλαστοι, ἀλλὰ τῇ ἀπολαύσει, ἢ γίνεται πᾶσα δι' ἁφῆς καὶ ἐν ποτίοις, καὶ ἐν τροφαῖς, καὶ ἐν τοῖς ἀφροδισίοις λεγομένοις· διὸ καὶ * εὔξατό τις φιλόξενος ἐρίξενος ὀψοφάγος εἶναι, τὸν φάρυγγα αὑτῷ μακρότερον γερανικὸν εὐχόμενος, ὡς * ἡδόμενος τῇ ἁφῇ, κοινοτάτῃ δὲ τῶν αἰσθήσεων καθ' ὅλου ἡ ἀκολασία· καὶ δόξειεν ἂν δικαίως ἐπονείδιστος εἶναι, ὅτι οὐχ ᾗ ἄνθρωποί ἐσμεν, ὑπάρχει, ἀλλ' ᾗ ζῶα. τὸ δὴ τοιούτοις χαίρειν καὶ μάλιστα ἀγαπᾶν, θηριῶδες· καὶ γὰρ αἱ ἐλάττω θηριώδεις τῶν περὶ τὰς ἁφὰς ἡδονῶν, ἀφῄρηνται, οἷον αἱ ἐν τοῖς γυμνασίοις διὰ τρίψεως καὶ τῆς θερμασίας γινόμεναι· εὖ γὰρ ἅπτεται τοῦ σώματος ἡ ἀκόλαστος ἁφή, ἀλλὰ περί τινα μέρη.

CAPVT XI.

Diversas esse Cupiditatum species. Diversimode etiam Temperantiam ac Fortitudinem, harumq; Extrema circa dolores versari.

Τῶν δ' ἐπιθυμιῶν, αἱ μὲν, καναὶ δοκοῦσιν εἶναι· αἱ δ', ἴδιαι καὶ ἐπίκτητοι οἷον, ἡ μὲν τῆς τροφῆς, Φυσικὴ· πᾶς γὰρ ἐπιθυμεῖ, ὅταν ἐνδεὴς ᾖ, ξηροῦ ἢ ὑγροῦ τροφῆς· ὁπὲ δ' ἀμφοῖν, καὶ ἰωνᾶς, φησὶν Ὅμηρος, ὁ νέος καὶ ἀκμάζων· τὸ γὰρ τιᾶσθαι, ἢ τιᾶσθαι, οὐκ ἔτι πᾶς, οὐδὲ τῶν αὐτῶν. διὸ φαίνεται ἡμέτερον εἶναι τὸ μὴ ἀλλ' ἔχει γέ τι καὶ φυσικόν. ἕτερα γὰρ ἑτέροις ἥδεῖα· καὶ ἔνια τῶν ἡδέων τῶν τυχόντων· ἐν μὲν οὖν ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις, ὀλίγοι ἁμαρτάνουσι. καὶ ἐφ' ἑνὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον· τὸ γὰρ ἐσθίειν τὰ τυχόντα, ἢ πίνειν, ἕως ἂν ὑπερπλησθῇ, ὑπερβάλλει τὸ κατὰ Φύσιν τὸ πλῆθος· ἀναπλήρωσις γὰρ τῆς ἐνδείας, ἡ Φυσικὴ ἐπιθυμία· διὸ λέγονται γαστρίμαργοι, ὡς ὑπὸ τὸ δέον πληροῦντες αὐτήν· τοιοῦτοι γὰρ γίνονται οἱ λίαν ἀνδραποδώδεις. περὶ δὲ τὰς ἰδίας τῶν ἡδονῶν, πολλοὶ καὶ πολλαχῶς ἁμαρτάνουσι· τὰ γὰρ φιλοῦντων λεγόμενα, ἢ τῷ χαίρειν οἷς μὴ

CVpiditatem autem aliæ communes esse videntur: aliæ propriæ & ascitæ. ut, cibi cupiditas naturalis est: alimentum enim vel siccũ vel humidum, vel etiam utrumq; appetunt, cum eo indigent, omnes: lectum vero jugalem (ut ait Homerus) adolescens, & qui floret ætate. At vero ut talis aut talis fœminæ conjugiũ appetatur, id non jam est cujuslibet: ut neq; in alimentis eadẽ omnes desiderant. Itaq; hoc proprie nostrum videtur esse. Et habet tamen etiam istud quippiã à natura insitum. Alii enim aliis delectãtur: & sunt, quos certa quædã magis delectant, quam quævis alia. Naturalibus fane illis cupiditatibus offendũt & labũtur pauci: atque id in uno ferè: nempe in eo, quod nimium est. Nam comesse aut bibere quæ forte oblata sint, quoad plenior sis, quam naturæ necessitas postulat, nihil aliud est, quam modũ naturæ convenientem copia superare. Id enim quod deest, explere velle, ea est naturalis cupiditas. Itaque appellantur hi γαστρίμαργοι (id est ventri usque ad insaniam indulgentes) quippe ventrem præter modum implentes. Atque istud quidẽ eorum est, qui maxime servili ingenio præditi sunt. At vero in propriis voluptatibus complures, & multis modis peccãt. Nam cum hujus aut illius rei amantes ex eo dicantur, vel quod re delectentur ea, quæ non oportet, vel quod nimium delectentur, vel

1 1 Rhet. 11
2
3 Rhe. 7. pa.
3
4
5
6
7
8
9
10
11

vel quod ita, ut vulgus, vel quod non ita, ut oportet, vel quod non qua parte oportet; intemperantes his omnibus in
12 rebus modum superant. Nam & quibus rebus non oportet (quæ scilicet odio dignæ sunt) delectantur: & si maxime quibusdam talibus rebus delectari conveniat, magis tamen, quam oportet, aut etiam ita, ut solet multitudo, iis delectantur. De voluptate quidē igitur (specie videlicet altera materiæ, in qua temperantia, & ejus opposita vitia versantur) liquet, qualis res sit in ea id, quod
13 est, nimium: nempe intemperantia, res
14 vituperanda. In doloribus autem (parte scilicet ejus materiæ altera) non ut vir fortis, sic temperans ex eo, quod dolores perferat appellatur: sicuti nec intemperans ex eo, quod illos non perfe-
15 rat: Sed eo intemperans dicitur, quod ægrius, quam debet, ferat, nullam se corporis percipere voluptatem (& quidem hunc ei dolorem affert ipsa voluptas) temperans contra ex eo dicitur, quod non afficiatur molestia propter absentiam jucundi, nec propter ejusdem absti-
16 nentiam. Intemperans igitur omnia, quæ jucunda sunt, concupiscit: aut certe, quæ jucundissima: atque à cupiditate ita trahitur, ut illa cæteris habeat
17 potiora. Ideo dolore angitur, & cum voluptatibus potiri non potest, & cum
18 eas concupiscit. Semper enim cupiditas est cum dolore conjuncta quantumvis etiam absurdum hoc esse videatur di-
19 ctu, propter voluptatem dolore affici. Sed qui in voluptatibus expetendis modū deserant, minusque quam oportet, iis delectentur, raro
20 inveniuntur. Nam hujusmodi stupore præditum esse, id vero humanū non est, cum cætera quoq; animalia pabulum à pabulo discernāt & hoc dele-

δεῖ, ἢ τῷ μᾶλλον, ἢ ὡς οἱ πολλοὶ, ἢ μὴ ὡς δεῖ, * ἢ μὴ ᾧ δεῖ. καὶ πάντα δ' οἱ ἀκόλαστοι ὑπερβάλλουσι. καὶ γὰρ χαίρουσιν ἐπὶ οἷς, οἷς ἃ δεῖ, μισητὰ γάρ. καὶ εἴ ποτε δεῖ χαίρειν τοῖς τοιούτοις, μᾶλλον ἢ δεῖ, * καὶ ὡς οἱ πολλοὶ χαίρουσιν. ἡ μὲν οὖν περὶ τὰς ἡδονὰς ὑπερβολὴ, ὅπερ ἀκολασία, καὶ ψεκτέον, ἐπὶ λόγου. περὶ δὲ τὰς λύπας, οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀνδρίας, τῷ ὑπομένειν λέγεται σώφρων· ὁ δ' ἀκόλαστος, τῷ μὴ ἀλλ' ὁ μὲν ἀκόλαστος τῷ λυπεῖσθαι μᾶλλον ἢ δεῖ, ὅτι τ' ἡδέων οὐ τυγχάνει· καὶ τὴν λύπην δὲ ποιεῖ αὐτῷ ἡ ἡδονή· ὁ δὲ σώφρων, τῷ μὴ λυπεῖσθαι τῇ ἀπουσίᾳ, καὶ τῷ ἀπέχεσθαι ἐπιεικὴς. ὁ μὲν οὖν ἀκόλαστος, ἐπιθυμεῖ τῶν ἡδέων πάντων, ἢ τῶν μάλιστα, καὶ ἄγεται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας· ὥστε αἱρεῖσθαι δοκεῖ ταῦτ' αἱρεῖσθαι· διὸ καὶ λυπεῖται, καὶ ἀποτυγχάνων, καὶ ἐπιθυμῶν· μετὰ λύπης γὰρ ἡ ἐπιθυμία. ἀτόπῳ δὲ ἔοικε τὸ δι' ἡδονὴν λυπεῖσθαι. ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς, καὶ ἧττον ἢ δεῖ χαίροντες, ὀλίγοι γίνονται, οὐ γὰρ ἀνθρωπικὴ ἕξις ἡ τοιαύτη ἀναισθησία· καὶ γὰρ τὰ λοιπὰ ζῷα διακρίνει τὰ βρώματα, καὶ τοῖς μὲν χαίρει· τοῖς

δή, ὅ· εἰ δὲ τῷ μηδὲν ὅτῳ ἡδὺ, μηδὲ διαφέρει ἕτερον ἑτέρου, πόρρω ἂν εἴη τοῦ ἀνθρώπου εἶναι· ἀκόλαστον δὲ ὁ τοιοῦτος ὀνόμα]ος· διὰ τὸ μὴ πάνυ γίνεσθαι. ὁ δὲ σώφρων, μέσως πως τούτοις ἔχει· οὔτε γὰρ ἥδεται, οἷς μάλιστα ὁ ἀκόλαστος· ἀλλὰ μᾶλλον δυσχεραίνει· οὔτε ὅλως οἷς μὴ δεῖ, οὔτε σφόδρα τούτῳ ἡδέως, οὔτε ἀπόντων λυπεῖται. οὐδ' ἐπιθυμεῖ, ἢ μετρίως· οὐδὲ μᾶλλον ἢ δεῖ, οὐδ' ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ' ὅλως τῶν τοιούτων ἡδέος· ὅσα δ' ὑγιείας ἕνεκα, ἢ πρὸς εὐεξίαν, ἡδέα ὄντα, τούτων ὀρέγεται μετρίως καὶ ὡς δεῖ· καὶ τῶν ἄλλων ἡδέων, μὴ ἐμποδίων τούτοις ὄντων, ἢ παρὰ τὸ καλὸν, ἢ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν· ὁ γὰρ οὕτως ἔχων, μᾶλλον ἀγαπᾷ τὰς ἑαυτοῦ ἡδονὰς τῆς ἀξίας· ὁ δὲ σώφρων οὐ τοιοῦτος, ἀλλ' ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος.

delectentur, illo non item. Quod si cui nihil sit jucundum, nihilque differre alterum ab altero videatur, is profecto ab humanitate fuerit remotissimus. Quoniam igitur qui talis sit non admodum reperitur, nomen etiam non invenit. Temperans autem in his rebus mediocritatem servat: Nam neque iis delectatur, quibus maximopere intemperans, sed offenditur potius: neque omnino quibus ex rebus capienda voluptas non est, ex iis capit voluptatem: neque ulla re tali vehementer delectatur: neque si ea res absint, discruciatur, neque eas concupiscit, aut concupiscit certè moderatè: nec magis, quàm debet: nec quo tempore non debet: neque omnino quicquam tale. Quæ quidem ita jucunda sunt, ut eadem ad bonam valetudinem vel optimum corporis habitum pertineant, ea non nisi modicè, & ut debet, concupiscit: adeoque cætera etiam, quæ his non sunt impedimento, aut quæ ab honesto non abhorrent, aut quibus res familiaris non exhauritur. Nam qui ista non cavet, is vehementius, quàm par sit, tales voluptates amplectitur. At temperans talis non est, sed rectæ rationi paret atque obtemperat.

21 22 23 24 25 26

CAPVT XII.

Intemperantiam magis sponte esse quàm Timiditatem. Explicatur item ἀκολασίας etymon.

Ἐκχυσίῳ δὴ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας· ἡ μὲν γὰρ δι' ἡδονὴν, ἡ δὲ διὰ λύπην· ὧν, τὸ μὲν αἱρετὸν, τὸ δὲ φευκτόν. καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ

VIdetur autem intemperantia magis, quàm timiditas, sponte ac voluntate suscipi. Illa enim propter voluptatem, hæc propter dolorem: quorum alterum optabile est, alterum fugiendum. Ac dolor quidem naturam ejus, qui

1 2 3

qui angitur de statu suo deturbat & interimit: voluptas autem nihil tale facit: & proinde est aliquid magis voluntarium. Eamque ob rem probrosior ac flagitiosior est. Nam etiam facilius est, rerum jucundarum mediocritati servandæ adsuefieri. Multa enim hujusmodi in vita quotidiana occurrunt, & assuefaciendi exercitatio periculo vacat. id quod contra fit in rebus formidolosis. Porro longè aliter timiditas habitus voluntate habetur: aliter actiones timidæ singulares sponte nostra sunt. Habitus enim expers doloris est; actiones doloris magnitudine homines exterrent, & ne ipsi sint apud se efficiunt, adeo, ut etiam arma abjiciant, aliaque suæ personæ indecora faciant. Itaque videntur esse violentæ. Contra fit in intemperante. Actiones enim singulares sponte ab eo suscipiuntur, nempe concupiscente atque appetente: universale vero non item: intemperans enim esse cupit nemo. Cæterum ipsum nomen intemperantiæ etiam ad peccata puerorum accommodamus. est enim ipsis cum eo genere, de quo agimus, quædam similitudo. Vtrum autem ab utro mutuetur appellationem, ad institutum nostrum nihil facit. etsi perspicuum est illud quidem, à priore posterius esse nominatum. Nec male sanè translatio videtur esse facta. Id enim castigandum & coercendum est, quod turpia concupiscit; & quod magnopere potest amplificari: qualia sunt maxime cupiditas & puer. Nam & pueri ita vivunt, ut cupiditatem tanquam vitæ suæ ducem sequantur: maximeq; in his rerum jucundarum appetitio dominatur.

καὶ φθείρει τὸν ἔχοντα· φύσιν· ἡ δὲ ἡδονὴ, οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ· μᾶλλον δὲ, * ἑκούσιον· διὸ καὶ ἀνειδιστότερον· καὶ γὰρ εὐθιῶαι ῥᾴον πρὸς αὐτά· πολλὰ γὰρ ἐν τῷ βίῳ τὰ τοιαῦτα· καὶ οἱ ἐθισμοὶ, ἀκίνδυνοι· ἔνθα τῶν φοβερῶν· ὁ ἀνάπαλιν· δόξειε τ' ἂν οὐχ ὁμοίως ἑκούσιον ἡ δειλία εἶναι τοῖς καθ' ἕκαστον· αὐτὴ μὲν γὰρ ἄλυπος· τὰ δὲ διὰ λύπην ἐξίστησιν· ὥστε καὶ τὰ ὅπλα ῥίπτειν, καὶ τἄλλα ἀσχημονεῖν· διὸ καὶ δοκεῖ βίαια εἶναι· τῷ δ' ἀκολάστῳ ἀνάπαλιν, τὰ μὲν καθ' ἕκαστα, ἑκούσια· ἐπιθυμοῦντι γὰρ καὶ ὀρεγομένῳ· τὸ δ' ὅλον, ἧττον· οὐδεὶς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἀκόλαστος· εἶναι. τὸ δ' ὄνομα τῆς ἀκολασίας * ἐπὶ τοῖς παιδικοῖς ἁμαρτίαις φέρομεν· ἔχει γάρ τινα ὁμοιότητα· πότερον δὲ ἀπὸ ποτέρου καλεῖται, οὐδὲν πρὸς τὸ νῦν ἀφορᾷ· δῆλον δ', ὅτι τὸ ὕστερον ἀπὸ τοῦ πρώτου· κακῶς δ' ἔοικε μεταλαμβάνεσθαι· κακολάστου γὰρ δεῖ τὸν αἰσχρῶν ὀρεκτικὸν εἶναι καὶ πολλοῦ αὔξησιν ἔχοντ· ἔστιν δ' μάλιστα ἡ ἐπιθυμία, καὶ ὁ παῖς· κατ' ἐπιθυμίαν γὰρ ζῶσι καὶ τὰ παιδία· καὶ μάλιστα ἐν τούτοις ἡ τοῦ ἡδέος ἐ-

Sanè

φεξις, εἰ ἂν μὴ ἔσται εὐπιθὴς καὶ ὑπὸ τὸ ἄρχον, οἷόν πολὺ ἤξει. ἄπληστος γὰρ ἡ ἐξ ἡδονῆς ἔρεξις, καὶ παντοχόθεν τῷ ἀνοήτῳ καὶ ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἐνέργεια αὔξει τὸ συγγενὲς κἂν μεγάλαι καὶ σφοδραὶ ὦσι καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούσῃ. διὸ δεῖ μετρίας αὐτὰς εἶναι καὶ ὀλίγας, καὶ τῷ λόγῳ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι. τὸ δὲ τοιοῦτον, εὐπιθὲς λέγομεν καὶ κεχαλασμένον· ὥσπερ γὰρ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ σωφρονιστὸν παιδαγωγεῖν ζῆν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸν λόγον. διὸ δεῖ τὴν σωφροσύνην τὸ ἐπιθυμητικὸν συμφωνεῖν τῷ λόγῳ. σκοπὸς γὰρ ἀμφοῖν τὸ καλόν· καὶ ἐπιθυμεῖ ὁ σώφρων ὡς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε· ὅτω δὲ πάντες καὶ ὁ λόγος. ἕξις ἄρ' ἡμῖν εἰρήσθω περὶ σωφροσύνης.

Sanè quidē si non parebit rationi, neq; 14
sub ejus erit imperio ista affectio, serpet
atque augescet admodum. Est enim in- 15
explebilis rerum jucundarum appeti-
tio, & undequaque excitatur in stulto
& amente. Tum cupiditatis usus vires 16
ejus ipsius stultæ affectionis, quæ cogna-
tum aliquid est ipsi, amplificat: adeo-
que si magnæ sint & vehementes cupidi-
tates, mentem ipsam ac rationem de
sua sede detrudere ac deturbare solent.
Danda igitur opera est, ut mediocres 17
sint ac modicæ, neque quicquam ratio-
ni adversentur. Atque hoc ipsum sanè 18
obediens & castigatum dicimus. Vt 19
enim puer è custodis & magistri præscri-
ptione vivere: ita & vis hæc concupi-
scendi obtemperare rationi debet. Quo- 20
circa debet jam etiam in viro temperan-
te cum ratione consentire ea pars ani-
mi, quæ ad concupiscendum valet. Vtri- 21
que enim proposita meta honestum est,
appetitque temperans, quæ oportet,
& quemadmodum, & quo tempore o-
portet: quæ quidem est etiam rationis
lex atque institutio. Ac de temperantia quidem hactenus. 22

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ Νικομαχείων τὸ Δ.

ARISTOTELIS ETHICORUM Nicomachiorum Lib. IV.

CAPVT I.

De Liberalitate, ejusq; Extremis.

Ἐχομεν δὴ ἐξῆς περὶ ἐλευθεριότητος· δοκεῖ δὲ εἶναι περὶ χρήματα μεσότης. ἐπαινεῖται γὰρ ὁ ἐλευ-

DEINCEPS de liberalitate dica- 1 1 M.M.14
mus. Ea videtur esse medietas 2 & 15.
in pecunia tractanda. Nam 3 3 Eu. c. 4.
laus hominis liberalis non ver- 3 Rhet. 9.

 satur

satur in rebus bellicis, neque in iis, quibus commendatur temperans, neque rursus in judiciis: sed in dandis accipiendisque pecuniis: ac magis sanè in
a Pol. 6. a Rhet. 5. 4 dandis. Pecunias autem appellamus omnia, quorum æstimationem metitur 5 numus. Porro etiam asotia (hoc est, profusio ac luxuria) & illiberalitas sive avaritia sunt in pecunia Nimium & Parum. Atque illiberalitatem quidem
b Pol. 6. sub f. semper iis adscribimus, qui nimium 7 sunt pecuniæ studiosi. Asotiam autem usurpamus interdum plura vitia complectendo (profusionem scilicet cum libidine & petulantia) incontinentes enim, inque luxuria sumtuosos, asotos, hoc est, prodigos & profusos appella- 8 mus. Quare & improbissimi videntur isti esse. nam multa simul vitia in eis cumulantur. Sane isti tum proprio nomi- 9 ne minimè appellantur. Asotus enim propriè is videtur esse, qui uno vitio affectus est, nimirum eo, quod est, rem fa- 10 miliarem perdere ac dilapidare. Nam 11 qui ipse sese perdit, is est ἄσωτος. Unicuique porrò pernicies ac perditio quædam sui ipsius esse videtur etiam facultatum interitus: Quippe cum his vitam tueamur. atque ita profusionis vocabu- 12 lum ferè accipimus. Quarum autem rerum usus aliquis est (quemadmodum est pecuniæ, ipsa appellatione Græca id arguente) iis & recte & perperam uti 13 licet. Optimè porrò unaquaque re utitur is, qui propria ejus rei virtute præ- 14 ditus est. Ex quo intelligitur, optimè & divitiis usurum esse eum, qui virtutem eam, quæ ad pecuniarum usum per-

θέρμον, οὐκ ἐν τῇς πολεμικοῖς, οὐδ' ἐν οἷς ὁ σώφρων, οὐδ' αὖ ἐν ταῖς κρίσεσιν, ἀλλὰ περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν· μᾶλλον δ' ἐν τῇ δόσει. χρήματα δὲ λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. ἔτι δὲ ἡ ἀσωτία, καὶ ἡ ἀνελευθερία περὶ χρήματα ἐστὶ δοκοῦσαι εἶναι· καὶ τὴν μὲν ἀνελευθερίαν ἀεὶ προσάπτομεν τοῖς μᾶλλον ἢ δεῖ περὶ χρήματα ἀποδέχεσθαι· τὴν δ' ἀσωτίαν ὀνομάζομεν ἐνίοτε συμπλέκοντες * τὰς ἀκολασίας. τοὺς γὰρ ἀχρήστους καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροὺς ἀσώτους καλοῦμεν. διὸ καὶ φαυλότατοι δοκοῦσιν εἶναι· πολλὰς γὰρ ἅμα κακίας ἔχουσιν. ὁ δὲ ἁπλοῦς προσαγορεύοιτ'. βάλεται γὰρ ἄσωτος εἶναι, ὁ ἓν κακὸν ἔχων, * τὸ φθείρειν τὴν οὐσίαν. ἄσωτος γὰρ ὁ δι' αὑτὸν ἀπολλύμενος· δοκεῖ δὲ ἀπώλεια τις αὐτοῦ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορά, ὡς ἓξ ζῆν διὰ ταύτων ὄντος· ὅτου δὲ τὴν ἀσωτίαν ἐνδεχόμεθα· ὧν δέ ἐστι χρεία τις, ἔστι τούτοις χρῆσθαι καὶ εὖ, καὶ κακῶς· ἄριστος δὲ ὁστισοῦν τῶν χρησίμων· ἑκάστῳ δ' ἄριστα χρῆται, ὁ ἔχων τὴν περὶ ἕκαστον ἀρετήν· καὶ πλούτῳ δὴ χρήσεται ἄριστα, ὁ ἔχων τὴν περὶ τὰ χρήματα ἀρε-

χρεστὴν. ὅτῳ δὲ δεῖν ὁ ἐλευθέριος. χρήσεις δ' εἶναι δοκεῖ χρημάτων δαπάνη καὶ δόσις· ἡ δὲ λῆψις, καὶ ἡ φυλακὴ, κτήσεις μᾶλλον. διὸ μᾶλλόν ἐστι τοῦ ἐλευθερίου τὸ διδόναι οἷς δεῖ, ἢ λαμβάνειν ὅθεν δεῖ, καὶ μὴ λαμβάνειν ὅθεν οὐ δεῖ· τῆς δ' ἀρετῆς γὰρ μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν, ἢ τὸ εὖ πάσχειν, καὶ τὰ καλὰ πράττειν μᾶλλον, ἢ τὰ αἰσχρὰ μὴ πράττειν. οὐκ ἄδηλον δ', ὅτι τῇ μὲν δόσει ἕπεται τὸ εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ καλὰ πράττειν· τῇ δὲ λήψει, τὸ εὖ πάσχειν, ἢ μὴ αἰσχρουργεῖν· καὶ ἡ χάρις τῷ διδόντι, ἢ τῷ μὴ λαμβάνοντι. καὶ ὁ ἔπαινος δὲ μᾶλλον. καὶ ῥᾴων τὸ μὴ λαμβάνειν τοῦ * δοῦναι· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἧττον ἀγαπῶσι μᾶλλον, * ἢ τὸ λαμβάνειν τὸ ἀλλότριον. καὶ ἐλευθέριοι λέγονται οἱ διδόντες· οἱ δὲ μὴ λαμβάνοντες, οὐκ εἰς ἐλευθεριότητα ἐπαινοῦνται. ἀλλ' οὐχ ἧττον εἰς δικαιοσύνην· οἱ δὲ λαμβάνοντες οὐδὲ ἐπαινοῦνται πάντῃ. φιλῶνται δὲ μᾶλλον οἱ ἐλευθέριοι τῶν ἀπ' ἀρετῆς ὠφέλιμοι γάρ. τοῦτο δὲ ἐν τῇ δόσει, αἱ δὲ κατ' ἀρετὴν πράξεις καλαί, καὶ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, καὶ ὀ ἐλευθέριος· οὐδὲ δόσει δὲ καλῇ ἕνεκα καὶ ὀρθῶς. οἷς γὰρ δεῖ, καὶ

tinet, consecutus erit. Atque hic est li- 15
beralis. Vsum porrò pecuniarum sta- 16
tuimus esse sumtum & dationem. Ac- 17 1 Rhe. 5 & 11.
ceptio namque & custodia quærentis est
potius, quàm utentis. Itaque hominis 18 2 Rhe. 5.
liberalis est magis, quibus largiendum
est, largiri, quàm & à quibus accipien-
dum est, accipere, & à quibus accipien-
dum non est, non accipere. Virtutis 19
enim proprium magis est bene facere,
quàm aliorum beneficia recipere. Item- 20
que res honestas ac præclaras gerere ma-
gis ei convenit, quam turpitudinem
non admittere. Obscurum porrò aut 21
dubium non est, quin dationi quidem
consequens sit illud, quod vocamus be-
nefacere aliis, & honestè se gerere: ac-
ceptioni verò id modo consequens est,
quod vocamus beneficio affici: item, se
à turpibus actionibus abstinere. Præter- 22
ea ei qui donat, habetur gratia: non
illi, qui accepit. Similiterque laus illi 23
potius, quàm huic tribuitur. Tum fa- 24
cilius est non accipere, quàm dare. Suum
enim quisque minus libenter profun-
dere solet, quàm non accipere alienum.
Præterea liberales dicuntur ij, qui lar- 25
giuntur. qui non accipiunt autem, non
liberalitatis, sed justitiæ potius nomi-
ne laudantur: At qui accipiunt, iis ne
partem quidem laudis ullam concedi-
mus. Etsi verò omnium hominum, qui 26
virtutis nomine cari sunt, maximè dili-
guntur liberales (prosunt enim aliis,
dando nimirum ipsis, & donando) a-
ctiones tamen, quæ sunt ex virtute, &
honestæ sunt, & honesti gratia suscipi-
untur. Itaque etiam liberalis & honesti 27
causa, & rectè dabit: (nam & quibus

dandum est, dabit, & quo tempore: & cætera omnia adhibebit, quæ rectam dandi rationem consequuntur) & verò libenter quoque ac jucundè dabit, aut
28 certè non gravatè. Nam quod virtuti convenienter geritur, jucundum est, aut à molestia planè vacuum; aut tale certè, quod molestiam afferat ipsum
29 minimè. At qui dat vel quibus dandum non est, vel non honesti gratia, sed alia aliqua causa impulsus, hic non est liberalis: sed aliquo alio nomine appel-
30 labitur. Similiter & qui molestia afficitur ex dando. Hic enim pecuniam honestis actionibus anteponet: quod
31 minimè convenit liberali. Non etiam, unde non oporteat, accipiet liberalis. Nam hoc accipiendi genus non est ejus,
32 qui pecuniam contemnit. Non erit etiam in poscendo procax: non enim hominis est benefici, facilem ac promtum
33 esse ad beneficium accipiendum. Accipiet tamen unde debebit: verbi gratia, de suis bonis & fructibus: non quòd honestum sit, sed quòd necessarium, ut
34 habeat dandi facultatem. Neque erit suarum rerum negligens. quippe qui ex his velit aliquibus commodare & suc-
35 currere. Neque quibuslibet largietur: ut suppetat videlicet ei quod largiri possit, quibus oportet, & quo tempore, &
36 ubi honestum est. Magnoperè autem proprium est hominis liberalis, in dando adeò non esse restrictum, ut sibi pauciora relinquat. Nam sui rationem
37 non habere liberalis est. Cæterum ex facultatibus censetur atque appellatur liberalitas. Non enim in multitudine eorum, quæ dantur, sed in habitu ejus, qui dat, sita est vis hujus virtutis. hic au-

ὅσα, καὶ ὅτε, καὶ * τἆλλα ὅσα ἔπεται τῇ ὀρθῇ δόσει· καὶ ἡδέως ἢ ἀλύπως. τὸ γὰρ κατὰ φύσιν ἡδὺ ἢ ἄλυπον, * ἥκιστα δὲ λυπηρόν. ὁ δὲ διδοὺς οἷς μὴ δεῖ ἢ μὴ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ διά τινα ἄλλην αἰτίαν, οὐκ ἐλευθέριος, ἀλλά τις ἄλλος τῆς ῥηθείσης· οὐδ' ὁ λυπηρῶς. μᾶλλον γὰρ ἕλοιτ' ἂν τὰ χρήματα τῆς καλῆς πράξεως. τοῦτο δὴ οὐκ ἐλευθερίου· οὐδὲ λήψεται δὲ, ὅθεν μὴ δεῖ. οὐδὲ γὰρ ὄντος τοῦ μὴ ἀμῶντος τὰ χρήματα ἡ τοιαύτη λῆψις· οὐκ ἂν εἴη δὲ, ὅτ' αἰτήσεως. οὐ γὰρ ὄντος τοῦ εὖ ποιοῦντος εὐχερῶς εὐεργετητέος· οὐδὲ δὲ δεῖ, λήψεται· οἷον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον, ὅπως ἔχῃ διδόναι. οὐδὲ ἀμελήσει τῶν ἰδίων βουλόμενός γε διὰ τούτων ἔσεσθαι ἐπαρκεῖν. οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δώσει, ἵνα ἔχῃ διδόναι οἷς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅ καλόν. ἐλευθέριον δὲ δεῖ σφόδρα καὶ τὸ ὑπερβάλλειν ἐν τῇ δόσει, ὥστε καταλείπειν ἑαυτῷ ἐλάττω. τὸ γὰρ μὴ ὁρᾶν ἑαυτοῦ, ἐλευθερίου. καὶ τοῦ ὑπάρχειν δὴ ἡ ἐλευθεριότης λέγεται. οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει· αὕτη δὲ

κῦ

κ) τὰ ὑπάρχοντα δίδωσιν. ὥστε δὲ κωλύει ἐλευθεριώτερον εἶναι τὸν τὰ ἐλάττω διδόντα, ἐὰν ἀπὸ ἐλαττόνων διδῷ. ἐλευθεριώτεροι δὲ φαίνται δοκοῦσιν οἱ μὴ κτησάμενοι, ἀλλὰ παραλαβόντες τὰ ὑπάρχοντα. ἅπτεσθαί τε γὰρ τῆς εὐεργεσίας· καὶ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὑτῶν ἔργα, ὥσπερ οἱ γονεῖς καὶ οἱ ποιηταί. πλουτεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον, μήτε λαμβάνειν ὅτι, μήτε φυλακτικὸν εἶναι, καὶ μᾶλλον χρηστικὸν διὰ τὰ χρήματα, ἕνεκα τῆς δόσεως· διὸ καὶ ἐγκαλεῖται τῇ τύχῃ, ὅτι οἱ μάλιστα ἄξιοι ὄντες, ἥκιστα πλουτοῦσι. συμβαίνει δὲ οὐκ ἀλόγως τοῦτο. οὐ γὰρ οἷόν τε χρήματ' ἔχειν, μὴ ἐπιμελούμενον, ὅπως ἕξει. ὥσπερ οὐδὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων· οὐ μὴν δώσει γε οἷς οὐ δεῖ, οὐδ' ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ' ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. οὐ γὰρ ἂν ἔτι πράττοι κατὰ τὴν ἐλευθεριότητα· καὶ εἰς ταῦτα ἀναλώσας, οὐκ ἂν ἔχοι εἰς ἃ δεῖ ἀναλίσκειν. ὥσπερ γὰρ εἴρηται, ἐλευθέριός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν οὐσίαν δαπανῶν, καὶ εἰς ἃ δεῖ· ὁ δὲ ὑπερβάλλων, ἀσώτος· διὸ τοὺς τυράννους οὐ λέγομεν ἀσώτους. τὸ γὰρ πλῆθος τῆς κτήσεως οὐ δοκεῖ ῥᾴδιον εἶναι ταῖς δόσεσι καὶ ταῖς δαπάναις ὑπερβάλλειν. τῆς ἐλευθεριότητος

tem habitus dat pro facultatibus. Itaque nihil prohibet, quo minus liberalis sit, qui pauciora donat, si modo ex paucioribus donet. Videntur portò liberaliores esse, qui suas facultates non quæsiverunt ipsi, sed aliis partas acceperunt. Egestatis enim incommodum non sunt experti. Præterea sua cuique opera sunt cariora. ut parentibus & poëtis. Difficile est autem, qui liberalis sit, eundem divitem esse. quippe qui nec ad accipiendum sit attentus, nec ad custodiendum: sed ad profundendum facilis & paratus, & pecuniam non propter ipsam, sed beneficij conferendi causa alicujus æstimans. Atque ex illo est, quòd vulgus criminari fortunam solet, cum minimè omnium divites esse videt eos, qui maximè esse merebantur. Sed in eo nihil ineſt rationi dissentaneum. Neque enim fieri potest, ut pecuniis abundet is, cui quo pacto abundare possit, non est curæ: quemadmodum neque quicquam aliud sine studio ac diligentia comparatur. Non tamen aut quibus non debet, aut quo tempore non debet, aut cæteris id genus honesti formulis neglectis dabit. Non enim jam liberalitatis esset actio illa: & si sumtum in hæc faceret, unde in illa impenderet, quæ sumtum desiderant, non haberet. Est enim is liberalis (ut diximus) qui & pro facultatibus, & quas in res oportet, sumtum facit. Qui autem modum transit, asotus est. Atque ideo reges asotos dicere non solemus. Non enim videtur esse facile, ut donationibus & sumtibus superare possint facultates suas. Quoniam igitur liber-

38 39 40 41 1 Rhe. 12 42 43 44 45 46 47 48 49

liberalitas medietas est, quæ in dandis & accipiendis pecuniis vertitur, largietur & impendet liberalis in eas res, in quas debet, & quantum debet, cum in parvis, tum in magnis: atque hæc faciet libenter ac jucundè. præterea unde & quantum accipere debet, accipiet.
50 Nam cum ipsa hæc virtus medietas sit, ad utrumque istud pertinens: utrumque etiam, quemadmodum debet, libe-
51 ralis administrabit. Bonam enim donationem similis sequitur acceptio: quæ autem similis illi non est, contraria est.
52 Tam datio igitur, quàm acceptio, cum se mutuo consequuntur, simul in eodem
53 homine inesse possunt. At contrarias easdem ac repugnantes in eodem inesse
54 non posse perspicuum est. Iam si liberali evenerit, ut contrà, atque oporteat, atque præter honestum, sumtum faciat: ægrè fert ille quidem, sed modicè &
55 quemadmodum debet. Virtutis est enim & quibus rebus & quomodo lætandum & dolendum est, lætari ac do-
56 lere. Præterea benignum ac facilem se præbet liberalis in pecunia communi-
57 canda. Perpeti enim injuriam potest, quippe qui non magni faciat pecuniam & molestius ferat, se, cum res postularet, sumtum non fecisse: quam cum fa-
58 cere non oportet, fecisse. neque illi pro-
59 batur Simonidis ratio. Prodigus autem etiam in his semper peccat. Nam neque gaudet, neque dolet quibus aut quomodo debet quod ex iis, quæ posterius
60 dicentur à nobis, planum fiet. Atque hoc jam ante diximus, profusionem & illiberalitatem nimium esse, & parum: & horum utrumque in duobus consiste-

δὴ μεσότης· ὅσης περὶ χρημάτων δόσιν καὶ λῆψιν, ὁ ἐλευθέριος· καὶ δώσει καὶ δαπανήσει εἰς ἃ δεῖ, καὶ ὅσα δεῖ, ὁμοίως ἐν μικροῖς καὶ μεγάλοις. καὶ ἡδέως· καὶ λήψεται ὅθεν δεῖ, καὶ ὅσα δεῖ. τῆς γὰρ ἀρετῆς ἀμφοῖν οὔσης μεσότητος, ποιήσει ἀμφότερα, ὡς δεῖ. ἔπεται γὰρ τῇ τοιαύτῃ δόσει ἡ τοιαύτη λῆψις· ἡ δὲ μὴ τοιαύτη, ἐναντία ἐστίν. αἱ μὲν οὖν ἐπόμεναι, γίγνονται ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ· αἱ δὲ ἐναντίαι, δῆλον ὡς οὔ. ἐὰν δὲ παρὰ τὸν δέον, καὶ τὸ καλῶς ἔχον συμβαίνῃ αὐτῷ ἀναλίσκειν, λυπηθήσεται· μετρίως δὲ, καὶ ὡς δεῖ. τῆς γὰρ ἀρετῆς καὶ ἡδεσθήσεται καὶ λυπηθήσεται ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ. καὶ εὐκοινώνητος δ' ἔσται ὁ ἐλευθέριος εἰς χρήματα. δώσεται γὰρ ἀδικεῖσθαι, μὴ τιμῶν γε τὰ χρήματα· καὶ μᾶλλον ἀχθεσθήσεται, εἴ τι δέον μὴ ἀναλώσει, ἢ λυπηθήσεται, εἰ μὴ δέον τι ἀνάλωσει, καὶ τῷ Σιμωνίδῃ οὐκ ἀρεσκόμενος. ὁ δ' ἄσωτος καὶ ἐν τούτοις ἁμαρτάνει· οὔτε γὰρ ἥδεται ἐφ' οἷς δεῖ, οὔτε ὡς δεῖ· οὔτε λυπεῖται. * ἔσται δὴ φανερώτερον. εἴρηται δ' ἡμῖν ὅτι ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις εἰσὶν, ἡ ἀσωτία καὶ ἡ ἀνελευθερία· καὶ ἐν δυσὶν, ἐν δόσει καὶ λήψει

λήψεσ καὶ τλὺ δαπάλω γὰρ εἰς τὼν δόσιν τίθεμθ. ἡ μὲν οὖν ἀσωτία, τῷ διδόναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, τῷ δ' λαμβάνειν ἐλλείπει· ἡ δ' ἀνελθθηρία, τῷ διδόναι μὲν ἐλλείπει, τῷ λαμβάνειν δ' ὑπερβάλλει, πλὴν ὀλίγοις. τὰ μὲν οὖν ὡς ἀσωτίας ἐ πάνυ* συμβαίζεται· ἐ γὰρ ῥᾴδιον μηδαμόθεν λαμβάνοντα, πᾶσι διδόναι. ταχέως γὰρ ὀπιλείπει ἡ ὐσία τὲς διδόντας ἰδιώτας· οἷσπερ καὶ δοκῶσιν ἄσωτοι εἶναι ἐπεὶ ὄγε τοιοῦτος δόξειεν ἂν ἐ μικρῷ βελτίων εἶναι ἢ ἀνελθθέρε· ἰνιατές τε γὰρ ὀπὸ τῆς ἡλικίας, καὶ ὑπὸ τῆς δαπερίας, καὶ ὅτι τ' μέσον δύναται ἐλθεῖν. ἔχει γὰρ τὰ τῷ ἐλθθερίε καὶ γὰρ δίδωσι, καὶ ἐ λαμβάνει. ἐδέπερον δ' ὡς δεῖ, ἐδ' εὖ. εἰ δὲ τοῦτ' ἐθισθείη, ἢ πως ἄλλως μεταβάλοι, εἴη ἂν ἐλθθέριος. ἐσόμεθα γὰρ οἷς δεῖ, καὶ ἐ λήψεται ὅθεν ἐ δεῖ· διὸ καὶ δοκεῖ οὐκ εἶναι φαῦλον τ' ἦθος· ἐ γὰρ μοχθηρῷ, ἐδὲ ἀγεννεῖ, τ' ὑπερβάλλειν διδόντα καὶ μὴ λαμβάνοντα· ἠλιθίε δέ ἐ δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἄσωτον, πολὺ δοκεῖ βελτίων ἐ ἀνελθθέρε εἶναι. Διά τε τὰ εἰρημένα, καὶ ὅτι ὠφελεῖ πολλές, ὁ τοιοῦτος· ἀλλ' ἐδὲ αὑτὸν ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῷ αὑτῶν, καθάπερ εἴρηται,

re, in dando ſcilicet, & accipiendo. Nam & ſumtum in genere donationis locamus illumque hujus nomine volumus contineri. Ac profuſio quidem dando & non accipiendo modum ſuperat: accipiendo autem eundem deſerit. Illiberalitas verò quando modum deſerit, accipiendo ſuperat. Quæ tamen omnia intelligi debent de parvis. Ea porrò quæ profuſionis eſſe modo diximus, minimè una habent incrementum. Non enim facile eſt, cum, qui à nemine accipiat, omnibus donare. Nam celeritet deficiunt eorum facultates, qui, cum ſint privati, plus æquo largiuntur: qui quidem & ſoli aſoti videntur eſſe poſſe. Alioqui aliquis talis videretur non paulo melior eſſe avaro. facile enim poteſt ad ſanitatem converti, & ætatis maturitate correctus, & inopia coactus, atque etiam ad medium pervenire poteſt. Quippe cum in eo inſint omnia, quæ conveniunt liberali. Nam & donat, & non accipit: etſi neutrum facit decenter & rectè. Quod ſi ad rectè & decenter illa agendum adſuefcat, aut aliqua alia ratione immutetur; jam liberalis fit. Nam & quibus dandum erit, dabit: neque unde accipere nefas erit, accipiet. Itaque non malè moratus eſſe videtur. Non enim improbi neque humilis ac degeneris hominis eſt, ſed ſtulti potius, largiendo & non accipiendo modum ſuperare. Hoc porro modo prodigus quiſquis eſt, avaro multo melior eſſe videtur, cum propter eas cauſas, quas diximus: tum quod hic juvat multos, ille neminem, atque adeo ne ſeipſum quidem. Verum plerique ex prodigis, quem-

admodum à nobis dictum est, & unde
non debent, rapiunt & capiunt, &
74 ea de causa sunt illiberales. Efficiuntur
autem ad rapiendum propensi eo, quod
impensas facere velint, neque facere ta-
men has in promtu ipsis sit. Nam cito
deficiunt eos rei familiaris copiæ. Ali-
unde igitur, quam de suo, largiri aliis &
75 suppeditare coguntur. Simul & ob id
rapaces evadunt, quia nullam honesti
rationem habent. Largiendi enim cu
piditate flagrantes, quomodo aut un-
de largiantur, susque deque habent.
76 Quare ne liberales quidem sunt eorum
largitiones. Nam nec honestæ sunt, nec
honesti causa fiunt. nec ut par est, sed
interdum, quos homines oportet in
paupertate ætatem agere, eos collocu-
pletant: & cum iis, qui temperatis pro-
batisque sunt moribus, nihil donent,
in assentatores, aliarumve voluptatum
administros multa prolixè effundunt.
77 Itaque & plerique eorum sunt intempe-
rantes & luxuriosi. Nam cum facile im-
pendant etiam in res obscœnas & ab in-
temperantia natas, sumtuosi sunt: &
quia vitam suam honesti regula non di-
78 rigunt, ad voluptates declinant. Atque
prodigus quidem si custode ac magistro
destituatur, in hæc delabitur. Verum si
cura & diligentia disciplinæ ipsi contin-
gat, ad mediocritatem, & ad id, quod o-
79 portet, perveniat. At vero illiberalitas
80 & avaritia insanabilis est. Primum enim
senectus, sicut & omnis alia imbecilli-
81 tas, illiberales efficere videtur: deinde
magis quoque hominibus cognita est e-

καὶ λαμβάνουσιν ὅθεν μὴ δεῖ, καὶ ὅσα τοιοῦτον ἀνελευθέρους. λη-πτικοὶ δὲ γίνονται, διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν ἀναλίσκειν, ἐυχερῶς δ' οὐ τοῦτο ποιεῖν μὴ δυνάσθαι. ταχὺ γὰρ ἐπιλείπει αὐτοὺς τὰ ὑπάρχοντα. ἀναγκάζονται οὖν ἐτέρωθεν πορίζειν· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μηθὲν ἐν καλῷ φροντίζειν, ὀλιγώρως καὶ παντάπασι λαμβάνουσι διδόναι γὰρ οὐκ ἐπιθυμοῦσι. τὸ δ' πῶς, ἢ πόθεν, οὐδὲν αὐτοῖς διαφέρει. διόπερ εὐεπιλήπτοι αἱ δόσεις αὐτῶν εἰσιν. οὐ γὰρ καλαὶ οὐδὲ τούτου αὐτοῦ ἕνεκα, οὐδὲ ὡς δεῖ. ἀλλ' ἐνίοτε οὓς δεῖ πένεσθαι, τούτοις πλουσίοις ποιοῦσι, καὶ τοῖς μὲν μετρίοις τὰ ἤθη, οὐδὲν ἂν δοῖεν· τοῖς δὲ κόλαξιν, ἢ τισὶν ἄλλων ἡδονῶν παρίζουσι, πολλά· διὸ καὶ ἀκόλαστοι αὐτῶν εἰσὶν οἱ πολλοί. εὐχερῶς γὰρ ἀναλίσκοντες, καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροί εἰσι, καὶ διὰ τὸ μὴ ζῆν τὸν καλὸν ζῆν, πρὸς ἡδονὰς ἀποκλίνουσιν. ὁ μὲν οὖν ἄνευ ἀπαιδαγώγητος ἡμῶν, εἰς ταῦτα μεταβαίνει· τυχὼν δὲ ἐπιμελείας, εἰς τὸ μέσον καὶ τὸ δέον ἀφίκοιτ' ἄν. ἡ δὲ ἀνελευθερία, ἀνίατος δοκεῖ. ἔχει γὰρ τὸ γῆρας καὶ πᾶ-σα ἀδυναμία ἀνελευθέρους ποιῶν, καὶ συμφυέστερον τοῖς ἀνθρώποις τῆς

εἶναι·

δοσπίας. οἱ γὰρ πολλοὶ φιλοχρήματοι μᾶλλον, ἢ δοτικοί. καὶ ἀφαιρετικοί * ἢ ἀπορρητικοὶ, καὶ πολυμερὲς ἔχει. πολλοὶ γὰρ τρόποι δοκοῦσι τῆς ἀνελευθερίας εἶναι. ἐν δυσὶ γὰρ ὄντι τῇ τε ἐλλείψει τῆς δόσεως, καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς λήψεως, ἐπὶ πᾶσιν ὁλόκληρος παρέχεται, ἀλλ' ἐνίοτε χωρίζεται. καὶ οἱ μὲν τῇ λήψει ὑπερβάλλουσι, οἱ δὲ τῇ δόσει ἐλλείπουσιν· οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις, οἷον φειδωλοὶ, γλίσχροι, κίμβικες, πάντες τῇ δόσει ἐλλείπουσι. τῶν δ' ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίενται, οὐδὲ βούλονται λαμβάνειν οἱ μὲν ἀφ' τινα σπουδαίαν καὶ εὐλάβειαν τῶν αἰσχρῶν· δόξειεν γὰρ ἔνιοι, ἢ φασί γε δεῖν φυλάττειν, ἵνα μὴ ποτὲ ἀναγκασθῶσιν αἰσχρόν τι πρᾶξαι· τούτων δὲ καὶ ὁ κυμινοπρίστης, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ μηθενὶ ἂν δοῦναι· οἱ δ' αὖ, ἀφ' ἑαυτῶν ἀπέχονται τῶν ἀλλοτρίων, ὡς οὐ ῥᾴδιον τὸ αὐτὸν μὲν ἑαυτοῦ ἐπέρων λαμβάνειν, ἑαυτὸν δ' ἑτέρων μή. ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς, τὸ μήτε λαμβάνειν, μήτε διδόναι· οἱ δ' αὖ τῷ λῆψιν ὑπερβάλλουσι τῷ πάντοθεν λαμβάνειν καὶ πᾶν· οἷον οἱ τὰς ἀνελευθέρους ἐργασίας ἐργαζόμενοι, καὶ πορνοβοσκοὶ, καὶ πάντες

adem, quàm profusio. Nam plerique omnes pecuniæ studio ducuntur potius, quàm ad largiendum promti sunt. Pertendit etiam hoc vitium fortiter, & est multiplex. Multa enim genera, multique modi avaritiæ videntur esse. Cum enim in duabus rebus versetur, & in dando infra modum, & in supra modum accipiendo, haudquaquam tota, & quasi integra est in omnibus: sed interdum divellitur ac sejungitur: aliique reperiuntur, qui accipiendo modum superant, alii qui dando deserunt. Nam illi quidem, in quos quadrant tales appellationes (verbi gratia parci, tenaces, sordidi) omnes in largiendo modum deserunt. sed aliena nec appetunt, nec accipere volunt, alii quidem æquitate ac probitate quadam, rerumque turpium cavendarum studio adducti. (videntur enim nonnulli, aut certe dicunt, se iccirco sua conservare ac retinere, ut ne quid aliquando turpe admittere cogantur: eorumque in numero est & ille, qui Cuminisector vocatur; & quisquis talis est, qui ex illo nomen traxit, quod supra modum à dando abhorreat) Alii vero metu deterriti accipere nolunt ab aliis; quod fieri vix possit ut ab aliis accipias, & non ipse quoque des aliis. Placet igitur eis, neque ab aliis accipere, neque aliis dare. Alii vero, qui non dationis defectu peccant, sed in accipiendi excessu, ii sunt, qui sunt in accipiendo nimii: quia scilicet undequaque & quidlibet accipiunt: quales sunt ii, qui illiberales operas præstant. sordidasque artes exercent, & lenones, & omnes hujus notæ homines: fœneratores item

1 Pol. 7

82

1 Pol. 7

83

84

85

86

87

88

89

90

91

1 Pol. 7

item & ii, quibus vili impensa magna
92 emolumenta comparantur. Hi enim omnes à quibus non debent, & quantum
93 non debent, accipiunt. Communis autem appellatio eorum videtur esse, quod lucri turpis amatores sunt. Omnes enim propter quæstum, eumque exiguum, turpitudinem ac dedecus sub-
94 eunt. Nam qui magna, & à quibus non debent, auferunt, quales sunt tyranni, qui urbes evertunt, templaque expilant, eos non avaros, sed improbos po-
95 tius & impios & injustos dicimus. Interim & aleator, & stellio vestiarius, & latro, qui prædis ex hostico agendis quæstum facit, in numero illiberalium sunt habendi. Turpem enim quæstum consectantur. Nam lucri causa utrique suum illud negotium gerunt, & turpia
96 atque ignominiosa facitant. Atque hi quidem lucri gratia maximis in periculis versantur: illi verò ab amicis, quibus donare debebant, lucrum quærunt.
97 Vtrique igitur, quoniam ab iis, à quibus non debent, lucrum captant, turpis quæstus studiosi dicendi sunt: omnesque tales accipiendi rationes & vix sunt
98 illiberales. Meritò autem illiberalitatis nomen ex liberalitatis contrario est
99 constitutum. Nam cum ipsa malum sit profusione majus; tum facilius ac sæpius in ipsa, quàm in altera, quam diximus (profusione scilicet) homines of-
100 fendunt. Ac de liberalitate quidem, iisque vitiis, quæ cum ea pugnant, hactenus.

οἱ τοιοῦτοι, καὶ τοκισταὶ, καὶ ὃ μικρὰ ὅθεν πολλῶν. * πάντες γὰρ ἅττα ὄθεν οὐ δεῖ λαμβάνουσι, καὶ ὁπόσον οὐ δεῖ. κοινὸν δ' ἐπ' αὐτῶν ἡ αἰσχροκέρδεια φαίνεται. πάντες γὰρ ἕνεκα κέρδους καὶ τούτου μικροῦ, ὀνείδη ὑπομένουσι. τοὺς γὰρ ὅθεν μεγάλα μὴ ὄφελον δεῖ, λαμβάνοντας, μηδὲ ἃ δεῖ, * οἷον λέγομεν ἀνελευθέρους· οἷον τοὺς τυράννους πόλεις πορθοῦντας καὶ ἱερὰ συλῶντας· ἀλλὰ πονηροὺς μᾶλλον καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους. ὁ μέν τοι κυβεύτης, καὶ ὁ λωποδύτης καὶ ὁ ληστὴς, τῶν ἀνελευθέρων εἰσίν. αἰσχροκερδεῖς γάρ. κέρδους γὰρ ἕνεκα ἀμφότερα πραγματεύονται, καὶ ὀνείδη ὑπομένουσι· καὶ οἱ μὲν κινδύνους τοὺς μεγίστους, ἕνεκα τοῦ λήμματος· οἱ δ', ἀπὸ τῶν φίλων κερδαίνουσι, οἷς δεῖ διδόναι, ἀμφότερα δὲ ὅθεν οὐ δεῖ κερδαίνειν βουλόμενοι, αἰσχροκερδεῖς. καὶ πᾶσαι δὲ αἱ τοιαῦται λήψεις ἀνελευθέρου· εἰκότως δὴ τῇ ἐλευθεριότητι ἀνελευθερία ἐναντίον λέγεται, μεῖζόν τε γὰρ ὂν τὸ κακὸν τῆς οὐσίας, καὶ μᾶλλον ὂν τοῦτῳ ἁμαρτάνουσι, ἢ κατὰ τὸν λεχθέντα ἀσωτίαν. περὶ μὲν οὖν ἐλευθεριότητος καὶ τῶν ἐναντίων κακιῶν, τοσαῦτ' εἰρήσθω.

CAPVT

CAPVT II.

De Magnificentia ejusq; Extremis.

Δόξει δ' ἂν ἀκόλουθον εἶναι καὶ περὶ μεγαλοπρεπείας διελθεῖν. δοκεῖ γὰρ καὶ αὕτη περὶ χρήματά τινες ἀρετὴ εἶναι. οὐχ ὥσπερ δὲ ἡ ἐλευθεριότης ἁπάσῃ περὶ πᾶσαι ἔχει ἐν χρήμασι πράξεις, ἀλλὰ περὶ ἃς δαπανηρὰς μόνον· ἐν τούτοις δ' ὑπερέχει τῆς ἐλευθεριότητος μεγέθει. καθάπερ γὰρ τοὔνομα αὐτὸ ὑποσημαίνει, ἐν μεγάλῃ πρέπουσα δαπάνῃ ἔστι· τὸ δ' μέγεθος πρός τι. ὁ γὰρ τὰ αὐτὰ δαπάνημα τριηράρχῳ καὶ ξενοδοκεύοντι· τὸ πρέπον δὴ πρὸς αὐτόν, καὶ ἐν ᾧ, * καὶ ἃ. ὁ δὲ ἐν μικροῖς ἢ ἐν μετρίοις κατ' ἀξίαν δαπανῶν, οὐ λέγεται μεγαλοπρεπής. οἷον τὸ, Πολλάκι δόσκων αἰτητὴ ἀλλ' ὁ ἐσ μεγάλοις, οὕτω· ὁ μὲν γὰρ μεγαλοπρεπὴς, ἐλευθέριος· ὁ δὲ ἐλευθέριος, οὐθὲν μᾶλλον μεγαλοπρεπής. τῆς τοιαύτης δὲ ἕξεως, ἡ μὲν ἔλλειψις, μικροπρέπεια καλεῖται· ἡ δὲ ὑπερβολὴ, βαναυσία καὶ ἀπειροκαλία, καὶ ὅσαι τοιαῦται· οὐχ ὑπερβάλλουσι τῷ μεγέθει περὶ ἃ δεῖ, ἀλλ' ἐν οἷς οὐ δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, λαμπρυνόμεναι. ὕστερον δὲ περὶ αὐτῶν ἐροῦμεν. ὁ δὲ μεγαλοπρεπὴς, ὅπερ ἡμεῖς εἴπομεν, τὸ πρέπον γὰρ δυνάται θεωρῆ-

SEquitur ut de Magnificentia differamus. nam ea quoque videtur virtus quædam esse, quæ in pecunijs tractandis versetur. Verum non ut liberalitas, ad omnes pecuniarias actiones, sed ad sumtuosas duntaxat pertinet. in his autem liberalitatem magnitudine superat. Nam, ut nomen ipsum subindicat, sumtus est in rebus amplis & magnis decorus. magnitudo autem ad aliquid refertur. Neque enim sumtus idem trierarchum decet, & eum, qui mittitur ad publicos conventus obeundos. Decorum igitur & personæ, quæ impendit, & rei, in quam impendit, & pecuniæ, quæ impenditur, spectatur. Qui autem sumtus facit in res parvas vel mediocres, pro earum rerum dignitate, is non dicitur magnificus. utille qui dicebat, Mendicoque vago dare sæpe solebam: Sed is demum, qui in res magnas: Nam magnificus est ille quidem liberalis: sed qui liberalis est, non continuo etiam magnificus. In hoc autem habitu id, quod est parum, indecora parcimonia appellatur: quod nimium, operaria quædam in sumtu faciendo insolentia, & elegantiæ inscientia, & quotquot sunt hujusmodi affectiones, quæ in vitio sunt, non ratione sumtus magni, in rebus idoneis facti; verum eo quod splendorem adhibent in iis, in quibus non oportet, aut sic ut non oportet. Verum de iis posterius dicemus. Magnificus autem homini scienti similis est. Et decorum enim

1 2 1 M.M.27. 3 Eu.c.6. 2 Rhet.9.

animo cernere, & magnos sumtus con-
16 cinnè facere potest. Nam (ut initio di-
ximus) omnis habitus actionibus iisque
rebus, quarum est habitus, definitur.
17 Sumtus autem viri magnifici, magni
18 sunt & decori. Talia quoque sunt ejus
19 opera. Sic enim sumtus magnus erit;
si ad opus accommodatus & decorus fu-
erit; ita ut & opus sumtu dignum sit, &
opere sumtus, aut hic etiam superior.
20 Hujusmodi autem sumtus vir magnifi-
cus faciet honesti gratia. Hoc enim o-
21 mnium virtutum commune est. Et præ-
terea jucundè ac prolixè. Nam subtilius
rationes subducere, & omnia ad calcu-
lum revocare hominis est parum ma-
22 gnifici. Atque etiam quomodo opus
quam pulcerrimum & quam maxime
23 decorum potius, quam quanti & qua ra-
tione minimo efficiatur, cogitabit. Ne-
cesse est itaque, ut & liberalis sit vir ma-
gnificus. impendet enim etiam liberalis
24 & quæ oportet, & ut oportet. Sed ho-
rum impendiorum magnitudo magni-
3 Rhet. 9. fici propria est: veluti magnitudo libe-
ralitatis, quæ versatur in modo dictis.
25 Quin etiam pari impensa opus efficiet
26 magnificentia præstantius. Non enim
eadem re commendatur possessio, seu
27 facultates; atque opus. Nam facultates
seu possessio ea, quæ maximi æstimatur,
precioßissima est & car ßima: velut au-
28 rum. Opus vero illud demum com-
mendationem habet maximam; quod
magnitudine præstat, & pulcritudine
antecellit. talis enim operis spectatio
29 admiratione homines afficit. quod au-
tem magnificum est id admirabile est;

σαι, καὶ δαπανῆσαι μεγάλα
ἐμμελῶς. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ
εἴπομεν, ἡ ἕξις ταῖς ἐνεργείαις
ὁρίζεται, καὶ αἱ οὖσιν. αἱ δὲ μ
γαλοπρεπεῖς δαπάναι, μεγά-
λαι καὶ πρέπουσαι. τοιαῦται δὴ
καὶ τῶ ἔργα. ὅτε γὰρ ἔσαι μέ-
γα δαπάνημα * καὶ πρέπον τῷ
ἔργῳ. ὥστε τὸ μὲν ἔργον, τῆς δα-
πάνης ἄξιον δεῖ εἶναι· τὴν δὲ
δαπάνην, τῷ ἔργῳ, ἢ καὶ ὑπερ-
βάλλειν. δαπανήσει * δὴ τοιαῦτα ὁ μεγαλοπρεπὴς ἕ καλῶ ἕνεκα. κοινὸν γάρ τῦτ ταῖς
ἀρεταῖς. καὶ ἔτ ἡδέως καὶ περ-
πτῶς. ἡ γὰρ ἀκριβολογία,
μικροπρεπές. καὶ πῶς κάλλιστ
καὶ πρεπωδέστατα, σκέψαιτ ἂν
μᾶλλον, ἢ πόσα, καὶ πῶς ἐλα-
χίστα. ἀναγκαῖον * δὴ καὶ ἐλευ-
θέριον τὸν μεγαλοπρεπῆ εἶναι.
καὶ γὰρ ὁ ἐλευθέριος δαπανή σ
ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ· ἐν τούτοις δ τὸ
μέγα τῆ μεγαλοπρεπείᾳ, οἷον
μέγεθος. * περὶ ταῦτα τ ἐλευ-
θεριότητος ὅσης, καὶ ὑπὸ τῆς ἴσης
δαπάνης, τὸ ἔργον ποιήσει μεγα-
λοπρεπέστερον· ἡ γὰρ αὐτὴ ἀρε-
τὴ κτήματος καὶ ἔργου. κτῆμα
μὲν γὰρ τὸ πλεῖστα ἄξιον καὶ τιμ-
ώτατον, οἷον χρυσός· ἔργον δὲ, τὸ
μέγα καὶ καλόν. ἕ γὰρ τοιοῦτον ἡ
θεωρία θαυμαστή· τὸ δὲ μεγαλο-
πρεπὲς, θαυμαστόν, καὶ ἄσον *

* ἀρε-

ἔχειν ἔργα, μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει. ἔστι δὲ τῶν ἀναθημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια, οἷον τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα καὶ καταστάσεις καὶ θυσίας· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον, καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν· οἷον ἐπιτυχορηγῆσαι οἷον δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν. ἐν ἅπασι δὴ ὥσπερ εἴρηται, καὶ πρὸς τὸν πράττοντα διαφέρεται τὰ πρὸς ὧν καὶ τίνων ὑπαρχόντων. ἄξια γὰρ δεῖ τούτων εἶναι, καὶ μὴ μόνον τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιοῦντι πρέπειν. διὸ πένης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής, οὐ γὰρ ἔχει ἀφ' ὧν πολλὰ δαπανήσει πρέποντα· ὁ δ' ἐπιχειρῶν, ἠλίθιος. πρὸς γὰρ τὰς ἀξίας γὰρ καὶ τὰ δέοντα κατ' ἀρετὴν δαπανᾶται. πρέπει δὴ καὶ ἐκ τοιούτου παρυπάρχειν δι' αὑτόν, ἢ ἀπὸ τῶν προγόνων, ἢ ὧν αὐτὸς μέτριος καὶ τὶς εὐγενὴς, καὶ τὶς εὐδόξους, καὶ ὅσα τοιαῦτα. πάντα γὰρ ταῦτα μέγεθος ἔχει καὶ ἀξίωμα. μάλιστα μὲν οὖν ἔστιν ὁ μεγαλοπρεπὴς, καὶ ἐν τούτοις δαπανήσει ὁ μεγαλοπρεπὴς, ὥσπερ εἴρηται μέγιστα γὰρ καὶ ἐντιμότατα· τῶν δὲ ἰδίων, ὅσα εἰσφέρεται ξ

opusque ut sit magnificum, facit ejus magnitudo. Impendiorum autem illa, 30
quæ ampla & honorata dicimus, sunt, verbi gratia, dona, quæ suspenduntur in templis, diisque dicantur: & constructiones templorum, & sacrificia. itemque ea omnia, quæ in id, quod divinum est, impenduntur & quæcunque in Rempublicam honestæ laudis studio conferuntur. Vt ficubi ludos à se splendidè fieri, aut triremium præfecturam de suo administrari, aut epulum dari civitati aliquis putet oportere. In omnibus au- 31
tem (ut dictum est) ejus, qui agit, habenda est ratio, qui sit ille, & quæ sint ejus facultates. Sumtus enim cum his 32
congruere debet: neque opus solum, sed etiam eum, qui facit, decere. (Quo- 33
circa nemo pauper magnificus esse queat: quia non habet, unde sumtus convenienter & decorè facere possit: & qui conetur, stultus sit habendus: ut qui & præter dignitatem, & præter id, quod fieri oporteat, contendat. quod autem 34
in virtutis loco referri debet, rectè ut habeat oportet.) Decet porrò aliquid 35
hujus generis cùm eos, quibus res hujusmodi vel ipsorum labore & virtute partæ sunt, vel à majoribus, sive, quibuscum aliqua necessitudine conjuncti sunt, fuerunt relictæ: tum honesto loco natos, tum claros viros: eos denique, qui tali aliqua laude antecellunt. inest enim in his omnibus amplitudo quædam & dignitas. Talis igitur est maximè vir 36
magnificus, & in hujus generis sumtibus magnificentia, ut diximus, elucet. Maximi sunt enim & honore dignissimi. In privatis autem sumtibus, ii, qui se- 37

mel

mel fiunt, etiam locum habet. quales sunt nuptiæ, & si quid præterea ejusce generis est: & si qua in re vel tota civitas studiose occupata est, vel ii, qui dignitate præstant. In recipiendorum quoque hospitum & dimittendorum officio,
38 in donis & remunerationibus. Non enim in seipsum sumtuosus est vir magnificus: sed in rem communem & publi-
39 cam. Dona autem simile quid iis rebus habent quæ diis consecrantur & ante eo-
40 rum simulacra suspenduntur. Est & hoc viri magnifici, domum ita exædificare, ut ejus species divitiis conveniat (aliquid enim ex hac quoque ornamenti
41 comparatur) Et hoc, ut in ea potius pecuniam impendat, quæ diuturna sunt
42 futura. sunt enim hæc pulcherrima. Et hoc, ut in unoquoque id, quod convenit decorumque est, impendat Non enim eadem diis atque hominibus conveniunt, neque eodem sumtu fanum &
43 sepulchrum ædificandum est. Atque ad impendia quod attinet, in suo unumquodque genere spectatum, magnum est. Et cum sit illud magnificentissimum, quod in genere magnorum magnum est, tum in hoc vel illo, quod in
44 eorum genere magnum. Ad hæc interest etiam inter id, quod est in opere magnum, & id, quod est in sumtu. Nam pila vel ampulla pulcerrima doni pueri-lis magnificum quidem illa donum esse possit, quod puero donetur: precium tamen hujus exiguum est & illiberale.
45 Itaque magnifici est, cujuscumque gene-
46 ris opus efficiat, magnificè facere. Nam nec id quod erit ejusmodi, facile superi poterit, & sumtus magnitudini respondebit. Talis igitur est vir magni-

γίνεται· οἷον γάμος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, καὶ εἰ περὶ ἣν πᾶσα ἡ πόλις σπουδάζει, ἢ οἱ ἐν ἀξιώματι· καὶ περὶ ξένων δὲ ὑποδοχὰς, καὶ ἀπουσίας, καὶ δωρεὰς, καὶ ἀντιδωρεάς· ἐν γὰρ εἰς ἑαυτὸν δαπανηρὸς ὁ μεγαλοπρεπὴς, ἀλλ' εἰς τὰ κοινά. τὰ δὲ δῶρα τοῖς ἀναθήμασιν ἔχει τι ὅμοιον. μεγαλοπρεπὴς δὲ καὶ οἶκον καταστευάσασθαι πρέποντας τῷ πλούτῳ. κόσμος γάρ τις καὶ οὗτος. καὶ περὶ ταῦτα μᾶλλον δαπανᾶν, ὅσα πολυχρόνια τῶν ἔργων· κάλλιστα γὰρ ταῦτα· καὶ ὡς ἑκάστοις τὰ πρέποντα. ἐν γὰρ τὰ αὐτὰ ἁρμόζει θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, οὐδ' ἐν ἱερῷ καὶ τάφῳ· καὶ ὅλως τῶν δαπανημάτων ἕκαστον μέγα ἐν τῷ γένει· καὶ μεγαλοπρεπέστατον μὲν τὸ ἐν μεγάλῳ μέγα· ἐλάττω δὲ τὸ ἐν τούτοις μέγα. καὶ διαφέρει τὸ ἐν τῷ ἔργῳ μέγα, τοῦ ἐν τῷ δαπανήματι. σφαῖρα μὲν γὰρ ἡ λήκυθος ἡ καλλίστη, ἔχει μεγαλοπρέπειαν παιδικοῦ δώρου· ἡ δὲ τούτου τιμὴ, μικρὰ καὶ ἀνελεύθερον. διὰ τοῦτο δεῖ τὸ μεγαλοπρεπὲς ἐν ᾧ ἂν ποιῇ ᾖ, μεγαλοπρεπῶς ποιεῖν. τοιοῦτον γὰρ ἐστὶ συμπέρασμα, καὶ ἔχον κατ' ἀξίαν τοῦ δαπανήματος. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλοπρε-

πᾶς· ὁ δ' ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος, τῷ πρὸς τὸ δέον ἀναλίσκειν, ὑπερβάλλει, ὥσπερ εἴρηται. ἐν μὲν γὰρ τοῖς μικροῖς τῶν δαπανημάτων, πολλὰ ἀναλίσκει, καὶ λαμπρύνεται πρὸς μέλον· οἷον ἑρμῆς γαμικὸς ἐστὼν, καὶ κωμῳδοῖς χορηγῶν, ἐν τῇ παρόδῳ πορφύρᾳ εἰσφέρων, ὥσπερ οἱ Μεγαρῆς. καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ποιήσει, οὐ δι' καλὸν ἕνεκα, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον ἐπιδεικνύμενος, καὶ διὰ ταῦτα οἰόμενος θαυμάζεσθαι· καὶ οὗ μὲν δεῖ πολλὰ ἀναλώσει, ὀλίγα δαπανῶν. οὗ δ' ὀλίγα, πολλά. ὁ δὲ μικροπρεπὴς πρὸς πάντα ἐλλείψει, καὶ τὰ μέγιστα ἀναλώσας ἐν μικρῷ τὸ καλὸν ἀπολεῖ· καὶ ὅ, τι ἂν ποιῇ μέλλων, καὶ πόσων πρὸς ἂν ἐλάχιστον ἀναλώσαι, καὶ ταῦτ' οἰόμενος μείζω ποιεῖν, ἢ δεῖ. εἰσὶ μὲν οὖν αἱ ἕξεις αὗται, κακίαι· οὐ μὴν ὀνείδη γ' ἐπιφέρουσι, διὰ τὸ μήτε βλαβερὰ * τοῖς πέλας εἶναι, μήτε λίαν ἀχρήμονες.

magnificus. At qui nimius hic est & modum superat, puta, quem in sumtu faciendo stolidè insolentem diximus, eo ipso superat seu nimius est, quod secus ac debet, impendit. In res enim parvas, & quæ parvum sumtum desiderant, multam pecuniam insumit, splendoremque ac magnificentiam ostentat inconcinne, atque invenustè, exempli gratia: nuptiali apparatu eos excipit, qui symbolam in cœnam dederunt, & in comico choro curator positus, ad chori ingressum exornandum purpuram confert, quemadmodum facere consueverunt Megarenses. Atque hujusmodi omnia faciet non honesti, sed ostentandarum divitiarum causa, & quod se ab his rebus hominibus in admiratione futurum sperat. Et quas in res multa impendere debet, in eis sumtum exiguum faciet: ubi parva impensa desideratur, ibi largus & profusus erit. Alter autem ille, indecorè videlicet parcus, ubique modum deseret, maximaque pecunia consumta in parvis honesti speciem omnem perdet atque extinguet. quicquid item facturus est procrastinans & cunctabundus efficiet, & qua ratione quam minimo sumtu id conficere possit considerabit: lamentabitur etiam & ingemiscet in sumtu, omniaque se efficere majora, quam oporteat, arbitrabitur. Sunt igitur hi habitus vitia: nullam tamen ea turpitudinis aut dedecoris notam inurunt: quia nec alteri damnum inferunt, neque admodum sunt deformes.

48 49 50 51 52 53 1 Rhet. 9. 54 55

CAPVT III.

De Magnanimitate ejusq; Extremis.

Ἡ δὲ μεγαλοψυχία, ὡς μεγάλα μὲν καὶ ἐν ὑπο-

MAgnitudo animi autem magnis in rebus etiam nominis ipsius indicio elu-

1 M.M.1.6 3 Eu.c.r. 4 Rhet. 9.

2 elucere debebit. Quænam verò sint hæ
3 res, primo intelligamus. Nihil porrò
interest, utrum ipsum animi habitum,
an eum, qui sit illo præditus, conside-
2 Rhet. 4 remus. Magnanimus autem videtur ha-
bendus is, qui magna se mereri existi-
5 mat, re ita habente. Qui enim præter
meritum & dignitatem id facit, stolidus
6 est. At eorum, qui virtutem colunt,
nemo stolidus est, nemo mente captus.
7 Est igitur magno is animo, quem descri-
8 psimus. Qui enim seipsum, cum parvis
rebus atque honoribus dignus sit, par-
vis quoque dignum judicat, modestus
9 habendus est, non magnanimus. Hæc
enim virtus in magnitudine sita est:
quemadmodum & in magno corpore
pulcritudo. Brevis autem staturæ ho-
mines venusti ac lepidi sunt quidem illi,
aptaque membrorum convenientia &
proportione præditi: pulcri tamen non
10 item. Qui vero magna se meritum esse
putat, cum talibus dignus non sit, ela-
11 tus ac superbus est: etsi non quicumque
majora sibi deberi, quam quibus dignus
sit, arbitratur continuo superbus est.
12 At ille, qui se minoribus dignum, quam
mereatur, existimat, angusti & humilis
animi homo dicitur; sive magnis, sive
mediocribus, sive parvis dignus, etiam
majora sibi tribui putat oportere: ma-
xime verò si, qui magnis dignus est, iis
se indignum putet. Quid enim eum fa-
cturum putemus, si hisce non esset di-
13 gnus? Magnanimus igitur magnitudi-
ne est ille quidem summus: sed eo quod
14 ita, ut oportet, de suis meritis judicat, medius. Iis enim, quæ ipsius
dignitati meritisque respondent, seipsum dignum judicat, alteri ve-
15 ro illi modum superant ac deserunt. Ergo si se magnis dignum censet,

μαλ⊙ ἔοικεν εἶναι· ὧδε πῶς
δ' ἔχει, πρῶτον λάβωμεν. Διαφέρει δ' ἤτοι τὴν ἕξιν, ἢ τὸν ἔχοντα τὴν ἕξιν σκοπεῖν. δοκεῖ δὴ μεγαλόψυχ⊙ εἶναι, ὁ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἄξι⊙ ὤν. ὁ γὰρ μὴ κατ' ἀξίαν αὑτὸ ποιῶν, ἠλίθι⊙. τῶν δὲ κατ' ἀρετὴν οὐδεὶς ἠλίθιος, οὐδὲ ἀνόητ⊙. μεγαλόψυχ⊙ μὲν οὖν ὁ εἰρημέν⊙. * ὁ γὰρ μικρῶν ἄξι⊙, καὶ τούτων ἀξιῶν ἑαυτὸν, σώφρων, μεγαλόψυχ⊙ δ' οὔ. ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγαλοψυχία, ὥσπερ καὶ τὸ κάλλ⊙ ἐν μεγάλῳ σώματι. οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ' οὔ. ὁ δὲ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἀνάξι⊙ ὤν, χαῦν⊙· ὁ δὲ μειζόνων ἢ ἄξι⊙, οὐ πᾶς χαῦν⊙· ὁ δ' ἐλαττόνων ἢ ἄξι⊙, μικρόψυχ⊙, ἐάν τε μεγάλων, ἐάν τε μετρίων, ἐάν τε καὶ μικρῶν ἄξι⊙ ὤν, ἐπ' ἐλαττόνων ἑαυτὸν ἀξιῶν· καὶ μάλιστα ἂν δόξειεν ὁ μεγάλων ἄξι⊙. τί γὰρ ἂν ἐποίει, εἰ μὴ τοιούτων ἦν ἄξι⊙; ἔστι δὴ ὁ μεγαλόψυχ⊙, τῷ μὲν μεγέθει ἄκρ⊙. τῷ δ' ὡς δεῖ, μέσ⊙· τὰ γὰρ κατ' ἀξίαν ἑαυτὸν ἀξιοῖ· οἱ δ' ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν· εἰ δὲ μεγάλων

cum

ἑαυτὸν ἀξιῖ, ἄξιος ὢν, καὶ μάλιστα τῶν μεγίστων. * περὶ τὸν μάλιστα αἰ ὢν. ἡ δ' ἀξία λέγεται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀγαθά. μέγιστον δ' τοῦτ' ἂν θείημεν, ὃ τοῖς θεοῖς ἀπονέμομεν, καὶ ὃ μάλιστ' ἐφίενται οἱ τὰ ἀξιώματα, καὶ τὸ ἆθλον τοῖς καλλίστοις ἆθλον· τοιοῦτον δ' ἡ τιμή. μέγιστον γὰρ δὴ τοῦτο τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν. περὶ τιμὰς δὴ καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστιν, ὡς δεῖ. καὶ ἄνευ δὲ λόγου φαίνονται οἱ μεγαλόψυχοι περὶ τιμὰς εἶναι. τιμῆς γὰρ μάλιστ' οἱ μεγάλοι ἀξιοῦνται ἑαυτούς· κατ' ἀξίαν δέ· ὁ δὲ μικρόψυχος ἐλλείπει καὶ πρὸς αὐτὸν, καὶ πρὸς τὸ τοῦ μεγαλοψύχου ἀξίωμα. ὁ μὲν γὰρ ἀνὴρ, πρὸς ἑαυτὸν ὡς ὑποβάλλει· ὁ μὲν τοίνυν μεγαλόψυχος, εἰ ἄξιος τῶν μεγίστων ἄξιος, ἄριστος ἂν εἴη. μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βέλτιος ἄξιος, καὶ μεγίστων ὁ ἄριστος. τὸν ὡς ἀληθῶς ἄρα μεγαλόψυχον, δεῖ ἀγαθὸν εἶναι· καὶ δόξειε δ' ἂν εἶναι μεγαλοψύχια, τὸ ἐν ἑκάστῃ δοκούσῃ μέγα. εὐάμωσ τ' ἂν ἁρμόζοι μεγαλοψύχῳ φεύγειν * ἀδοξοποιεῖσθαι, ὑδὲ ἀδικεῖν. πρὸς γὰρ ἥντινα πρᾶξιν αἰσχρὰ, ᾧ ἐστὶ μέγα; καθ' ἕκαστα δ' ἐπισκοποῦσι πάμπαν γελοῖος

cum sit iis dignus itemq; maximis (se dignum censet,) cum sit maximis dignus; in una re potissimũ sane versabitur. Dignitatis vero ratio ad externa bona refertur. Hoc autẽ maximũ censere debeamus, quod & diis immortalibus tribuimus, & ij omnes, qui in existimatione magna habentur, expetunt: quod est denique rerum pulcerrimè gestarum præmium. At honos tale quippiam est. Hoc enim est externorum bonorum maximum. In honore igitur & infamia sic se gerit, ut oportet, vir magni animi. Perspicitur vero etiam sine rationibus & argumentis, viros magnanimos in honore versari. Honore enim maximè magni viri sese dignos esse existimant, pro eo illi quidem, ac merentur. At qui demisso & humili animo est, cum sese ipso, tum multo magis viri magnanimi animo inferiora sapit. Superbus autem ad se ipsum relatus superat: minimè autem, si eum cum viro magnanimo conferas. Magnanimus autem si maximis sit honoribus dignus, vir ille profecto sit optimus ac præstantissimus. Nam quo quisque melior est, eo majore præmio atque honore dignus est, & quidem optimus quisque maximo. Verè igitur magnanimus vir bonus sit necesse est. Atque etiam quod in quaque virtute magnum & amplum est, viri magnanimi esse videatur. Neque conveniat magnanimo demissis manibus fugere, neque injuriam cuiquam facere. Quid est enim, cur turpe aliquid admittat, cui nihil sit magnum? Atque ei quidem, qui res singulatim inspiciat, prorsus ridiculus videatur

1 Rhet. 5. 7. & 11.

esse magnanimus, si non sit idem vir
30 bonus. Quin ne honore quidem dignus erit, si sit malus & nequam. Præmium enim virtutis est honos, & tri-
31 buitur bonis viris. Quocirca videtur animi magnitudo quasi quoddam virtutum omnium esse ornamentum. Nam & majores eas amplioresque facit, & sine illis constare nullo modo potest.
32 Atque ob hanc causam qui reapse magno sit animo, non facilè reperias: quippe qui sine eximia quadam bonitate ta-
33 lis esse non possit. In honoribus igitur & ignominiis vir magni animi maximè
34 cernitur. Ac magnis quidem honoribus & iis, qui à viris bonis deferentur, modicè delectabitur: tanquam scilicet sua sibique accommodata, aut etiam
35 sua virtute inferiora, consecutus. Virtuti enim omnibus suis numeris perfectæ & absolutæ non facilè par ullus honos reperiri possit: verumtamen eos æquo animo accipiet, vel ob hanc causam, quod illi non possint ei tribuere
36 majora. Eum autem honorem, qui & à quibuslibet, & ob res parvas tribuetur, prorsus negliget atque aspernabi-
37 tur. Neque enim istos meretur. Itemque ignominiam atque infamiam contemnet: quia in eum jure cadere non
38 poterunt. Maximè igitur & potissimum in honoribus versatur vir magna-
39 nimus. Verumtamen in divitiis quoque & principatu: in omni denique secunda atque adversa fortuna quicquid acciderit, in eo se moderatum præbebit: neque in rebus secundis lætitia efferetur, neque in adversis mœrore su-
40 perabitur. Nam ne in honorem qui-

φαίνοιτ' ἂν ὁ μεγαλόψυχος, εἰ μὴ ἀγαθὸς ὤν. οὐκ εἴη δὲ οὐδὲ τιμῆς ἄξιος, φαῦλος ὤν. τῆς γὰρ ἀρετῆς ἆθλον ἡ τιμή, καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς. ἔοικε μὲν οὖν ἡ μεγαλοψυχία, οἷον κόσμος τις εἶναι τῶν ἀρετῶν. μείζους γὰρ αὐτὰς ποιεῖ, καὶ οὐ γίνεται ἄνευ ἐκείνων. διὸ καὶ χαλεπὸν τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι. οὐ γὰρ οἷόν τε ἄνευ καλοκἀγαθίας. μάλιστα μὲν οὖν περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστι. καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις, καὶ * ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην μετρίως ἡσθήσεται, ὡς τῶν οἰκείων τυγχάνων, ἢ καὶ ἐλαττόνων. ἀρετὴ γὰρ παντελὴς οὐκ ἀνθρώπῳ ἀξία τιμή. ἀλλ' ἀποδέξεταί γε, τῇ μὴ ἔχειν μείζω αὐτῷ δοτέον. τὴν δὲ τῶν τυχόντων καὶ ἐπὶ μικροῖς, πάμπαν ὀλιγωρήσει. ἀναξία γὰρ τούτων ἀξία. ὁμοίως δὴ καὶ ἀτιμίας. οὐδὲ γὰρ ἔστι δικαίως περὶ αὐτὸν· μάλιστα μὲν οὖν ἔχων ὥσπερ εἴρηται, ὁ μεγαλόψυχος περὶ τιμάς· ἀλλὰ καὶ περὶ πλοῦτον καὶ δυναστείαν, καὶ πᾶσαν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν μετρίως ἕξει, ὅπως ἂν ἔχῃ· καὶ ὅτ' εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, οὔτε ἀτυχῶν περίλυπος. οὐδὲ γὰρ περὶ τιμὴν ὅπως

ἔχει.

ἔχει, ὡς μέγιστόν ὄν. αἱ γὰρ δυναστεῖαι καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τὴν τιμὴν αἱρεταί. οἱ γὲν ἔχοντες οὕτω, τιμᾶσθαι δὲ ἀυτοῖς βούλονται· ὥστε * δὴ καὶ ἡ τιμὴ μικρόν ἐστι, τούτῳ καὶ τἄλλα· διὸ καὶ ὑπερέχειν δοκοῦσιν εἶναι. δοκεῖ δὲ καὶ τὰ εὐτυχήματα συμβάλλεσθαι πρὸς μεγαλοψυχίαν. οἱ γὰρ εὐγενεῖς ἀξιοῦνται τιμᾶς· καὶ οἱ δυνατοὶ, ἢ οἱ πλουτοῦντες· ἐν ὑπεροχῇ γάρ. τὸ δὲ ἀγαθῷ ὑπερέχον πᾶν, ἐντιμότερον· διὸ καὶ τοῖς τοιούτοις μεγαλοψυχότερος ποιεῖ. τιμῶνται γὰρ ὑπὸ τινῶν. κατ' ἀλήθειαν δὲ ὁ ἀγαθὸς μόνος * τιμητός. ᾧ δ' ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦται τιμῆς· εἰ δ' ἄνευ ἀρετῆς τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ ἔχοιτις, οὔτι δικαίως ἑαυτὸν μεγάλων ἀξιοῖ, οὔτε ὀρθῶς μεγαλόψυχος λέγοιτ'· ἄνευ γὰρ ἀρετῆς παντελοῦς οὐκ ἔστι ταῦτα. ὑπερέπεσθαι δὲ καὶ ὑβρίζεσθαι, * καὶ ταῦτα ἔχοντες, κακοὶ γίγνονται· ἄνευ γὰρ ἀρετῆς οὐ ῥᾴδιον φέρειν ἐμμελῶς τὰ εὐτυχήματα· οὐ δυνάμενοι δ' φέρειν, οἰόμενοι τὰ ἄλλα ὑπερέχειν, ἐκείνων μὲν καταφρονοῦσιν· αὐτοὶ δὲ ὅ, τι ἂν τύχωσι, πράττουσι· μιμοῦνται γὰρ τὸν μεγαλόψυχον, οὐκ ὄντες ὅμοιοι οἷς. τοῦτ' δὲ ἐργῶσιν ἐν ὅσοις δύνανται· τὰ μὲν οὖν κατ'

dem sic animatus est, quasi is maxima res sit. Principatus enim & divitiæ propter honorem sunt optabilia. Certè qui hæc omnia consecuti sunt, ob hæc ipsa honore affici volunt. Cui igitur honos in rebus parvis numeretur, huic ne cætera quidem magna erunt: & ob id elati videntur, ac despectores. Videntur autem res secundæ ad animi magnitudinem conferre. Nam & honesto summoque loco nati honore digni putantur: & ij, qui principatum obtinent, aut opulenti, quoniam cæteris antecellunt. Porro quo quicque bono aliquo magis antecellit, eo honoratius est. Itaque etiam istis rebus magnanimitas augetur. Honore enim, qui his præditi sunt, à nonnullis afficiuntur. Sed si verum quærimus, solus vir bonus honore afficiendus est. Cujus autem virtuti conjuncta fortuna est, is honore dignior habetur. Quibus vero sine virtutè talia bona contigerunt, hi neque seipsos magnis honoribus dignos censere debent, neque recte magnanimi vocantur. Istud enim sine integra virtute atque undique perfecta constare nullo modo potest. Aliorum vero contemtores, superbique & contumelioſi evadunt. Difficile est enim sine virtute res secundas compositè & concinnè ferre. Cum porro ferre non possint, seque præ cæteris præstare existiment, tum illos contemnunt, tum ipsi, quicquid fors tulerit, agunt. Virum magnanimum enim imitantur, cum sint ei dissimiles, atque id quibus in rebus possunt faciunt. Neque ea igitur, quæ

41 42 43 44 45 46 47 48 4 Pol. 11. 5 Pol. 15. 49 2 M. M. 3 50 2 Rhe. 16. 51 52 53

virtuti consentanea sunt agere student, & alios tamen fastidiosè despiciunt.
54 Magnanimus autem non injuria despicit. De rebus enim vere opinatur & judicat. At vulgus quomodocumque sors
55 tulerit, opinatur. Iam vero neque parva pericula suscipit, neque cupide aut libenter adit: quoniam pauca sunt, quæ magnifaciat. Magnis autem periculis sese objicit: & cum in discrimine versatur, vitæ non parcit. quod ipsi minime
56 conveniat, omnino vivere velle. Et cum
3 Rhet. II. eo sit animo, ut libenter beneficium in alios conferat, ab aliis accipere ipsum pudet. Illud enim præstantis atque excellentis hominis est: hoc inferioris. idem beneficium majore mensura remetiri consuevit, quàm accepit. Sic enim is, qui de eo prior bene meritus est, etiam ei debebit, & beneficio devinctus erit. Præterea videntur magnanimi meminisse, quos beneficio affecerint: à quibus autem acceperint non item. Est enim is, qui beneficium accepit, illo, qui dedit inferior. At vult magnanimus excellere. Atque illa quidem audit libentissime ac jucundissime: hæc gra-
57 vate. Itaque neque Thetis Iovi sua in eum beneficia commemorat, neque Lacedæmonij Athenienſibus: sed quæ ab illis acceperunt. Est quoque magnanimi, neminem, aut vix quenquam rogare, libenter alteri operam dare atque
58 inservire. Atque in eos quidem qui ali-
4 Pol. II. qua dignitate præditi sunt, quorumque res valde sunt secundæ, magnum se atque excelsum: in eos verò, quorum me-
59 diocris fortuna est, modestum ac moderatum præbere. Illis enim an-
1 Rhet. II. tecellere difficile & amplum, his facile est: & inter illos gloriari ge-

λέστιὸν ὲ πρᾶτθειν· καταφρονῆσαι δὲ τῶν ἄλλων· ὁ δὲ μεγαλόψυχος, δικαίως καταφρονεῖ· δοξάζει γὰρ ἀληθῶς· οἱ δὲ πολλοὶ, τυχόντως. οὐκ ἔστι δὲ μικροκίνδυνος, * ἀδὲ φιλοκίνδυνος, ἀλλὰ τὸ ὀλίγα τιμᾶν· μεγαλοκίνδυνος δὲ· καὶ ὅταν κινδυνεύῃ, ἀφειδὴς τοῦ βίου, ὡς οὐκ ἄξιον ἐν πάντως ζῆν, ἐν οἷς εὖ ποιεῖν· εὐεργετικὸν μὲν γὰρ αἰσχύνεται. τὸ μὲν γὰρ ὑπερέχοντος, τὸ δὲ ὑπερεχομένου· καὶ ἀντευεργετικὸς πλείονι· ὅταν γὰρ ὀφειλήσῃ ὁ ὑπάρξας, ἔσται εὖ πεπονθώς. δοκοῦσι δὴ καὶ μνημονεύειν, οἷς ἂν ποιήσωσιν εὖ· ὧν δ' ἂν πάθωσιν, ὀλιγωρεῖν· γὰρ ὁ παθὼν εὖ, τοῦ ποιήσαντος· βούλεται δὴ ὑπερέχειν. καὶ τὰ μὲν ἡδέως ἀκούει, τὰ δ' ἀηδῶς· διὸ καὶ * τὴν Θέτιν οὐ λέγει τὰς εὐεργεσίας τοῦ Διΐ· οὐδ' οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἀλλ' ἃ πεπόνθεσαν εὖ. μεγαλοψύχου δὲ καὶ τὸ μηδενὸς δεῖσθαι, ἢ μόγις· ὑπηρετεῖν δὲ προθύμως· καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν ἀξιώμασι καὶ εὐτυχίαις, μέτρια καὶ σεμνά· πρὸς δὲ τοὺς μέσους, μέτριον. τοῦ μὲν γὰρ ὑπερέχειν, χαλεπὸν καὶ σεμνόν· τῶν δὲ, ῥᾴδιον· καὶ ἐν ἐκείνοις

neroſi

μὴν σπουδαίας, οὐκ ἀγροικος· ἐν δὲ τῖς ταπεινοῖς, φορτικὸν. ὥσπερ εἰς τὰς ἀδυνάτους ἰσχυρίζεσθαι. καὶ εἰς τὸ ἀντιμαμᾶσθαι ἢ πρωτεύειν ἄλλον· καὶ λέγειν ὕπνον καὶ μελετᾶν, ἀλλ' ἢ ὅσα τιμὴ μεγάλη ἢ ἔργον· καὶ ὀλίγον μὲν πραγματεύειν, μεγάλων δὲ καὶ ὀνομαστῶν. ἀναγκαῖον δὲ καὶ φανερόμισον εἶναι καὶ φανερόφιλον· τὸ γὰρ λανθάνειν, φοβουμένου· καὶ μέλειν τῆς ἀληθείας μᾶλλον ἢ τῆς δόξης, καὶ λέγειν καὶ πράττειν φανερῶς. * καταφρονητικῶ γάρ. διὸ παρρησιαστικός. παρρησιαστικῶ δέ, διὰ καταφρονητικὸς καὶ ἀληθευτικός. πλὴν ὅσα μὴ δι' εἰρωνείαν. εἴρωνα δὲ πρὸς τοὺς πολλούς· καὶ πρὸς ἄλλον μὴ ἐνδέχεσθαι ζῆν, ἀλλ' ἢ πρὸς φίλον. δουλικὸν γάρ. διὸ πάντες οἱ κόλακες, ταπεινοί· καὶ οἱ ταπεινοὶ, κόλακες. ἐστὶ θαυμαστικός. ὑπὸ γὰρ μέγα αὐτῷ οὐδέν. ἐστὶ μνησίκακος. ὁ γὰρ μεγαλόψυχος τὸ ὀλιγωρητικὸν, ἀλλως τε καὶ κακά· ἀλλὰ μᾶλλον παρορᾶν· ἐστὶ ἀνθρωπόλογος· οὔτε γὰρ περὶ αὐτοῦ ἐρεῖ, οὔτε περὶ ἑτέρου. οὔτε γὰρ ἂν ἐπαινοῖτο, μέλει αὐτῷ, οὐδ' ὅπως οἱ ἄλλοι ψόγωσιν. ἐστὶ δ' οὐκ ἐπαινετικός τε. διὸ οὐδὲ κακολόγος, οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν,

neroſi hominis eſt: inter humiles autem & infirmos, ridiculum atque ineptum: quemadmodum in imbecillos vires ſuas expromere atque experiri. Eſt ejuſdem, ad ea non ire, quæ honorantur, aut in quibus alij principem locum obtinent. Præterea ceſſatorem & cunctatorem eſſe, niſi ubi aut magnus honor proponatur, aut magna res agatur: Deinde res gerere, paucas illas quidem, ſed magnas, & omnium ſermone famaque celebrandas. Iam vero & apertè cum inimicitias gerere, & apertè amare neceſſe eſt. timentis enim eſt, fronte occultare ſententiam Deinde majorem veritatis, quam opinionis curam habere. Tum apertè & dicere & agere omnia. apertus enim & liber eſt. (hoc enim eſt omnia contemnentis; atque obhoc libertatem orationis uſurpat, & veritatem ſequitur: niſi cum interdum ſimulatione utitur, quod facit ad vulgus.) Eſt & ejuſdem, alterius nutu atque arbitratu vivere non poſſe, niſi amici. Servile enim id eſt. Itaque ut aſſentatores omnes mercenarij quidem ſunt: ſic & humiles ac demiſſi homines aſſentatores. Neque facile admiratur. Nihil enim ei magnum eſt. Neque meminit injurias. Viri enim magnanimi non eſt memorem eſſe, præcipueque malorum, atque etiam potius pro nihilo ea putare. Neque de hominib. loquitur. quippe qui nec de ſe, nec de aliis loqui curet. Nam neque ut laudetur, magnopere curat, neque ut alij vituperentur. Nec rurſus laudator eſt, & ob eandem cauſam neque maledicus: ne in inimicos quidem niſi contumeliæ

60 61 62 63 64 65 1 Rh. 14. 66 67 68 1 Rhet. 11. 69 70 71 72 7 Pol. 7.

irrita-

73 irritatus. In iis autem rebus, quæ aut necessariæ, aut exiguæ sunt, minime queribundus est, neque supplex. est enim hominis nimium studium nimiamque curam in res humanas conferentis, sic
74 affectum esse. Atque etiam ita comparatus est, ut res pulcras atque elegantes, easque steriles, possidere malit, quàm fructuosas & utiles. Hoc enim magis proprium est hominis seipso contenti, & bonorum omnium copiam in sese habentis.
75 Motus quoque magnanimi viri tardus fortasse fuerit, vox gravis, oratio stabilis & sedata. Neque enim festinare
1 Rhet. 21. solet is, qui paucis rebus studet: neque vehementer contendit, cui nihil magnum esse videtur.
76 Propter has causas autem & voxacuta, & celer ingressus esse consuevit. Ac magnanimus quidem
77 talis est. Qui autem modum deserit, is angusto parvoque animo esse dicitur.
79 80 Qui superat: elatus ac superbus. At ne hi quidem mali videntur esse. non sunt enim aliis auctores & causa mali. Ve-
81 rumtamen peccant. Nam qui demisso parvoque animo est, cum sit rebus bonis dignus, ipse se iis fraudat, quæ meretur. Videturque mali quiddam in hoc inesse, ex eo, quod sese bonis esse indignum arbitratur, atque adeo seipsum videtur ignorare. Nam ni ita esset, ea expeteret, quibus dignus est, cum bona
82 sint. Tales homines tamen stulti non videntur esse, sed cunctantes potius.
83 Talis autem opinio, quam de seipsis habent, etiam deteriores eos efficere videtur. Ea enim quæ meretur, quisque expetere consuevit. Ad hæc ab honestis actionib. & studiis, quasi indigni sint,

εἰ μὴ δι' ὕβριν· καὶ περὶ ἀναγκαίων ἢ μικρῶν ἥκιστα ὀλοφυρτικὸς καὶ ἐπιτικός. σπουδάζοντος γὰρ ἄτοπος ἔχειν περὶ ταῦτα· καὶ οὗ μὲν κεκτῆσθαι μᾶλλον τὰ καλὰ καὶ ἄκαρπα τῶν καρπίμων καὶ ὠφελίμων· αὐτάρκους γὰρ μᾶλλον. καὶ κίνησις * ἢ βραδεῖα τοῦ μεγαλοψύχου δοκεῖ εἶναι, καὶ φωνὴ βαρεῖα, καὶ λέξις τάσιμος· ὁ γὰρ σπουδαῖος, ὁ περὶ ὀλίγα σπουδάζων. ὁδὶ σωφρονικός, ὁ μηδὲν μέγα οἰόμενος, ἡ δὲ ὀξυφωνία καὶ ἡ ταχυτὴς, διὰ τούτων. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλόψυχος· ὁ δὲ ἐλλείπων, μικρόψυχος. ὁ δὲ ὑπερβάλλων, χαῦνος. οἱ κακοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν εἶναι, οὐδὲ ὅτι, οἱ γὰρ κακοποιοί εἰσιν· ἡμαρτημένοι δὲ. ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος, ἄξιος ὢν ἀγαθῶν, ἑαυτὸν ἀποστερεῖ ὢν ἄξιος ὧν· καὶ ἔοικε κακόν τι ἔχειν, ἐὰν μὴ ἀξιοῖ ἑαυτὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγνοεῖν δὲ ἑαυτόν· ὡρίσθω γὰρ ἂν ὧν ἄξιος ὢν, ἀγαθῶν γε ὄντων. οἱ μὲν πολλοὶ γε οἱ τοιοῦτοι δοκοῦσιν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον * ὀκνηροί· ἡ τοιαύτη δ' ὀόξα δοκεῖ καὶ χείρους ποιεῖν. ἕκαστοι γὰρ ἐφίενται τῶν κατ' ἀξίαν. ἀφίενται δὲ καὶ τῶν πρᾶξεων τῶν καλῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὡς ἀναξίοι

ὄντες

ὄντες· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἑαυτὸς ἀγαθῶν· οἱ δὲ χαυῶσι, ἠλίθιοι, καὶ ἑαυτὺς ἀγνοοῦντες, καὶ ἔργοτ' ἀπόφασις· ὡς γὰρ ἄξιοι ὄντες, τῆς ἐπίμους ἐπιχειροῦσιν, εἶτα ἐξελέγχονται· καὶ ἐσθῆτι κοσμοῦσι καὶ σχήματι, καὶ τῇ τιμᾶσθαι· καὶ βάλονται τὰ εὐτυχήματα ἵνα φανερὰ εἶναι αὐτοῖς, καὶ λέγουσι περὶ αὐτῶν, ὡς διὰ τούτων τιμηθησόμενοι· ἀντίκειται δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἡ μικροψυχία, μᾶλλον τῆς χαυότητος. καὶ γὰρ γίνεται μᾶλλον, καὶ χεῖρον ἐστι. ἡ μὲν οὖν μεγαλοψυχία, περὶ τιμὴν ἐστι μεγάλην, ὥσπερ εἴρηται.

itemque à bonis externis longè refugiunt. Superbi autem cum stulti sunt, 84
tum seipsos quoque ignorant, neque id obscurè. Nam proinde, quasi digni sint, res amplas & honoratas conantur ac suscipiunt: deinde seipsi, quales sint, indicant, & ab aliis coarguuntur. Tum 85
verò ex vestitu, ex habitu gestuque corporis, & consimilibus aliis ornatum sibi quærunt, suasque res secundas omnibus notas & manifestas esse volunt, & de seipsis prædicant: quasi ex his honorem consecuturi. Magis autem animi ma- 86
gnitudini adversatur humilitas & demissio animi, quam elatio ac superbia. Nam & frequentior est, & aliquid item deterius. Animi igitur magnitudo in 87
magno honore versatur, quemadmodum ostendimus.

CAPVT IV.

De Modestia ejusq; Extremis.

ΔΟΚΕΙ δὲ καὶ περὶ ἕτερόν τινα εἶναι ἀρετή τις, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις ἐλέχθη, ἡ δόξειεν ἂν σωφροσύνης ἔχειν περὶ τὸν μεγαλοψυχίαν, ὥσπερ καὶ ἡ ἐλευθεριότης περὶ τὸν μεγαλοπρέπειαν. ἀμφω γὰρ αὗται, ἔξω μὲν μεγάλα ἀφιεῖσιν· περὶ ἃ δὲ τὰ μέτρια καὶ τὰ μικρὰ διαθέσει ἡμᾶς ὡς δεῖ. ὥσπερ ἡ ἐν λήψει καὶ δόσει χρημάτων, μεσότης ἐστὶ, καὶ ἐπιεικὴς τε καὶ ἔλλειψις· ἔστι καὶ ἐν ὀλιγῃ ὀρέξει, τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον,

VIdetur autem in hoc etiam alia 1
quædam virtus esse occupata, ut in superioribus diximus, quæ ad magnanimitatem parem rationem habere videatur, atque ad magnificentiam liberalitas. Ambæ enim istæ virtutes à ma- 2
gno quidem remotæ sunt: in mediocribus verò & parvis nos ita, ut par est, afficiunt. Porro ut in accipiendis & dan- 3
dis pecuniis locum habent & mediocritas, & id, quod est nimium ac parum: sic etiam in honoris appetitione invenitur & illud, quod est suprà, quam oportet, & illud, quod infrà: Et rursum il-

lud, quod est, Vnde, & Quomodo oportet. Nam & ambitiosum est ubi vituperamus, tanquam nimia honoris cupiditate inflammatum, honoremque unde non oportet, aucupantem: & honoris contemtorem item, ut qui ne ex honestis quidem rebus adipiscendi honoris consilium capiat. Rursus, est cum ambitiosum laudamus, ut virum fortem & honestatis studiosum: honoris contemtorem item, tanquam modestum & temperantem, ut etiam supra diximus. Perspicuum est autem cum multis modis quis hujus vel illius rei amans dicatur, non respectu eodem semper nomen φιλοτίμου efferri: sed si in laude id ponamus, ad eum referri, qui studiosior sit honoris, quam vulgus: sin in vituperio, ad illum, qui studiosior sit illius, quam oporteat. Quoniam autem medietas ipsa vacat nomine, iccirco fit, ut extrema de ejus possessione, quasi de loco vacuo ac deserto concertent. Cæterum quibus in rebus nimium reperitur & parum, in iis etiam medietas. At honorem homines & nimium expetunt, & parum. Eum igitur etiam expetere licet medio modo, & ut oportet. Atque is habitus laudatur: nimirum qui est medietas, in honore expetendo occupata, nomine carens. Videtur autem, si cum ambitione comparetur, honoris contemtio, si cum honoris contemtione, ambitio: sed cum utraque comparata, utriusque speciem quodammodo præ se fert. Atque etiam in reliquis virtutibus eodem modo res videtur habere. Pugnare autem hic videntur inter se extremi, quia ei, qui medius est, nomen impositum non est.

4 1 Rhet. 11.

καὶ * τὸ ὅθεν δεῖ, καὶ ὡς δεῖ. τὸν τε γὰρ φιλότιμον ψέγομεν, ὡς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ὅθεν οὐ δεῖ, τῆς τιμῆς ἐφιέμενον· τόν τε ἀφιλότιμον, ὡς οὐδὲ διὰ τῶν καλῶν προαιρούμενον ὑμᾶς. ἔστι δ' ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινοῦμεν, ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον· τὸν δὲ ἀφιλότιμον, ὡς μέτριον καὶ σώφρονα, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἴπομεν· δῆλον δ' ὅτε πλεοναχῶς ὁ φιλοτιμότερος λεγόμενος, οὐκ ἔστι τὸν αὐτὸν ἀεὶ φέροντα τὸν φιλότιμον· ἀλλ' ἐπαινοῦντες μὲν, ὅταν τὸν μᾶλλον ἢ οἱ πολλοὶ ψέγωσιν, ὅταν τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ. ἀνατύμως δ' ἔσης τῆς μεσότητος, ὡς ἐρήμης, ἔοικεν ἀμφισβητεῖν τὰ ἄκρα· ἐν οἷς δ' ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον. ἐφίενται δὲ τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον· ἔστι δὲ καὶ ὡς δεῖ. ἐπαινεῖται γοῦν ἡ ἕξις αὕτη, μεσότης οὖσα περὶ τιμὴν ἀνώνυμος. φαίνεται δὲ πρὸς μὲν τὴν φιλοτιμίαν, ἀφιλοτιμία· πρὸς δὲ τὴν ἀφιλοτιμίαν, φιλοτιμία. πρὸς ἀμφότερα γάρ, ἀμφότερά πως. ἔοικε δὲ τοῦτ' εἶναι καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς. ἀντικεῖσθαι δ' ἐοικασιν οἱ ἄκροις φαίνοντες, διὰ τὸ μὴ ὠνομάσθαι τὸ μέσον.

CAPVT

CAPVT V.

De Manſuetudine ejuſq; Extremis.

Πραότης δ' ἐστὶ μὲν μεσότης περὶ ὀργάς· ἀνώνυμος δ' ἐστὶ τὸ μέσον, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄκρων, * ἐπὶ τὸν μέσον τιθεὶς πραότητα φέρομεν, πρὸς τὸ ἔλλειψιν δ' ἀποκλίνουσαν, ἀνώνυμον ὄσαν· ἡ δ' ὑπερβολὴ, ὀργιλότης τις λέγοιτ' ἄν. τὸ μὲν γὰρ πάθος ἐστὶν ὀργή. τὰ δ' ἀμπισσῶτα, πολλὰ καὶ διαφέροντα. ὁ μὲν οὖν ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ οἷς δεῖ ὀργιζόμενος, ἔτι δὲ καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσον χρόνον, ἐπαινεῖται πρᾶος δὴ ἔστω ἂν εἴη, εἴπερ ἡ πραότης ἐπαινεῖται. βούλεται γὰρ ὁ πρᾶος, ἀτάραχος εἶναι, καὶ μὴ ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀλλ' ὡς ἂν ὁ λόγος ἄγῃ, ἔτι καὶ ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐπὶ τοσούτῳ χρόνῳ καλὸν παίνειν. ἁμαρτάνειν δὲ δοκεῖ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν· ὁ γὰρ μὴ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. ἡ δ' ἔλλειψις, εἴτ' ἀοργησία τίς ἐστιν, εἴθ' ὅ, τι δήποτε, ψέγεται. οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ, ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ οἱ μὴ ὡς δεῖ, μηδ' ὅτε, μηδὲ οἷς δεῖ. δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι, οὐδὲ λυπεῖσθαι· μὴ ὀργιζόμενός * τε οὐκ εἶναι ἀμυντικός. τὸ δὲ περιπλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, καὶ τοὺς οἰ-

LEnitas autem medietas eſt, quæ in iris verſatur. Sed quia medius vacat nomine, ac ferè etiam ipſi extremi, medio lenitatis nomen damus, ad id extremum, quod eſt parum, propendens: quod ipſum extremum nomine caret. Nimium autem iracundia dici poteſt. Ipſa enim perturbatio ira eſt, cujus multæ & variæ cauſæ ſunt efficientes. Atque is quidem qui, quas ob res, quibuſque hominibus oportet, iraſcitur: præterea vero & quemadmodum, quo tempore, & quamdiu oportet, laudatur. Manſuetus igitur ac lenis appellari ille poterit, ſi modo lenitas eſt laudabilis. Vult enim manſuetus vacare animi tumultu & eſſe quietus, neque rapi perturbatione: ſed prout ratio præceperit ita, & his de cauſis, & tamdiu indignari. Peccare tamen videtur magis in eam partem quæ eſt infra modum. Non enim ad ulciſcendum pronus eſt homo lenis, ſed potius ad ignoſcendum propenſus. Parum autem quod eſt in hoc genere ſive id lentitudinem ſive quo alio nomine placet appellare, vituperatur. Nam cum ii, qui non ſuccenſent ob eas cauſas, ob quas ſuccenſere debent, ſtulti videantur, tum ii quoque, qui non quo modo, nec quo tempore, nec quibus debent. Videtur enim talis prorſus ſenſu carere neque dolorem percipere ullum: cumque non iraſcatur, non facile ad propulſandam injuriam excitari. Affici verò contumelia ſe ſinere, & ſuos contumelia affectos negligere, mancipiorum

1 1 MM. 2.
2 3 Eu. c. 3.
2 Rhe. 3.
3
4 5 Pol. 1 of
5 1 Rhe. 10.
2 Rhe. 2.
6
7
8
9
10
11
12

23 piorum est. Nimium autem hujus generis secundum omnes quidem attributiones in omnibus quidem contrahitur (nam & quibus & propter quas causas irasci non debemus, & vehementius, quam debemus, & citius, & diutius,
24 quam oportet, irascimur.) Non tamen hæc in uno insunt omnia. Neque enim inesse possint. Nam cum malum per se perdat atque interimat; tum si integrum sit intolerabile efficitur. Ὀργίλους
25 igitur seu iracundos quos vocamus, sunt illi quidem irritabiles, celeriterque irascuntur, & quib. & propter quas causas non oportet, & vehementius, quam
26 oportet: Sed iidem tamen placabiles sunt, irascendique finem cito faciunt: quod quidem est in illis vel optimum. Atque hoc eis propterea accedit, quia iram non comprimunt, neque cohibent: sed statim injuria accepta vicem reddunt (nihil occultando, sed præ se ferendo omnia) propter animi concitati celeritatem: deindeque irasci desinunt.
27 Ἀκρόχολοι vero qui dicuntur, id est, quibus bilis supra modum efferuescit, supra modum sunt celeres, & ad omnia & omnib. de causis iracundia exardescunt.
28 Vnde & nomen natum est. At πικροὶ sive amari & acerbi, propemodum sunt implacabiles, diuque in iracundia perseverant. iram enim continent & comprimunt, quæ tum quiescit, cum injuriam ulti fuerint. Vltio enim iram se-
29 dat, eo quod dolore sublato voluptatem affert: quod dum assequi non pos-
2 Rhet. 10. & 11.
30 sunt, grave illud onus molestiæ remanet. Nam quia onus eorum non est aliis notum, nemo eos lenit, aut ut se placabiles præbe-
31 ant, persuadet. Ad iram autem in seipso concoquendam tempore o-

κείας πράξεσι, ἀνθρωποειδῶς. ἡ δὲ ὑπερβολὴ καὶ πάντα μᾶλλον γίνεται· καὶ γὰρ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ θᾶττον, καὶ πλείω χρόνον· οὐ μὴν ἅπαντά γε τῷ αὐτῷ ὑπάρχει. οὐ γὰρ ἂν δύναιτ' εἶναι· τὸ γὰρ κακὸν καθ' αὑτὸ ἀπόλλυσι· καὶ ὀλόκληρον ἢ, ἀφόρητον γίνεται. οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι, ταχέως μὲν ὀργίζονται· καὶ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ· παύονται δὲ ταχέως· ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι. συμβαίνει δὲ αὐτοῖς τοῦτο, ὅτι οὐ κατέχουσι τὴν ὀργήν, ἀλλὰ ἀντιποδίζουσιν· ἡ φανερόν ἐστι διὰ τὴν ὀξύτητα· εἶτα ἀποπαύονται. ὑπερβολῇ δ' εἰσὶν οἱ ἀκρόχολοι ὀξεῖς καὶ πρὸς πᾶν ὀργίλοι, καὶ ἐπὶ παντί. ὅθεν καὶ τοὔνομα· οἱ δὲ πικροὶ δυσδιάλυτοι, καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται. κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν. παῦλα δὲ γίνεται, ὅταν ἀντιποδίσωσι· ἡ γὰρ τιμωρία παύει τὴν ὀργήν, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα. τοῦτο μὲν οὖν μὴ γιγνόμενον, τὸ βάρος ἔχουσι. διὰ γὰρ τὸ μὴ δύνασθαι εἰδέναι, οὐδὲ συμπείθει αὐτοὺς οὐδείς. ἐν αὐτῷ δὲ πέψαι τὴν ὀργήν, χρόνου δεῖ.

pus

μοὶ δὲ οἱ τοῖς τε δαπανῶσι ὀχληρότατοι, καὶ τοῖς μάλιστα φίλοις. χαλεπὸς δὲ λέγομεν, τοὺς ἐφ' οἷς τε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντας, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ πλείω χρόνον, καὶ μὴ διαλλαττομένους ἄνευ τιμωρίας ἢ [*] κολάσεως. τῇ πρᾳότητι δὲ μᾶλλον τὸ ὑπερβολὴν ἀντιτίθεμεν. καὶ γὰρ μᾶλλον γίνεται ἀνθρωπικώτερον γὰρ τὸ μᾶλλον τιμωρεῖσθαι. καὶ οἷς τὰ συμβιωτὰ οἱ χαλεποὶ, χείρως. ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ἔσται καὶ ἐκ τῶν λεγομένων δῆλον. τὸ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι τὸ πῶς, καὶ πρὸς, καὶ ἐπὶ τοῖς, καὶ ποσοῦ χρόνου ὀργιστέον, καὶ μέχρι τίνος ὀρθῶς ποιεῖ τις ἢ ἁμαρτάνει. ὁ μὲν γὰρ μικρὸν παρεκβαίνων, οὐ ψέγεται, ὅτε ἐπὶ τὸ μᾶλλον, ὅτε ἐπὶ τὸ ἧττον. ἐνίοτε γὰρ τοὺς ἐλλειποῦντας ἐπαινοῦμεν, καὶ πραέους φαμέν· καὶ τοὺς χαλεπαίνοντας ἀνδρώδεις, ὡς δυναμένους ἄρχειν. ὁ δὴ πόσον καὶ πῶς παρεκβαίνων, ψεκτὸς, οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ ἀποδοῦναι. ἐν γὰρ τοῖς καθ' ἕκαστα καὶ τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις. ἀλλὰ τό γε ποιῶν δῆλον, ὅτι ἡ μὲν μέση ἕξις, ἐπαινετὴ, καθ' ἣν οἷς δεῖ ὀργιζόμεθα, καὶ ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ πότερα δὲ τριάδι· αἱ δὲ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις κακίαι, καὶ ἡ μὲν ἀοργησία τις, ἡ δὲ ὀργιλότης, καὶ ἡ χαλεπότης.

pus est. Est verò hoc hominum genus cum sibi ipsi molestissimum, tum amicissimis quibusque. χαλεπὸν autem, hoc est, sævos & asperos eos appellamus, qui & propter quas causas non debent & gravius & diutius, quam debent, irascuntur, & qui nunquam placantur, nisi suam injuriam ulti sint, vel etiam eos, quibus irati sunt castigarunt. Lenitati autem magis oppositum esse censemus nimium, quam parum. Frequentius enim est illud: quandoquidem est hominibus ingenium ad ulciscendum proclivius. Præterea quæ sævi & asperi homines ad convictum vitæque consuetudinem minus accommodati sunt. Sed quod jam supra quoque dictum est, ex iis quoque, quæ nunc dicimus, intelligi potest, non esse videlicet facile, oratione distinguere, quomodo, & quibus hominibus, & quibus de causis, & quamdiu sit irascendum, & quousque in iracundia progredi rectum pravumque esse videatur. Non vituperatur enim statim, qui paulum declinat à medio, sive in id, quod est nimium, sive in id, quod parum. Interdum enim eos, qui modum deferunt, laudamus, mansuetosque ac lenes appellamus: interdum eos, qui graviter irascuntur, esse animo virili dicimus, tanquam ad imperandum idoneos. Effigies igitur certa declinationis in hoc genere illius, quæ culpanda sit, non datur. In rebus enim singularibus & sensu judicium hujus rei positum est. Interim illud certè perspicuum est, medium quidem habitum esse laudabilem (per quem, & quibus & propter quas causas, & quo modo oportet, irascimur, cæteraq; id genus omnia)

33 Nimium autem & parum vituperabilia. quæ si non longe absunt à medio, leviter: si longius, graviter: si longissimè,
34 gravissimè sunt vituperanda. Perspicuum igitur est, medium habitum diligenter esse retinendum. Atque ii animi habitus, qui in ira versantur, hactenus sint à nobis expositi.

ζολαὶ καὶ ἐλλείψεις, ψεκταί. ᾗ δεῖ μικρὸν μὲν γινόμεναι, ἠρέμα· δεῖ πλέον δὲ μᾶλλον· δεῖ πολὺ δὲ, σφόδρα· δῆλον οὖν ὅτι τῆς μέσης ἕξεως ἀνθεκτέον. αἱ μὲν οὖν περὶ τὴν ὀργὴν ἕξεις, εἰρήσθωσαν.

CAPVT VI.

De Virtutibus Homileticis: & primò quidem de Humanitate, ejusq; Extremis.

1 M.M.29.1 & 31. 2 Eu.c.7.

IN congressu autem hominum & vitæ quotidianæ consuetudine, in sermonum item ac factorum communicatione alij blandi, seu placendi studiosi videntur esse: qui obsequendi studio laudant omnia, nullaque in re adversantur, seque oportere putant esse eos, qui nihil molestiæ exhibeant iis, quibuscum quotidie versantur. Alij contrà qui videntur in omni re adversari, neque magnopere laborare, ne quem offendant, appellantur morosi, inque contendendo
3 pugnaces ac pervicaces. Hi igitur, quos diximus, animi habitus sunt nimirum vituperabiles, horumque medius laudabilis: quo vir bonus ea omnia, quæ probanda, & ut probanda sunt, probabit:
2 Rhe.17. 4 offendeturque similiter aliis. Nomen autem ei nullum impositum est: sed ad amicitiæ similitudinem proximè videtur accedere. Nam qui hoc medio habitu animi præditus est, ejusmodi est,
1 Rhet.fi. & 2 Rh.4. cujusmodi hominem commodum & amicum bonum significamus, cum quidem ille amandi affectum assumserit.
6 Eo autem differt ab amicitia, quod ani-

Ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις καὶ τῇ συνζῆν, καὶ λόγοις καὶ πραγμάτων κοινωνίαις, οἱ μὲν ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι, οἱ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες, καὶ οὐθὲν ἀντιτείνοντες, ἀλλὰ δὲ οἰόμενοι δεῖν ἄλυποι τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἶναι. οἱ δ' ἐξηναντίας τούτοις πάντα * ἀντιτυποῦντες, καὶ τὸ λυπεῖν οὐδ' ὁπωσοῦν φροντίζοντες, δύσκολοι καὶ δυσέριδες καλοῦνται. ὅτι μὲν οὖν αἱ εἰρημέναι ἕξεις, ψεκταί εἰσιν, οὐκ ἄδηλον· καὶ ὅτι ἡ μέση τούτων ἐπαινετὴ, καθ' ἣν ὁ σπουδαῖος δείξεται ἃ δεῖ καὶ ὡς δεῖ. ὁμοίως γὰρ διαχερανεῖ. ὄνομα δὲ οὐκ ἐπιδέδοται αὐτῇ π. ἔοικε δὲ μάλιστα φιλίᾳ. ταύτην γὰρ ἔχειν ὁ τὴν μέσην ἕξιν, οἷον βουλόμεθα λέγειν τὸν * ἐπιεικῆ φίλον, τὸ σύρρουν περιλαβόντα. διαφέρει δὲ τῆς φιλίας, ὅτι ἄνευ πάθους

δεῖ

δεῖ καὶ ἔ τέχνη, οἷς ὁμιλεῖ. * ἔστι γὰρ τοῦ φιλεῖν ἢ ἐχθραίνειν, δοκιμάζειν ἕκαστα ὡς δεῖ, ἀλλὰ τοῦ ζῆν· ὅσαι· ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους, καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιῆσαι, πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει. ἐπεὶ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθειαν ἢ ἐθιείαν φέρειν τίζειν, ἐπεὶ αὖ λυπεῖν. καθόλου μὲν οὖν εἴρηται, ὅτι ὡς δεῖ ὁμιλήσει· ἀναφέρων δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, ἕκαστα τοῦ μὴ λυπεῖν, ἢ συνηθύειν. ἔοικε μὲν γὰρ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γινομένας. τούτων δὲ ὅσας μὲν αὐτῷ δεῖ μὴ καλὸν ἢ βλαβερὸν συνηθύειν, δυσχεραίνει, καὶ προαιρήσεται λυπεῖν· καὶ τοῦ πεισομένου δὲ ἀχημοσύνῃ φέρη, καὶ τούτῳ μὴ μικρὰν, ἢ βλάβην· ἡ δὲ ἐναντίωσις μικρὰν λύπην, οὐκ ἀποδέξεται, ἀλλὰ δυσχεράνει. διαφερόντως δ' ὁμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι, καὶ τοῖς τυχοῦσι, καὶ μᾶλλον ἢ ἧττον γνωρίμοις. ὁμοίως δὴ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας διαφορὰς, ἑκάστοις ἀπονέμων τὸ πρέπον. καὶ καθ' αὐτὸ μὲν αἱρήσεται τὸ συνηθύειν·

mi motu, amorisque affectu in eos, quibuscum versatur, caret. Neque enim eo, quod vel amet vel oderit, unumquidque sic, ut oportet, approbat: sed quia eo ingenio est, idque instituendæ vitæ consilium cepit. Æquè enim hanc facilitatem erga notos atque ignotos, æquè erga eos, quorum consuetudine utitur, atque illos, quibuscum nulla consuetudine cum junctus est, adhibebit. Sed hoc ita etiam, ut cuique conveniet. non enim æquo modo convenit, homines consuetudine & familiaritate conjunctos, atque alienos curare: neque rursus offendere. Vniversè igitur jam dictum est, eum cum hominibus ita, ut debet, versaturum & communicaturum. Ad honestum tamen & utile suas actiones referendo ita hunc sibi scopum propositum habebit, ne quem offendat, aut, ut delectet potius. Etsi enim in iis voluptatib. ac molestiis versari videtur, quæ in consuetudine vitæ inter homines capiuntur; si quando tamen non nisi cum turpitudine aut damno, consulere alterius delectationi, contristationemque ejus, effugere potest, delectare minimè volet; sed tristitia potius afficiet alterũ. Idemq; faciet, si quid erit, quod ei, qui facit, dedecori sit, aut damno non parvo: ipse autem adversando levi illum molestia afficiat. Ipse enim tum factum illud turpe aut damnosum non probabit, sed improbabit potius ac molestè feret. Aliter autem cum iis communicabit & loquetur, qui dignitate aliqua præditi sunt, aliter cum infimis & quibuscumque hominibus: aliter cum notioribus, aliter cum minus notis. similiterq; in aliis dissimilitudinibus suum cuique tribuet, quod decet. Ac delectationem quidem per se sequetur atque eliget: offen-

sio-

15 sionem contra vitabit: cæterum ad ea, quæ sunt eventura, si majora sint, accommodabit; honestatem, inquam, &
16 utilitatem. denique magnæ in posterum
17 voluptatis causa leviter offendet. Talis igitur ille medius est; proprio ille nomi-
18 ne carens. Obsequio porrò indulgentium is, qui nihil aliud sibi proponit, quam ut sit jucundus: blandus & placendi
19 studiosus appellatur. Qui vero id
7 Rhet. 11. hic spectat, ut aliquam ex eo utilitatem capiat, puta vel in pecuniam, vel in res,
20 quæ pecunia parantur, assentator. At cum, qui omnibus infensus est & indignatur, morosum, & in contendendo pugnacem diximus appellari. Pugnare autem
21 iccirco inter se videntur extrema, quod medietati nomen impositum non est.

λυπῆι ἢ ἐολαβέμῳ· τοῖς ἢ ἐποβαίνουσι, ἐὰν ἢ μείζω, συμπόμῳ· λέγω ἢ τῷ καλῷ καὶ τῷ συμφέροντι· καὶ ἡδονῆς δὲ ἕνεκα τῆς εἰσαῦθις μεγάλης, μικρὰ λυπήσ. ὁ μὲν οὖν μέσ, τοιοῦτός ἐστι· οὐκ ὠνόμασται δέ· τὸ δὲ σωηδωίσ, ὁ μὲν τῷ ἡδὺς εἶναι σπουδάζωμος, μὴ διά τι ἄλλο, ἄρεσκ· ὁ δ' ὅπως ὠφέλιμά τις αὐτῷ γίγνηται εἰς χρήματα, καὶ ὅσα περὶ χρημάτων, κόλαξ. ὁ δὲ πᾶσι δυσχερῶν, εἴρηται ὅτι δύσκολ καὶ δύσερις. ἀντικεῖσθαι δὲ φαίνεται τὸ ἄκρον ἑαυτοῖς, διὰ τὸ ἀνώνυμον εἶναι τὸ μέσον.

CAPUT VII.

De Veritate ejusq; Extremis.

8 M.M. 1. 1 3 Eu. c. 7. 2 3 4 5

IN iisdem autem ferè glorioſæ quoque vanitatis medietas versatur. Atque hæc ipsa etiam nomine vacat. Non erit autem incommodum, tales quoque habitus persequi. Nam & planius ea, quæ ad mores pertinent cognoscemus, singulis explicatis: & virtutes medietates esse magis erit nobis persuasum ac probatum, cum ita esse in omnibus perspexerimus. De iis igitur, qui in convictu, vitæque societate voluptatem & offensionem eorum, quibus cum versantur, spectant, est dictum. Nunc de iis, qui veritatem colunt aut mentiuntur,

Περὶ τὰ αὐτὰ δὲ χειδόν ὅτι καὶ ἡ τῆς ἀλαζονείας μεσότης. ἀνώνυμ δὲ καὶ αὕτη. ἐ χείρ δὲ καὶ τὰς τοιαύτας ἐπιλαβεῖν. μᾶλλόν τι γὰρ ἂν εἰδείημεν τὰ περὶ τὰ ἤθ, καθ' ἕκαστα διελθόντες· καὶ μεσότητας εἶναι τὰς ἕξεις πιστεύσαιμεν ἄν, ὅταν πάντων ὕτως ἔχοι σκοπούμενα· ἐν * δὴ τῷ συζῆν, οἱ μὲν πρὸς ἡδονὴν καὶ λύπην ὁμιλοῦντες, εἰρῆ· περὶ δὲ τὰν ἀληθεύοντα τε καὶ ψευδομένων εἴπωμεν.

ὁμοίως

ὁμοίως ἐν λόγοις καὶ πράξεσι καὶ τῇ αὑτὸν εἰρωνείᾳ. δοκεῖ δὴ ὁ μὲν ἀλαζὼν, φορτικὸς τὰν ἐνδόξων εἶναι, καὶ μὴ ὑπαρχόντων, καὶ μειζόνων ἢ ὑπάρχει· ὁ δὲ εἴρων ἀνάπαλιν, ἐλαττόνων φαίνεται ὑπαρχόντων, ἢ ἐλάττω ποιεῖν· ὁ δὲ μέσος αὐθέκαστός τις ὤν, ἀληθὴς τοῖς τε βίοις, καὶ τοῖς λόγοις, φαίνεται ὁμολογῶν εἶναι περὶ αὑτὸν, καὶ ἔστε μείζω, ἔστε ἐλάττω, ἔστι δὲ τούτων ἕκαστα, καὶ ἕνεκά του ποιῶν καὶ μηθενός. ἕκαστος δὲ οἷός ἐστι, τοιαῦτα λέγει καὶ πράττει, καὶ ἔστω ζῆν, ἐὰν μή τινος ἕνεκα πράττῃ. καθ' αὑτὸ δὲ τὸ μὲν ψεῦδος, φαῦλον καὶ ψεκτόν· τὸ δ' ἀληθὲς, καλὸν καὶ ἐπαινετόν. οὕτω δὲ καὶ ὁ μὲν ἀληθευτικὸς, μέσος ὢν, ἐπαινετός, οἱ δὲ ψευδόμενοι, ἀμφότερον μὲν ψεκτοί· μᾶλλον δὲ ὁ ἀλαζών. περὶ ἑκάτερα δὲ εἴπωμεν· πρότερον γὰρ περὶ τοῦ ἀληθευτικοῦ. οὐ γὰρ περὶ τὰς ἐν τοῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντας λέγομεν. οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν ἢ δικαιοσύνην σωτείνει· ἄλλης γὰρ ἂν εἴη ἕξεως ἀρετῆς· ἀλλ' ὅς * ἂν μηθενὸς ποιητικὸς διαφέρῃ, καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς βίοις ἀληθεύῃ, τῇ τοιᾷδε ἕξει πιστὸς εἶναι. δόξειε δ' ἂν ὁ πιστὸς ἐπιεικὴς εἶναι. ὁ γὰρ φιλαλήθης, καὶ ἐν οἷς μὴ

idque verbis pariter ac factis & simulatione, paucis dicendum est. Videtur igitur 6
vane gloriosus seu arrogans, res sibi gloriosas vendicare solere, quæ non insunt, quæq; sunt iis quæ insunt, majores: Dissimulator cõtra vel ea, quæ insunt, esse negare: vel minora fingere atq; extenuare. 8
Medius vero ille aliquis est, qui de seipso rebusq; suis rectè sentiens, & verax item in oratione, ea, quæ habet, in se esse confiteatur, neque ea verbis augeat, neque extenuet. Nihil autem obstat, quo minus 9
quis hæc singula & alicujus, & nullius rei causa faciat. Qualis vero quisque 10
est, talis ejus & actio & oratio est, talis denique & vita: nisi rei alicujus agat & loquatur gratia. Per se autem mendaci- 11
um quidem malum & vituperabile est, verum autem honestum & laudabile. Ita 12
& verax cum sit medius, laudabilis est: At qui mentiuntur, ambo sunt illi qui- 13
dem vituperandi: sed magis tamen arrogans. De utroque autem dicamus: 14
ac primum de veraci. Non enim de eo 15
loquimur, qui in pactis conventis est verax: neque de eo, qui in rebus, quæ ad injustitiam justitiamve pertinent, (alius enim hæc sunt fortasse virtutis) sed de eo, qui quibus in rebus nihil refert, utrum sit ejusmodi, nec ne, tum in oratione, tum in vita, veritatem colit ac sequitur, eo ipso, quod tali animi habitu sit præditus. Talis autem qui est, 16
vir bonus non immerito videri possit. Nam qui veritatem amat, veraque lo-

1 Rhet. 7.

1 Rhet. vlt.

quitur quibus in rebus id facere nihil attinet, is multo magis in iis verè loquetur, in quibus magnopere refert:
17 Mendacium enim ut rem turpem fugiet, ac vitabit, quod jam etiam per se
18 suapteque natura fugiebat. At talis vir
19 laudabilis est. Ad minus autem eo, quod verè poterat, dicendum ferè propensior est. concinnius enim hoc esse videtur. quoniam omne nimium grave
20 & odiosum est. Qui verò majora sibi, quàm quæ insunt, tribuit ac vendicat, nullius rei causa, est ille quidem improbo similis (aliter enim mendacio non delectaretur) verumtamen levis hominis potius ac nugatoris, quàm mali instar habet. Quod si alicujus rei gratia
21 illud faciat, is quidem, qui gloriæ vel honoris causa facit, non est valde vitu-
22 perandus: ut arrogans. At qui pecuniæ aut aliarum rerum, quæ pecuniæ loco sunt, gratia illud facit, multò est tur-
23 pior. Cæterum non facultate seu potestate, sed consilio & instituta vitæ ratione intelligitur arrogans. Ex habitu enim & eo, quia talis sit, arrogans est:
24 quomodo & mendax. Alius enim mendacio ipso delectatur: alius verò gloriæ quæstusque causa sibi plus, quam par est,
25 sumit atque arrogat. Atque ii quidem, qui cupiditate gloriæ incensi sibi plus æquo tribuunt, ea sibi vendicant, propter quæ homines vel laudari vel beati
26 prædicari solent. Qui autem quæstus causa id faciunt, ea sibi sumunt, de quibus insuper alii fructum percipiant: & verò quæ in glorioso illo non inesse minimè alii intelligant: verbi gratia, jactare se medicum esse, aut vatem,

ψευδόμενον ἀληθινὸν, ἀληθινὸς ἢ ἐν οἷς μεγαφέρει, ἔτι μᾶλλον· ὡς γὰρ αἰσχρὸν, τὸ ψευδὸς εὐλαβήσεται, ὀκνεῖ καὶ καθ' αὑτὸ φεύγειν. ὁ δὲ τοιοῦτος ἐπαινετός. ὅτι τὸ ἔλαττον ἢ μᾶλλον τοῦ ἀληθοῦς ἀποκλίνει· ἐμμελέστερον γὰρ φαίνεται. μεγαλύνεται δὲ τὰ ὑπάρχοντα τοῖς ὑπερβολαῖς ὄγκου· ὁ δὲ μείζω τῶν ὑπαρχόντων σπουδάζων μηδενὸς ἕνεκα, φαύλῳ μὲν ἔοικεν· οὐ γὰρ ἂν ἥδοιτο τῷ ψεύδει· μᾶλλον δὲ φαίνεται μᾶλλον ἢ κακός· εἰ δὲ ἕνεκά τινος, ὁ μὲν διὰ δόξης ἢ τιμῆς, οὐ λίαν ψεκτός· ὡς ὁ ἀλαζών· ὁ δὲ διὰ χρημάτων, ἢ ὅσα εἰς χρήματα, ἀσχημονέστερος. οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δὲ ὅτι ὁ ἀλαζὼν, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει, κατὰ τὸ ἕξιν δὲ, καὶ τὸ τοιόνδε εἶναι, ἀλαζών ἐστιν, ὥσπερ καὶ ψευδής· ὁ μὲν τῷ ψεύδει αὐτῷ χαίρων, ὁ δὲ δόξης ἕνεκα ἢ κέρδους. οἱ μὲν οὖν δόξης χάριν ἀλαζονευόμενοι, τὰ τοιαῦτα προσποιοῦνται, ἐφ' οἷς ἔπαινος ἢ εὐδαιμονισμός· οἱ δὲ κέρδους, οἷον * δοκοῦσι δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ ἃ μανθάνειν ὅτι μὴ ὄντα, οἷον ἰατρὸν ἢ μάντιν * σοφόν.

Διὸ

Διὸ τῶν οἱ πλέοσι σεμνοποιοῦνται τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλαζονικοί). ἔστι γὰρ ὡς ἐν εἰρωνεία. οἱ δ' εἴρωνες μᾶλλον τὸ ἔλαττον λέγοντες, χαρίεντες μᾶλλον τοῖς ἤθεσι φαίνονται). ἡ γὰρ κέρδους ἕνεκα δοκοῦσι λέγειν, ἀλλ' ἀφύζοντες τὸ ὄγκηρόν. μάλιστα δὲ καὶ οὗτοι τὰ ἔνδοξα ἀπαρνοῦνται· οἷον καὶ Σωκράτης ἐποίει. οἱ δὲ καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φανερὰ σεμνοποιούμενοι, βαυκοπαλῆργοι λέγονται), καὶ ὑπαλαζονεύεσθαί εἰσι. καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεία φαίνεται), οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθής. καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ λίαν ἔκθεσις, ἀλαζονικόν. οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ, καὶ περὶ τὰ μὴ λίαν ἐμπόδων καὶ φανερὰ εἰρωνεύονται, χαρίεντες φαίνονται) ἀντικεῖσθαι δὲ ὁ ἀλαζὼν φαίνεται) τῷ ἀληθευτικῷ χείρων γάρ.

aut sophistam. Atque hinc fit, quod plurimi glorioſorum talia in ſe ineſſe ſimulant, & de talibus vanè gloriantur. In iis enim rebus inſunt ea, quæ à nobis ſunt dicta. Diſſimulatores autem, qui omnia ſua verbis elevant, moribus videntur illi quidem eſſe politioribus. non enim lucri cauſa ita loqui videntur, ſed quod elationem animi jactationemque fugiant. Maximè autem etiam hi glorioſa omnia de ſe negant: quod faciebat & Socrates. Qui verò res cum parvas, tum in promtu poſitas diſſimulant, verſuti ſeu delicati veteratores appellantur: ſuntque tales contemnendi. Atque adeo eſt, ubi hoc vitium eſt, qualis Lacedæmoniorum veſtitus (nam ſibi & nimium aſſumere, & parum admodum tribuere, de ſeque omnia detrahere, arrogantis eſt) Sunt rurſum qui moderate utuntur diſſimulatione, eaque diſſimulant, quæ non admodum nota, neque in promtu poſita ſunt: ii politi homines videntur. Arrogans autem ſeu glorioſè vanus potius, quam diſſimulator veraci videtur opponi. Deterior enim eſt.

27 28 29 30 31 32 33

CAPVT IIX.

De Vrbanitate ejuſq; Extremis.

Οὗτος δὴ καὶ ἀνὴρ τοιοῦτος ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ἑκάστῃ διαγωγῇ μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ εὐσχήμων εἶναι· ὁμιλίας γὰρ ἐμμελὴς, καὶ οἷα δεῖ λέγειν, ἢ ὡς ὁμοίως δὲ καὶ ἀκούειν. διοίσει δὲ καὶ τῷ ἐν * ἑκάστοις λέγειν, ἢ τισὶν ἀκούειν. δῆλον δὲ ὡς καὶ

SEd cum ſit in vita etiam requies atque in hac ita degere ſoleant homines, ut ludo & joco vacent, hac quoque in parte videtur congreſſuum ratio quædam eſſe certusque modus, cum dicendi, qualia & quemadmodum dici debent: tum etiam audiendi. Intereritque in ea ratione non parum, anne aliquis loqui inter tales, an item tales loquentes audire debeat. Iam verò perſpi-

1) M. M. 1. 3 Eu. c. 7. 8 Pol. 3. & 5. 3 Rhet. 18.

2 3

cuum est, in his quoque & nimium esse, & parum: quorum utrumque abest à
4 medio. Atque ii quidem, qui risum movendo ultra modum procedunt, scurræ videntur esse, & molesti odiosique homines, ridiculorum singulari cupiditate ac desiderio affecti, magisque sibi hunc scopum propositum habentes, ut risum moveant, quam ut honesta & decora loquantur, nec ejus, in quem salsè
5 dicunt, animum offendant. Qui autem nec ipsi quicquam ridiculè ac salsè dicere queunt, & iis, qui dicunt, infensi sunt, agrestes & insulsi homines habenda sunt. At qui concinnè & lepidè sa-
6 lib. & jocis utuntur, εὐτράπελοι, faceti & urbani nominantur: quasi εὔτροποι, flexibili ac versatili ingenio præditi. videntur enim ista morum esse quidam
7 quasi motus. Porrò ut corpora & horum qualitas ex moribus suis judican-
8 tur: ita & in moribus res habet. Jam vero cum sales & ridicula frequententur, compluresque jocis & salsè dictis magis, quàm par sit, delectentur: fit, ut scurræ faceti appellentur, tanquam humanitate politi homines. Cum quidem differentia eorum sit non parva:
9 quod ex iis, quæ diximus, perspicuum
10 est. Ad mediocritatis autem habitum in hoc genere etiam ea, quæ dexteritas appellatur, accommodata est. Dexteri
11 porro hominis est, ea & dicere & audire, quæ viro bono ac libero conveniunt.
12 Sunt enim quædam, quæ talem virum
13 joco deceat & dicere & audire. Plurimum quoque inter ingenuo dignum & servilem jocum interest: utrique ean-

ἐξ ἕξεως δεῖν ὑπερβολή τε καὶ ἔλλειψις τοῦ μέσου. οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες, βωμολόχοι δοκεῖν εἶναι καὶ φορτικοὶ, γλιχόμενοι πάντως τοῦ γελοίου, καὶ μᾶλλον σκοπὸν ποιούμενοι τὸ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τὸ λέγειν εὐσχήμονα, καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον· οἱ δὲ μήτ' αὐτοὶ ἂν εἰπόντες μηδὲν γελοῖον, τοῖς τε λέγουσι δυσχεραίνοντες, ἄγροικοι καὶ σκληροὶ δοκεῖν εἶναι· οἱ δὲ ἐμμελῶς παίζοντες, εὐτράπελοι προσαγορεύονται, οἷον εὔτροποι. ἔοικε γὰρ ἤθους αἱ τοιαῦται δοκεῖν κινήσεις εἶναι. ὥσπερ δὲ τὰ σώματα ἐκ τῶν κινήσεων κρίνεται, ἅττα καὶ τὰ ἤθη. ἐστὶ δὲ τῷ γελοίῳ, καὶ τῶν πλείστων χαιρόντων τῇ παιδιᾷ, καὶ τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ οἱ βωμολόχοι εὐτράπελοι προσαγορεύονται, ὡς χαρίεντες. ὅπερ δὲ διαφέρουσι, καὶ μικρὸν, ἐκ τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἅλον. τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον καὶ ἡ εὐτραπελία ἐστί. δοκεῖ δὲ δηλοῦν τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθερίῳ ἁρμόττει· ἔστι γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει, καὶ ἀκούειν· καὶ ἡ μὲν ἐλευθερία τῆς δ' ἀνδραποδώδους, καὶ αὖ τῆς παιδι-

παιδιᾶς καὶ ἀπαιδεύτου, ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν. τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον, ἡ αἰσχρολογία· τοῖς δὲ μᾶλλον, ἡ ὑπόνοια· διαφέρει δ' οὐ μικρὸν ταῦτα πρὸς εὐχαριστίαν. πότερον οὖν τὸν μὲ σκώπτοντα ἐρεῖσιν τῷ λέγειν ἃ περὶ ἐλευθέρου, ἢ τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν; ἢ καὶ τοῦτο ἄδηλον, ἀόριστον; ἄλλο γὰρ ἄλλῳ μισητὸν καὶ ἡδύ. τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται. * ἃ γὰρ ὑπομένων ἀκούων, ταῦτα καὶ ποιεῖν δοκεῖ. ἃ δὲ μὴ ποιήσει· τὸ γὰρ σκῶμμα, λοιδόρημά τι ἐστίν· οἱ γὰρ νομοθέται, ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν. ἴσως δὲ καὶ σκώπτειν. ὁ δὴ χαρίεις ὁ ἐλευθέριος, ὥσπερ ἔφαμεν, αὐτὸς νόμος ἂν ἑαυτῷ. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος ἐστίν, εἴτ' ὀνειδίζων, εἴτ' εὐτραπέλως λέγεται· ὁ δὲ βωμολόχος, ἢ πᾶσιν ἐστὶ τὸ γελοῖον, ὁ ἂν ἑαυτοῦ, ὅτε τῶν ἄλλων ἀπέχομαι, εἰ γὲ λοῦσα ποιήσει· ὁ δὲ ἀγροῖκος τοιαῦτα λέγων, ὧν οὐδὲν ἂν ὁ χαρίεις εἴποι. ἔνια δὲ καὶ ἀκούσεται. ὁ δὲ ἄχρι τοιούτων ὁμιλίας ἀποδεκτέος. ποία γὰρ συμβολὴ ὁμοίῳ, πᾶσα δύσχρηστος. * δοκεῖ δὲ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ παιδιὰ ἐν τῷ βίῳ εἶναι ἀναγκαῖον. τρεῖς

diti jocum & ineruditi. Quod quidem ex veteribus & novis comœdiis cuivis intelligere licet. illis enim ridicula res erat obscœnitas: his sententia potius verbis tecta. Inter hæc autem quod ad honestatem & elegantiam multum interest. Vtrum igitur is, qui bene in alterum dicta falsa dicit, ex eo definiendus est, quod ea dicat, quæ liberum decent? an, quod eum, qui audit, non offendat, aut etiam delectet? an verò hoc quoque incertum, nec definitum est? Nam & odiosæ res & jucundæ aliæ sunt aliis: exque tales ipsis sunt etiam auditu, (& exercere item illa videntur.) Nam quæ quisque libenter audit, hæc facere quoq; putatur. Non ergo quidvis faciet urbanus jocator. Cavillatio enim seu falsè dictum, genus quoddam est convicij. At scriptores legum, quædam convicia vetant fieri: Eratque fortasse æquum, cavillationum quoque & falsè dictorum aliqua vetari. Homo igitur politus & ingenuus sic erit affectus. Quippe qui ipse sibi lex sit. Ac medius quidem talis est, sive dexter, sive facetus, sive urbanus appellandus est. Scurra autem ridiculo moderari non potest, cum nec sibi nec aliis parcat, dum modò risum moveat: cum talia denique dicat, quæ humanitate potius homo nunquam diceret: nonnulla autem etiam ejus aures respuerent. Agrestis autem ille & rusticus atque insulsus ad tales congressiones prorsus ineptus & inutilis est. Nam cum ipse nihil ad eas operæ conferat tum omnibus offenditur. Videntur autem ad hominum vitam requies & jocus esse necessaria.

27 Tres igitur ſunt illæ, quas diximus, in vita medietates, quæ omnes in quorundam ſermonum & actionum com-
28 municatione verſantur. Differunt autem, eo, quod una in veritate, reliquæ duæ in jucunditate poſitæ ſunt. Atque harum ipſarum, quæ ad jucunditatem pertinent, altera in jocis, altera in congreſſionibus reliquæque vitæ communitatibus vertitur.

αὐτῶ αἱ εἰρημέναι ἐν τῷ βίῳ μεσότητες. εἰσὶ δὲ πᾶσαι περὶ λόγων τινῶν καὶ πράξεων κοινωνίαν. διαφέρουσι δ', ὅτι ἡ μὲν περὶ ἀλήθειάν ἐστιν, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ. τῶν δὲ περὶ τὸ ἡδονὴν, ἡ μὲν ἐν παιδιαῖς, ἡ δ' ἐν πᾶσι τὸν ἄλλον βίον ὁμιλίαις.

CAPUT IX.

De Verecundia.

1 DE verecundia autem non convenit ita agi, quaſi virtus ſit aliqua. Perturbationi enim quam habitui ſimilior
2 eſt. Itaque definitur illa quidem inſamiæ metus quidam: Exiſtit autem ſimiliter atque metus rerum atrocium. Erubeſcunt enim ij, qui pudore afficiuntur: palleſcunt autem, qui mortem
5 extimeſcunt. Apparet igitur, utrumque quodammodo ad corpus pertinere. Quod quidem perturbationis potius, quam habitus proprium videtur eſſe.
6 Non omni porro ætati, ſed primæ mo-
7 do hæc perturbatio convenit. Qui enim hac ætate ſunt, pudentes & verecundos putamus eſſe oportere: eo quod eorum vita aſſiduis perturbationibus agitetur & multa peccet, à quib. pudo-
8 re revocantur. Adoleſcentes itaque
9 laudamus eos, qui ſunt pudentes: Senem verò ex eo, quod facile ipſum pudeat, nemo laudaverit. Nihil enim hunc agere oportere arbitramur eorum, propter quæ pudor exiſtere ſolet.
10 Nam nec viri boni eſt pudor, ſi quidem

1 M.M. 10. 2 Rhet. 9. 2 Rhe. 6.

ΠΕρὶ δὲ αἰδοῦς οὐ πρέπει λέγειν, ὡς ἀρετῆς, ἔστι γὰρ μᾶλλον ἔοικεν, ἢ ἕξει. ὁρίζεται γοῦν φόβος ἀδοξίας. ἀποτελεῖται δὲ τῷ περὶ τὰ δεινὰ φόβῳ παραπλήσιον. ἐρυθριῶσι γὰρ οἱ αἰσχυνόμενοι· οἱ δὲ τὸν θάνατον φοβούμενοι, ὠχριῶσι. σωματικά δὴ φαίνεταί πως εἶναι ἀμφότερα. ἔοικε δὲ καὶ πάθος μᾶλλον ἢ ἕξις εἶναι. ἐπὶ παντὶ δὴ ἡλικίᾳ τὸ πάθος ἁρμόζει, ἀλλὰ τῇ νέᾳ. οἰόμεθα γὰρ δεῖν τοὺς τηλικούτους αἰδήμονας εἶναι, διὰ τὸ πολλὰ ζῶντας πολλὰ ἁμαρτάνειν, ὑπὸ τῆς αἰδοῦς δὲ κωλύεσθαι. καὶ ἐπαινοῦμεν, τῶν μὲν νέων τοὺς αἰδήμονας· πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός. δόξειε γὰρ οἰόμεθα δεῖν αὐτὸν πράττειν, ἐφ' οἷς ἐστὶν αἰσχύνη. οὐδὲ γὰρ σπουδαῖόν ἐστιν ἡ αἰσχύνη, εἴ τις

εἰ δὲ γίγνεται ἢ ὄφλει τοῖς φαύλοις· οὐδὲ γὰρ πρακτέον τὰ ἁμαρτεῖν. εἰ δ' ἔστι τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχρὰ, τὰ δὲ κατὰ δόξαν, οὐθὲν διαφέρει. οὐδέτερα γὰρ πρακτέα. ὥστ' οὐκ αἰσχυντέον. φαῦλον ἦν τὸ εἶναί τινα τοιοῦτον, οἷον πράττειν τι τῶν αἰσχρῶν. τὸ δ' ὅτῳ ἔχειν, ὡς εἰ πράξειέ τι τῶν τοιούτων, αἰσχυνοῖτο, καὶ διὰ τοῦτ' οἴεσθαι σπουδαῖον εἶναι, ἄτοπον· ὄφλει γὰρ τοῖς ἐπιεικέσιν ἡ αἰδώς. ἐκὼν μὲν οὖν ὁ ἐπιεικὴς οὐδέποτε πράξει τὰ φαῦλα. ἔστω δ' ἂν ἡ αἰδὼς ἐξ ὑποθέσεως σπουδαῖος, εἰ γὰρ πράξει, αἰσχυνεῖται ἄν. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο περὶ τὰς ἀρετάς. εἰ δὲ ἡ ἀναισχυντία φαῦλον, καὶ τὸ μὴ αἰδεῖσθαι καὶ αἰσχρὰ πράττειν, οὐθὲν μᾶλλον τὸ ποιῆσαι πεπεισθαι αἰσχύνεσθαι, σπουδαῖος. οὐκ ἔστι δὲ οὐδ' ἡ ἐγκράτεια ἀρετὴ, ἀλλὰ τις μικτή. ἀνεχθήσεται δὲ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς ὕστερον. νῦν δὲ περὶ δικαιοσύνης ἐπωμεν.

ex rebus malis nascitur: quæ res ne agendæ quidem scilicet sunt. Quod autem alia sunt re turpia, alia opinione, id nihil ad rem. Neutra enim sunt agenda. Ergo pudori locus nullus. Atque est illud quoque improbi hominis, ita comparatum esse, ut turpe aliquid suscipere possit. & ita animatum esse, ut si quid tale admiseris, pudere te velis facti, atque ob hanc causam bonus vir haberi; absurdum est. Eorum enim, quæ sponte nostra agimus, nos pudet. At vir bonus nunquam quicquam mali sponte sua admittet. (Sed si maximè aliquid horum concedatur, tamen non efficitur pudorem esse laudabilem.) Non enim aliter, quàm ex conditione pudor potest bonum videri. Nam si quid turpe admittat quis, tum etiam pudore afficiatur. Sed hujusmodi non est ratio virtutis. Neque vero si vitiosum est, impudentem esse, & minimè vereri suscipere turpia; iccirco turpia agentem pudore affici honestum erit. Iam verò ne continentia quidem virtus est, sed quiddam virtutis habet admistum: De qua posterius dicemus. Nunc autem de justitia disseramus.

H 11 12 13 14 15 16 17 18 19

1 Rhet. 3.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ Νικομαχείων τὸ Ε.

ARISTOTELIS ETHICORUM Nicomachiorum Lib. V.

CAPVT I.

De Justitia & Injustitia.

Huic Libro respondet 4. Eudem.

ΠΕΡΙ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας σκεπτέον, πρὸς

DE justitia autem & injustitia, hoc videndum est, quibus in 1 M.M.34.

πρὸς

actionibus versentur: quænam medietas sit justitia: quarum denique
2 rerum medium sit jus. Quibus in rebus exquirendis & explicandis eadem atque in superioribus via ratione-
3 que utamur. Videmus igitur, cum animi habitum, quo ad res justas gerendas
1 Rhet. 1. homines efficiuntur idonei, quoque res justas agunt & volunt, ab omnib. justi-
4 tiam intelligi & appellari solere: Eodemque modo injustitiam habitum eum, quo & injuriam faciunt, & res
5 injustas volunt. Itaque nobis quoque (quippe qui pingui Minerva hic docemus) hæc primum posita sint & conces-
6 sa. Neque enim ita se res habet in scientiis & facultatibus sive potestatibus, ut
7 in habitib. Facultas enim seu potestas & scientia eadem contrariorum videtur
8 esse: Habitus autem (qui omnes habent aliquem ipsis contrarium habitum) contrariarum ipsis rerum habitus mi-
9 nimè sunt. Verbi gratia, à bona valetudine non proficiscuntur contraria, sed ea, quæ sunt bonæ valetudinis propria, duntaxat. Dicimus enim, aliquem valenter ambulare, cum ita ambulat, ut is,
10 qui bene valet. Sanè quidem sæpenumero è contrario habitu habitus intelligitur contrarius: sæpe vero etiam ex rebus habitui subjectis habitus ipse.
11 Nam si bona corporis habitudo & firma constitutio nota sit, nota erit etiam mala: & cognitis iis, quæ firmam corporis constitutionem efficiunt, firma quoque corporis constitutio erit cognita:
12 Et rursus ex hac ipsa ea, quæ bonam corporis habitudinem efficiunt. Si enim bona corporis habitudo soliditas car-

ποίας τι τυγχάνουσι ὕσαι πρὸξεις, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη. καὶ τὸ δίκαιον, τίνων μέσον. ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κατὰ τὸν αὐτὸν μέθοδον τοῖς προειρημένοις. * ὁρῶμεν δὴ πάντας τὸν τοιοῦτον ἕξιν βουλομένους λέγειν δικαιοσύνην, ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι, καὶ βούλονται τὰ δίκαια. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ ἀδικίας, ἀφ' ἧς ἀδικοῦσι, καὶ βούλονται τὰ ἄδικα. διὸ καὶ ἡμῖν πρῶτον ὡς ἐν τύπῳ ὑποκείσθω ταῦτα· ἐπὶ γὰρ τῶν αὐτὸν ἔχει τρόπον ἐπί τε τῶν ἐπιστημῶν καὶ δυνάμεων, καὶ ἐπὶ τῶν ἕξεων· δυνάμεις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη, δοκεῖ τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι. ἕξις δ', ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων οὔ. * ἀπὸ τῆς ὑγιείας οὐ πράττεται τὰ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ ὑγιεινὰ μόνον. * λέγομεν γὰρ ὑγιεινῶς βαδίζειν, ὅταν βαδίζῃ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων. πολλάκις μὲν οὖν γνωρίζεται ἡ ἐναντία ἕξις ἀπὸ τῆς ἐναντίας· πολλάκις δὲ αἱ ἕξεις, ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων· εἰ γάρ τι γαληνὴ ἡ εὐεξία φανερὰ, καὶ ἡ κακοεξία φανερὰ γίνεται· καὶ ἐκ τῶν εὐεκτικῶν ἡ εὐεξία, καὶ ἐκ ταύτης τὰ εὐεκτικά· εἰ γάρ ἐστιν ἡ εὐεξία πυκνό-

τητος

της σαρκὸς, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀκριβείαν εἶναι μανότητα σαρκός· καὶ τὸ εὐκίνητον, τὸ πυκνὴν πυκνότητι ὁμοίως σαρκί. ἀκολουθεῖ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἐὰν θάτερα πλεοναχῶς λέγηται, καὶ θάτερα πλεοναχῶς λέγεσθαι, οἷον, * οὐ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον. ἔσται ἂν πλεοναχῶς λέγεσθαι ἡ δικαιοσύνη. καὶ ἡ ἀδικία· ἀλλὰ λέγεται τὸ σωίγγυος εἶναι τὴν ὁμωνυμίαν αὐτῶν, λανθάνει· καὶ οὐκ ἔστιν ὁμοίως τὴν πόρρω δηλῆσαι· ἡ γὰρ λεφορὰ πολλὴ, ἡ περὶ τὴν ἰδίαν, οἷον ὅτι καλεῖται κλεὶς ὁμωνύμως. ἥτε ὑπὸ τὸν αὐχένα τῶν ζώων, καὶ ἡ τὰς θύρας κλείουσι. διήρθω δὴ ὁ ἄδικος πλεοναχῶς λέγεται. δοκεῖ δή, ὅ τε παράνομος, ἄδικος εἶναι, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος· ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται, ὅ τε νόμιμος, καὶ ὁ ἴσος· τὸ μὲν δίκαιον ἄρα, τὸ νόμιμον, καὶ τὸ ἴσον τὸ δὲ ἄδικον τὸ παράνομον, καὶ τὸ ἄνισον. * ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος, περὶ τὰ ἀγαθὰ ἔσται, οὐ πάντα, ἀλλὰ περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία, ἃ ὅλως μὲν ἁπλῶς αἰεὶ ἀγαθὰ· τισὶ δὲ, οὐκ αἰεί. οἱ δ' ἄνθρωποι ταῦτα εὔχονται καὶ διώκουσι· δεῖ δ' οὔ

nis est, necesse est malam corporis habitudinem carnis raritatem esse. & quod vim habet efficientem firmæ constitutionis corporis, id ad carnis soliditatem gignendam necessario valebit. Plerumque autem sequitur, ut si altera pluribus modis dicantur, alterorum quoque multi sint significandi modi. verbi gratia, si multæ sint significationes ejus, quod est injustum, multæ erunt & injustitiæ significationes. Multis autem modis justitia & injustitia dici videntur. Sed quia valde est propinqua earum homonymia, iccirco obscurior illa est, neque ita, ut in iis, quæ longè inter se distant, apparet. Magna enim differentia ea est, quæ ex specie est. exempli gratia, clavis apud Græcos uno & communi nomine appellatur ea pars, quæ cervicibus animalium subest, & ea item qua ostia claudunt. Hoc igitur sumtum esto, quot modis homo injustus dicatur. Videtur vero homo injustus esse is, qui contra legem committit, & is, qui sibi plus vendicat, quam par sit, & qui inæqualis est. Ex quo perspicuum est, justum quoque futurum & eum, qui legibus pareat, & eum qui æquus seu æqualis sit. Ius igitur erit tum id, quod legibus sancitur, quod legitimum appellant: tum id, quod æquum est: Et contra, injustum tum id quod in legem committitur, tum id quod iniquum est. Quia vero ex injustis alter pleonectes est, (bonorum videlicet plus sibi rapiens, quam justum est) circa bona ille versatur non quælibet, sed circa illa duntaxat, de quibus prospera fortuna aut adversa usurpatur. (Quæ sunt absolutè quidē illa semper bona: sed huic vel illi non semper: & verò quæ homines optant & persequuntur: cum minimè

nimè ita fieri oporteat: verum optandũ quidem sit unicuiq; ut quæ sunt simpliciter bona, ea ipsi quoq; bona sint; eligen-
23 da autem, quæ sint ipsi bona.) Sane vero injustus iste non semper fertur in id, quod plus est: verum etiam nonnunquam in illud, quod minus: in iis nimi-
24 rum, quæ absolutè sunt mala. Vbi tamen illud hac ratione ei contingit, quia
a Rhet. 10. sub f. videtur etiam minus malum quodammodo bonum esse: cumque pleonectes bonum sequatur, videtur etiam hoc re-
25 spectu pleonectes esse: Est autem simplicius loquendo inæqualis sive iniquus. Hoc enim (vocabulum inæqualis) includit alterum, & est commune. Nam inæquali & id comprehenditur, quod
26 est plus, & illud quod minus. Dicitur idem pleonectes etiam legis violator id est παράνομος: hoc enim vocabulum comprehendit omnem injustitiam, & est
27 commune omni iniustitiæ. Quoniam autem eum, qui contra leges committit, unum esse diximus eorum, qui injusto comprehenduntur, illum vero, qui leges servat, justum: perspicuum est, ea omnia, quæ legitima sunt, quodammo-
28 do esse justa. Nam cum ea, quæ à scientia legum ferendarum descripta & definita sunt, legitima sunt, tum unumquod-
29 que horum jus esse dicimus. Leges porrò omnib. de reb. ita loquuntur, ut vel communem omnium utilitatem spectent, vel optimorum, vel eorum, penes quos summa rerum est potestas: idque vel secundum virtutem, vel secundum
30 aliquem alium modum talem. Quocirca uno modo jura appellamus ea, quæ vitam beatam ejusq; partes
31 civili societate conciliare & conservare possunt. Atq; lex sane & viri fortis

ἀλλ', εὐχεσθαι μὲν τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ, καὶ αἱπῆς ἀγαθὰ εἶναι. αἱρεῖσθαι δ', τὰ αὑτῆς ἀγαθά. ὁ δ' ἄδικος οὐκ αἰεὶ τὰ πλέον αἱρέεται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔλαττον, οἷον τῶν ἁπλῶς κακῶν· ἀλλ' ἔστι δοκεῖ καὶ τὸ μεῖον κακὸν ἀγαθόν πως εἶναι, τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἔστιν ἡ πλεονεξία, διὸ ἔστι δοκεῖ πλεονέκτης εἶναι. ἔστι δὲ ἄνισος· τοῦτο δὲ ἔχει τι κοινόν· καὶ ὑπερέχει. τοῦτο δὲ ἡ ὑπερβολή, ἔτι ἡ ἀνισότης, ὑπερέχει πᾶσι ἀδικίας τι κοινόν ἔστι πάσης ἀδικίας. ἐπεὶ δ' ὁ παράνομος, ἄδικος, δῆλον ὅτι πάντα τὰ νόμιμά ἐστί πως δίκαια. τὰ γὰρ ὡρισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς, νόμιμά ἐστι. καὶ ἕκαστον τούτων δίκαιον εἶναι φαμέν. οἱ δὲ νόμοι ἀγορεύουσι περὶ ἁπάντων, στοχαζόμενοι, ἢ ἐπὶ κοινῇ συμφέρειν πᾶσιν, ἢ τοῖς ἀρίστοις ἢ τοῖς κυρίοις, ἢ κατ' ἀρετὴν, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον τοιοῦτον· ὥστε, ἕνα μὲν τρόπον δίκαια λέγομεν, τὰ ποιητικὰ, καὶ φυλακτικὰ τῆς εὐδαιμονίας καὶ τῶν μορίων αὐτῆς, τῇ πολιτικῇ κοινωνίᾳ πρόσφορα ἢ ὁ νόμος, καὶ

καὶ ἐν ἀνδρείᾳ ἔργα ποιῆν, οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα· καὶ ἐν τῷ φεύγειν, οἷον μὴ μοιχεύειν, μηδὲ ὑβρίζειν· καὶ ἐν πράξει, οἷον μὴ τύπτειν, μηδὲ κακηγορεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἕξεσι καὶ μοχθηρίαις, ἃ μὲν κελεύων, ἐν δὲ ἀπαγορεύων· ὀρθῶς μὲν, ὁ κείμενος ὀρθῶς· χεῖρον δὲ, ὁ ἁπτόμενος. αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη, ἕξις μέν ἐστι τελεία, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον. καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κράτιστον τῶν ἐπιτηδευμάτων εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη. καὶ οὔθ' ἕσπερος, οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστός· καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν,

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή τις,

καὶ τελεία μάλιστα ἀρετή· ὅτι τελείας ἀρετῆς χρῆσίς ἐστι τελεία δ' ἐστὶν, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὴν, καὶ πρὸς ἕτερον δυνατὸς τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὑτόν· πολλοὶ γὰρ, ἐν μὲν τοῖς οἰκείοις, τῇ ἀρετῇ δυνατοὶ χρῆσθαι· ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἕτερον, ἀδύνατοι· καὶ διὰ τοῦτο εὖ δοκεῖ ἔχειν τὸ ῥηθὲν τοῦτο, ὅτι ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυ· πρὸς ἕτερον γὰρ, καὶ ἐν κοινωνίᾳ ἤδη ὁ ἄρχων. διὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο, καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δικαιοσύνη,

fortis muneribus fungi jubet, verbi gratia, locum atq; ordinem in acie tenere, neq; fugere, neq; arma abjicere: Et temperantis: ut, non adulterari, neq; cuiquam stuprum inferre: Et lenis ac mansueti: ut neminem verberare, nemini maledicere. Itemque in cæteris virtutibus ac vitiis, partim jubendo partim vetando; rectè quidem ea lex, quæ rectè ac salutariter: perperam autem, quæ negligenter & inconsideratè lata est. Hæc igitur justitia virtus est illa quidem perfecta: sed non tamen ut ea virtus existit in aliquo; verum ut foras progredietur. ex quorum posterior fit sæpe, ut cum omnium præstantissima virtutum videatur esse justitia. (ac nec Hesperus nec Lucifer tanta est admiratione dignus; solemusque proverbii vice referre illud.

Justitia una aliæ virtutes continet omnes.)

Tum perfecta maximè virtus: nimirum perfectæ virtutis usus. Illud autem, quod perfecta virtus hæc est, inde est, quia, qui ea præditus est, etiam cum aliis & erga alios, non secum solum virtutem colere potest. Plerique enim in suis quidem rebus virtute uti possunt: in iis autem, quas habent cum altero, non possunt. Quocirca præclarè illud Biantis videtur esse dictum, Magistratus virum declarabit. Nam qui magistratum gerit, is jam cum altero rationem habet, & in communione vitæ versatur. Atque ob hanc eandem causam sola ex omnibus virtutibus justitia alienum videtur

detur esse bonum: quia ad alterum referetur ac pertinet. Aliorum enim utilitati consulit: nempe aut principis, aut
40 Reipublicæ. Deterrimus igitur sanè ille habendus est, qui improbitate adversus seipsum utitur, & adversus amicos:
41 Optimus tamen non mox, qui secum & sibi, sed qui cum aliis, & erga alios virtutem colit. Hoc enim opus, hic labor
42 est. Ergo justitia hæc non virtutis pars est, sed virtus universa: neque contraria ipsi injustitia pars vitii est, sed vitium integrum atque universum. Quid
43 porrò interfit inter virtutem, & hanc justitiam, ex iis, quæ diximus, perspicuum
44 est. Est enim eadem illa quidem: sed ejus essentia non est eadem. verum, quâ cum altero rationem habet, justitia est: quâ talis quidam habitus, absolutè virtus est.

μόνη τῶν ἀρετῶν, ὅτι πρὸς ἕτερόν ἐστιν. ἄλλῳ γὰρ τὰ συμφέροντα πράττει, ἢ ἄρχοντι, ἢ κοινῷ. κάκιστος μὲν οὖν * ὁ πρὸς αὐτὸν, καὶ πρὸς τοὺς φίλους χρώμενος τῇ μοχθηρίᾳ· ἄριστος δ' οὐχ ὁ πρὸς αὑτὸν τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ὁ πρὸς ἕτερον· τοῦτο γὰρ ἔργον * χαλεπόν. αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη, οὐ μέρος ἀρετῆς, ἀλλὰ ὅλη ἀρετή ἐστιν. ἡ δ' ἐναντία ἀδικία, μέρος κακίας, ἀλλ' ὅλη κακία. τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων. ἔστι μὲν γὰρ ἡ αὐτή· τὸ δ' εἶναι, οὐ τὸ αὐτό· ἀλλ', ἧ μὲν πρὸς ἕτερον δικαιοσύνη· ἧ δ' ἕξις τοιάδε ἁπλῶς ἀρετή.

CAPVT II.

De Iustitia Particulari ejusq; Speciebus.

1 IVstitiam autem quærimus eam, quæ pars virtutis est. est enim aliqua, ut dicimus: Itemque injustitiam eam, quæ
2 in partibus vitii numeratur. Aliquam porrò esse hujusmodi argumento est, quòd qui agit aliquid eorum, quæ ad cætera vitia pertinent, facit ille quidem injustè, sibi tamen plus boni, quam oportet, non dicitur sumere aut vendi-
3 care. Verbi gratia, qui clypeum abjecit propter ignaviam, aut qui maledixit alteri irâ incensus, aut qui pecuniæ non est alicui opitulatus, propter illibe-
4 ralitatem. Cum autem sibi plus boni

Ζητοῦμεν δέ γε τὸ ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην· ἔστι γάρ τις, ὡς φαμὲν, ὁμοίως δὴ καὶ περὶ ἀδικίας τῆς κατὰ μέρος. σημεῖον δὲ ὅτι ἔστι. κἂν μὲν γὰρ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἕτερος, ἀδικεῖ μὲν, πλεονεκτεῖ δ' οὐδέν· οἷον ὁ ῥίψας τὸν ἀσπίδα διὰ δειλίαν, ἢ ὁ κακῶς εἰπὼν διὰ χαλεπότητα· ἢ ὁ ξημήσας χρήματα, δι' ἀνελευθερίαν· ὅταν δὲ πλεονεκτῇ, πολλάκις

λάκις κατ' ἐδημίαν τῶν ζώντων. ἀλλὰ μὴν ἐδὶ καὶ πάσας, καὶ ποτηρίαν δί γε πάσ. ψέγομεν γὰρ * καὶ κατ' ἀδικίαν. ἔστιν ἄρα γέ τις ἄλλη ἀδικία, ὡς μέρος τι τῆς ὅλης, καὶ ἄδικόν τι ἐν μέρει ἕ ὅλῳ ἀδίκῳ, ἕ παρὰ τὸν νόμον. ἔτι, εἰ ὁ μὲν ἕ κερδαίνει ἕνεκα μετέχειν καὶ πλεονεκτεῖν· ὁ δὲ, πρὸς πᾶσι καὶ ζημιοῦται ὁ δὲ ἐπιθυμίας· τὸν μὲν, ἀκόλαστον δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον ἢ πλεονέκτην· ἐκεῖνον δέ, ἄδικον, ἀκόλαστον δέ· δῆλον ἄρα ὅτι διὰ τὸ κερδαίνειν· ἔτι, τοῖς μὲν τἆλλα πάντα ἀδικήμασι γίνεται ἡ ἐπιφορὰ ἐπί τινα μοχθηρίαν αἰεί· οἷον εἰ μοιχεύουσιν, ἐπ' ἀκολασίαν· εἰ ἐγκαταλίπει τὸν τεταγμένον, ἐπὶ δειλίαν· εἰ δὲ ἐπάταξεν, ἐπὶ ὀργήν· εἰ δὲ ἐκέρδανεν, ἐπὶ ἐδημίαν μοχθηρίαν, ἀλλ' ἢ ἐπ' ἀδικίαν· ὥς τι φανερὸν ὅτι ἐστί τις ἀδικία παρὰ τὰ ὅλα ἄλλη ἐκ μέρει συνώνυμος· ὅτι ἡ ὁμωνυμία ἐν τοῖς αὐτοῖς γένεσι· ἀμφοῖν γὰρ ἐν τοῖς ἑτέροις ἔχειν τὸ δύνασθαι· ἀλλ', ἡ μὲν περὶ τιμὴν, ἢ χρήματα, ἢ σωτηρίαν, ἢ εἴ τιν' ἔχοιμεν ἐν ὀνόματι περιλαβεῖν ἅπαντα· καὶ διὰ ἡδονὴν τὴν ἀπὸ κέρδους· ἡ δὲ, περὶ ἅπαν-

sumit aut vendicat, quàm oportet, sæpe nullo tali vitio peccat. Atqui non etiam omnibus tum peccat: & peccat tamen. Nam & hunc injustitiæ nomine vituperamus. Est igitur alia quædam 5
injustitia, tamquam injustitiæ pars quædam universæ: itemque injustum quoddam, idque ut totius injusti pars: ejus, inquam, quod contra leges committitur. Præterea si quis quæstus causa adul- 6
terium committat, mercedemq; etiam ferat: alius autem cupiditate inflammatus idem faciat, dans etiam aliquid de suo, jacturamque rei suæ faciens: hic quidem intemperans potius, quàm plus sibi sumens & vendicans, videtur: ille autem injustus, at non intemperans, propterea scilicet, quia quæstus causa facit. Præterea in cæteris quidem omni- 7
bus injustè factis si quid peccatur, id semper ad aliquod genus improbitatis refertur. Verbi gratia, si quis adulte- 8
rium commisit, ad intemperantiam: si eum, qui in acie proximus locatus erat deseruit, ad timiditatem: si quem pulsavit, ad iracundiam. At si quæstum fe- 9
cit, ad nullum aliud vitium, nisi ad injustitiam refertur. Perspicuum igitur 10
est, præter totam illam injustitiam, aliam quandam esse, quæ sit tamen huic ex parte συνώνυμος: quoniam eodem genere utraque continetur. Vtriusque enim 11
vis in eo posita est, quod ad alterum refertur. Verum hæc quidem altera ver- 12
satur in honore, aut pecunia, aut salute, aut (si quo uno nomine hæc omnia complecti possimus) in istis omnibus: Et 13
quidem iccirco posita est, quia lucri gratia facilè aliquid delinquitur. Illa 14

1 Pol. 8 & 7.

verò in iis omnibus in quib. vir bonus
15 occupatus est. Iustitias ergo plures esse
aliam item quandam esse præter univer-
16 sam virtutem, perspicuum est. Quæ sit
17 porro & qualis est investigandum. Hoc
igitur ut agamus, illa jam à nobis pro-
posita est injusti sive non juris distinctio,
esse illud, & quod contra leges commit-
titur, sive, inobedientiam legibus: &
quod ab æquitate seu æqualitate remo-
18 tum est. Itemque jus esse unum legiti-
19 mum, æquale alterum. Atq; ex eo qui-
dem injusto, quod est legibus inobedi-
entia, superior injustitia & orta & ap-
20 pellata est. Verum quoniam non est
idem, injustum illud, quod ex inæqua-
litate, cum inobedientia legibus, sed
unum eorum ad aliud relatum est, ut
pars ad totum (nam quicquid iniquum
est, contra leges committitur: sed non
quicquid contra leges committitur,
continuo est iniquum) efficitur, ut hoc
injustum, & hæc injustitia etiam non
sint eadem, atque illa (de quibus prior
loco agebamus) sed ab illis differant,
partiumque ad tota rationem obtine-
21 ant. Hæc enim injustitia totius injustiæ
pars est: itemque totius justitiæ hæc
22 justitia. Itaque & de justitia ea dicen-
dum est, quæ speciei rationem habet, &
de injustitia item, quæ pars est: eodem-
23 que modo de jure atque non jure. At-
que illam quidem cum justitiam, tum
injustitiam, quæ in eodem, atque virtus
universa, vitiumque universum, ordine
locatæ sint (quarum altera totius virtu-
24 tis, altera totius vitij usus est, cum altero) prætermittamus. Ius quoq;
& non-jus, quæ sunt his consentanea, quonam modo discernenda sint,
25 non est obscurum. Nam pleraq; jura legitima ea ferè officia sunt, quæ

καὶ περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος. ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ * δικαιοσυνῶν πλείους, καὶ ὅτι ἔστι τις ἡ ἑτέρα παρὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν, δῆλον· τίς δὲ καὶ ποία τις, λεκτέον. διώρισται δὴ τὸ ἄδικον, τό, τε παράνομον, καὶ τὸ ἄνισον· τὸ δὲ δίκαιον, τό, τε νόμιμον καὶ τὸ ἴσον. ἔστι μὲν οὖν τὸ παράνομον, ἡ πρότερον εἰρημένη, ἀδικία οὖσα. * ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ πλέον οὐ ταὐτὸν, ἀλλ' ἕτερον, ὡς μέρος πρὸς ὅλον· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἅπαν ἄνισον, τὸ δ' ἄνισον οὐ πᾶν πλέον. ἔστι τ' ἄδικον καὶ ἡ ἀδικία οὐ ταὐτὰ, ἀλλ' ἕτερα ἐκείνων· τὰ μὲν, ὡς μέρη· τὰ δ', ὡς ὅλα, μέρος γὰρ αὕτη ἀδικία τῆς ὅλης ἀδικίας· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δικαιοσυνὴ τῆς δικαιοσυνῆς. ὥστε καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσυνῆς καὶ ἀδικίας λεκτέον, καὶ ἓν δίκαιον καὶ ἓν ἄδικον ὡσαύτως. ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν παραγομένη δικαιοσυνὴ καὶ ἀδικία, ἡ μὲν, τῆς ὅλης ἀρετῆς ἐστι χρῆσις πρὸς ἄλλον· ἡ δὲ, τῆς κακίας, ἀφείσθω· καὶ τὸ δίκαιον δὲ καὶ ἄδικον τὸ κατὰ ταύτας φανερὸν ὡς διορισθέν· σχεδὸν γὰρ τὰ πολλὰ τῶν νομίμων τὰ κατὰ τῆς ὅλης

ab u-

ἀρετῆς πεπλήρωκε· ὅτι καθ' ἑκάστην γὰρ ἀρετὴν προστάττει ζῆν, καὶ καθ' ἑκάστην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος· τὰ δὲ περὶ παιδικὰ τῆς ὅλης ἀρετῆς ὅτι τῶν νεμίμων ὅσα νενομοθέτηται περὶ παιδείας τὴν πρὸς τὸ κοινόν. περὶ δὲ τῆς καθ' ἕκαστον παιδείας, καθ' ἣν ἁπλῶς ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι, πότερον τῆς πολιτικῆς ἐστιν, ἢ ἑτέρας, ὕστερον διοριστέον. οὐ γὰρ ἴσως ταὐτὸν ἀνδρί τε ἀγαθῷ εἶναι, καὶ πολίτῃ παντί. τῆς δὲ κατὰ μέρος δικαιοσύνης καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν δικαίου, ἓν μέν ἐστιν εἶδος, τὸ ἐν τιμαῖς, ἢ ἐν χρήμασιν, ἢ τῶν ἄλλων, ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας· ἐν τούτοις γὰρ ἔστι καὶ ἴσον ἔχειν, καὶ ἴσοις ἑτέρῳ ἑτέρου· ἓν δέ, τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν. τούτου δὲ μέρη δύο· τῶν γὰρ συναλλαγμάτων, τὰ μὲν ἑκούσιά ἐστι· τὰ δὲ, ἀκούσια· ἑκούσια μὲν τὰ τοιάδε, οἷον πρᾶσις, ὠνή, δανισμὸς, ἐγγύη, χρῆσις, παράθεσις, μίσθωσις· ἑκούσια δὲ λέγεται, ὅτι ἡ ἀρχὴ τῶν συναλλαγμάτων τούτων, ἑκούσιος· τῶν δὲ ἀκουσίων, τὰ μὲν, λαθραῖα· οἷον κλοπὴ, μοιχεία, φαρμακεία, * προαγωγεία, δουλαπατία, δολοφονία, ψευδομαρτυρία· τὰ δὲ

ab universa virtute præscribuntur. Vni- 26
cuiq; enim virtuti convenienter vivere
lex jubet, & unumquodq; vitium vetat
suscipere. Ad hæc causæ efficientes vir- 27
tutis universæ sunt ea omnia jura legi-
tima, quæ legibus de disciplina ad rem-
publicam utili comprehensa, descripta
& constituta sunt. De privata vero cu- 28
jusque disciplina, qua quis absolutè vir
bonus est, utrum sit prudentiæ civilis,
an alius facultatis, posterius erit dispu-
tandum. Non est enim fortassis idem, 29
virum bonum esse, & cujusvis civitatis 3 Pol. 3.
civem bonum. Ejus autem justitiæ, quæ 30
est partis, jurisque item ejus, quod ipsi
consentaneum est, una species est, quæ
in distributione vel honoris, vel pecu- 3 Rhe. 10. f.
niæ, vel aliarum rerum, quæ inter eos 1 Pol. c. 1. &
dividi possunt, qui ejusdem reipubl. 2. & alibi
communione inter se conjuncti sunt, passim.
versatur. in his enim est, ut alter cum
altero & æquum & iniquum consequa-
tur. Altera, quæ in rebus contrahen- 31
dis vim corrigendi atque emendandi
habet. Hujus porrò duæ sunt partes, 32
contractuum enim alij sponte nostra, 1 Rhe. ult.
alij nobis invitis fiunt. Sponte fiunt, 33
exempli causa, hi, venditio, emtio, mu-
tuum, fidejussio, commodatum, depo-
situm, locatio & conductio. Dicuntur 34
verò sponte fieri, quia horum contra-
ctuum principium est in nostra volun-
tate positum. Eorum autem, qui no- 35
bis invitis fiunt, alij sunt clandestini, ut
furtum, adulterium, veneficium, leno-
cinium, servi alieni corruptio, cædes
dolo facta, falsum testimonium. Alij 36

fiunt

sunt violenti, ut verbera, vincula, mors, rapina, debilitatio corporis, maledictum, contumelia.

ἢ, βίαια, οἷον αἰκίαι, δεσμοὶ, θάνατος, ἁρπαγὴ, πήρωσις, κακηγορία, στιγμὸς.

CAPVT III.

De Iustitiæ æqualitate ac Proportione, Iustoq; Distributivo.

1 QVoniam autem & injustus iniquus, & injustum iniquitas est: perspicuum est aliquod esse etiam ejus, quod iniquum est, medium. Hoc autem est æquum seu æquale. In quacunque enim 2 actione plus est & minus, in ea æquum quoque seu æquale reperitur. Si igitur injustum est iniquitas seu inæqualitas, 3 jus erit æqualitas. Idque etiamsi ratio, cur ita sit, non afferatur, ita videtur 4 omnib. Quoniam autem æquale medium est: jus quoque medium quoddam erit. Atq; æquale quidem in duob. 6 minimum reperitur. Cæterum necesse est jus, quod & medium est, & æquale, 7 & ad aliud referri, & aliquib. esse. Ac quâ medium est, aliquorum est. (quæ quidem sunt plus & minus) quâ æquale, in duobus consistit: quâ jus, aliquibus 8 est. Necessario igitur jus in quatuor minimum versatur. Nam & quibus ut sit 9 jus accidit duo sunt (duæ nimirum personæ) & in quibus jus ipsum situm est 10 (res scilicet duæ.) Atque eadem erit æqualitas & eorum, quibus jus tribuitur, & earum rerum, in quibus jus con- 11 sistit. Nam ut res illæ, in quibus jus positum est, se habent: sic & illi, quibus 12 jus tribuitur. Nisi enim hoc ita sit, æquales non habebunt æqualia. Sed

Ἐπεὶ δ', ὅ, τε ἄδικος ἄνισος, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, δῆλον ὅτι καὶ μέσον τί ἐστι τὸ ἀνίσῳ ἔστι δ' ἐστὶ τὸ ἴσον· ἐν ὁποίᾳ γὰρ πράξει ἐστὶ τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον, ἐστὶ καὶ τὸ ἴσον. εἰ οὖν τὸ ἄδικον ἄνισον, τὸ δίκαιον ἴσον· ὃ καὶ ἄνευ λόγου δοκεῖ πᾶσιν· ἐπεὶ ἢ τὸ ἴσον μέσον, τὸ δίκαιον μέσον τι ἂν εἴη· ἔστι δὲ τὸ ἴσον ἐν ἐλαχίστοις δυσίν· ἀνάγκη τοίνυν τὸ δίκαιον μέσον τε καὶ ἴσον * εἶναι, καὶ πρός τι, καὶ ἤδη μὲν μέσον, τινῶν· ταῦτα δ' ἐστὶ, πλεῖον καὶ ἔλαττον· ἢ δὲ ἴσον ἐστὶ, δυοῖν· ἢ δὲ δίκαιον, τισίν. ἀνάγκη ἄρα τὸ δίκαιον ἐν ἐλαχίστοις εἶναι τέτταρσιν. οἷς τε γὰρ δίκαιον τυγχάνει ὄν, δύο ἐστὶ· καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα, δύο. καὶ ἡ αὐτὴ ἔσται ἰσότης, οἷς, καὶ ἐν οἷς· ὡς γὰρ ἐκεῖνα ἔχει * πρὸς ἄλληλα οἷς, οὕτω κἀκεῖνα ἔχει. * εἰ γὰρ μὴ ἴσοι, οὐκ ἴσα ἕξουσιν· ἀλλ' ἐντεῦθεν αἱ μά-

* Polit. aliquo.

ὰ μάχαι ἢ τὰ ἐγκλήματα, ὅταν ἢ ἴσοι μὴ ἴσα, ἢ μὴ ἴσοι ἴσα ἔχωσι καὶ νέμωνται. ἔτι, ἐκ τοῦ κατ' ἀξίαν ἔστι δῆλον. τὸ γὰρ δίκαιον ἐν πᾶσι ὁμολογοῦσι πάντες κατ' ἀξίαν τινὰ δεῖν εἶναι· τοῦτο μέν τοι ἀξίαν, οὐ πάντα ὡσαύτως λέγουσι πάντες ἀλλ' * οἱ μὲν δημοκρατικοὶ, ἐλευθερίαν· οἱ δ' ὀλιγαρχικοὶ, οἱ μὲν, πλοῦτον· οἱ δ', εὐγένειαν· οἱ ἀριστοκρατικοὶ, ἀρετήν. ὅτι μὲν οὖν τὸ δίκαιον, ἀνάλογόν τι. τὸ γὰρ ἀνάλογον, οὐ μόνον ἐν μοναδικῷ ἀριθμῷ ἴδιόν, ἀλλ' ὅλως ἀριθμοῦ· ἡ γὰρ ἀναλογία, ἰσότης ἐν * λόγοις, καὶ ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις. ἡ μὲν οὖν διηρημένη, ὅτι ἐν τέτταρσι, δῆλον· ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής· τῷ γὰρ ἑνὶ ὡς δυσὶ χρῆσθαι, καὶ δὶς λέγειν· οἷον ὡς ἡ Α, πρὸς τὸν Β, οὕτως καὶ ἡ Β, πρὸς τὴν Γ. δὶς οὖν ἡ Β, εἴρηται. ὥστε * ἂν ἡ Β, τεθῇ δὶς, τέτταρα ἔσται τὰ ἀνάλογα. ἔστι δὲ καὶ τὸ δίκαιον ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός. διῄρηται γὰρ ὁμοίως, οἷς τε, * καὶ ἃ. ἔσται ἄρα ὡς ὁ Α πρὸς τὸν Β, οὕτως ὁ Γ πρὸς τὸν Δ. καὶ ἐναλλὰξ ἄρα, ὡς ὁ Α πρὸς τὸν Γ, ὁ Β πρὸς τὸν Δ. ὥστε καὶ τὸ ὅλον

hinc prælia querelæque & expostulationes: cum aut æquales non æqualia, aut non æquales æqualia consequuntur. Est 13
præterea hoc perspicuum ex illo, quod est Ratio dignitatis. Nam quod jus in 14
distributionib. positum est, id fatentur omnes pro cujusque dignitate esse oportere. Quamquam interim dignitatem 15
non eandem omnes dicunt esse: sed qui 3 Pol. 6.
forma reipubl. administrandæ utuntur populari, libertatem: qui paucorum principatu utuntur, ex his alij divitias, alij nobilitatem generis: Ii autem, apud quos reipub. præsunt optimates, virtutem. Ius igitur proportione & 16
comparatione quadam constat. Non 17
enim solum ejus numeri, quo aliquid numeramus, proprium est, proportione constare; sed etiam ejus, qui universè & omnino numerus est. Proportio enim 18
rationis est æqualitas, quæ in quatuor minimum reperitur. Ac disjunctam 19
quidem proportionem in quatuor consistere non est obscurum. Est verò simi- 20
liter etiam continua seu continens in totidem. Hæc enim loco duorum, uno utetur, & bis unum sumet. Exempli 21
gratia, quæ proportio est lineæ A. ad lineam B. eadem est lineæ B. ad eam, quæ est C. bis sanè hic sumta est secunda. Quod si linea secunda bis sumta fuerit, quatuor erunt, quæ sunt proportione inter se comparata. Atque est & jus mi- 22
nimum in quatuor, eademque etiam in illis ratio est. Distant enim similiter & 23
ij, quibus quid tribuitur, & ea res, quæ distribuuntur. Atque ita quæ 24
est termini A. ad terminum B. proportio, eadem erit & termini C. ad terminum D. Et altera igitur etiam ratione ut terminus A. ad termi- 25
num C. sic B. ad D. Ergo & totum similiter terminis residuis neque 26

compositis erit affectum ad totum, quod quidem hæc distributio copulat: sique ita jam etiam inter se componantur, justè ea copulat ipsa distributio.

27 Igitur termini A. cum termino C. & termini B. cum termino D. conjugatio, jus illud est, quod in distributione consistit,

28 & medium illud. Nam quod proportione constat, medium est. Ius autem

29 proportione constat. Appellant porrò

4 Pol. 12. pr. Mathematici talem proportionem geo-

5 Pol. 1. metricam. In geometrica enim proportione evenit, ut quomodo utrumque cum utroque, sic totum cum toto comparetur. Non est autem continua hæc

30 proportio. Non fit enim, ut terminus unus numero sit, persona cui tribuitur,

31 & res, quæ tribuitur. Ex his igitur satis intelligitur, hoc jus proportione con-

32 stare. Injuriam autem ei oppositam esse

33 aliquidà proportione alienum. Itaque est illud aliud quidem plus, aliud verò minus. Quod quidem etiam in rebus ita esse reperitur, non solum in numeris.

34 Nam is, qui injuriam facit, plus sibi sumpsit ac vendicavit, quàm oportet: ei contrà, qui afficitur injuria, minus obtigit, in bono quidem: cujus contra-

35 rium fit in malo. Boni enim rationem

3 Rhet. 10. sub f. obtinet levius malum, si cum graviore

36 malo comparetur. Nam levius malum

37 optabilius graviore est. Cæterum quod optabile & expetendum est, id bonum

38 est. Atq; hoc sanè juris unum genus est.

πρὸς τὸ ὅλον· ἔπερ ἡ νομὴ συνῳδυάζει· καὶ ἔστως σωστεθῇ, δικαίως συνῳδυάζει· ἡ ἄρα ᾗ α ἔρχ τοῦ γ καὶ ἡ ᾗ β, τοῦ δ ἡ σύζευξις, τὸ ἐν διανομῇ δίκαιόν ἐστι, * καὶ μέσον τὸ δίκαιον. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἀνάλογον· τὸ γὰρ ἀνάλογον, μέσον· τὸ δίκαιον, ἀνάλογον. καλοῦσι δὲ τοῦτο τὸ τοιοῦτον ἀναλογίαν, γεωμετρικὸν οἱ μαθηματικοί· ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον. ἔστι δ' οὐ συνεχὴς αὕτη ἡ ἀναλογία. οὐ γὰρ γίνεται ἐκ ἀριθμῷ ὁρῷ, ᾧ γ ὁ. τὸ μὲν οὖν δίκαιον ἔστω, ἀνάλογον· τὸ δ' ἄδικον, τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον. γίνεται ἄρα τὸ μὲν πλέον, τὸ δὲ ἔλαττον· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων συμβαίνει· ὁ μὲν γὰρ ἀδικῶν, πλεῖον ἔχει· ὁ δ' ἀδικούμενος, ἔλαττον ἀγαθοῦ· ἐπὶ δὲ τοῦ κακοῦ, ἀνάπαλιν· ἐν ἀγαθοῦ γὰρ λόγῳ γίνεται τὸ ἔλαττον κακοῦ, πρὸς τὸ μεῖζον κακόν. ἔστι γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν, μᾶλλον αἱρετὸν ᾗ μεῖζον· τὸ δ' αἱρετὸν ἀγαθὸν, καὶ τὸ μᾶλλον, μεῖζον. τὸ μὲν οὖν ἓν εἶδος δικαίου, τοῦτ' ἔστι.

CAPVT IV.

De Iusto Correctivo, ejusq; Proportione.

1 RElíquum autem alterum jus, illud est, quod correctorium vocatur:

Τὸ δὲ λοιπὸν ἓν, τὸ διορθωτικόν, τὸ γίνεται ἐν τῇ συναλ-

συναλλάγμασι καὶ τῆς ἑκουσίοις, καὶ τῆς ἀκουσίοις. τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον, ἄλλο εἶδος ἔχει τοῦ πρώτου· τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν, αἰεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαιν ἔχει τὴν εἰρημένην· καὶ γὰρ ἂν ἀπὸ κοινῶν χρημάτων γίγνηται ἡ διανομὴ, ἔσται κατὰ τὸν λόγον τὸν αὐτὸν, ὃν ἔχουσι πρὸς ἄλληλα τὰ εἰσενεχθέντα· καὶ τὸ ἄδικον, τὸ ἀντικείμενον τῷ δικαίῳ τούτῳ, * πρῶτον μὲν ἀνάλογόν ἐστι, τὸ δ' ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον, ἔστι μέν πως καὶ τὸ ἄδικον, ἄνισον· ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐκείνην, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει, εἰ σπουδαῖος φαῦλον ἀπέστερησεν, ἢ φαῦλος σπουδαῖον· οὐδ' εἰ ἐμοίχευσεν σπουδαῖος ἢ φαῦλος· ἀλλὰ πρὸς ἅπασαν βλάβην, τὴν διαφορὰν μόνον βλέπει ὁ νόμος, καὶ χρῆται ὡς ἴσοις· εἰ ὁ μὲν, ἀδικεῖ· ὁ δὲ, ἀδικεῖται· καὶ εἰ ὁ μέν, ἔβλαψεν· ὁ δὲ, * βέβλαπται. ὥστε τὸ ἄδικον τοῦτο, ἄνισον ὄν, ἰσάζειν πειρᾶται ὁ δικαστής· καὶ γὰρ ὅταν, ὁ μὲν πληγῇ, ὁ δὲ παίσῃ, ἢ καὶ κτείνῃ, ὁ δὲ ἀποθάνῃ, διῄρηται τὸ πάθος, καὶ ἡ πρᾶξις εἰς ἄνισα. ἀλλὰ πειρᾶται τῇ ζημίᾳ ἰσάζειν, ἀφαιρῶν τοῦ κέρδους· λέγεται γὰρ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅπου τῶν τυχὸν, κἂν εἰ μή τινα οἰκεῖον ὄνομα * εἴη, τὸ κέρδος,

versaturque in rebus & sponte, & invite contractis. Hujus autem juris forma 3
diversa est à priore. Ius enim quod ver- 3
satur in distribuendis rebus, communium rerum est, semperque in ea, quam dixi, proportione constat. Nam de pe- 4
cunia publica quod datur, sicubi earum distributio fiat, id eadem ratione dandum erit, quam habent inter se res ex, quæ ab unoquoque in medium allatæ sunt. Atque injuria ea, quæ huic juri 5
opponitur, à proportione remotum atque aversum quippiam est. Ius autem, 6
quod in contractib. versatur, est illud quidem æquale quiddam, & contra, injuria inæquale: verum non illa proportione sed arithmetica. Nihil enim re- 7
fert, utrum vir bonus malum hominem fraudarit, an malus homo virum bonum. neque utrum vir bonus, an improbus adulterium fecerit: sed damni tantum differentiam intuetur lex: personis ipsis utitur tanquam æqualibus. Si facit injuriam unus, afficitur injuria 8
alter: item si hic damnum intulit, ille accepit. proindeque hoc non justum, quod inæquale quid est, judex exæquare conatur. Nam cum hic percussus fue- 9
rit, ille percusserit: aut etiam occiderit ille, hic autem mortuus fuerit, perpessio ea & actio item in partes inæquales divisa est. Cæterum fraudi, quæ facta est, 10
conatur judex exæquare actionem & perpessionem, de lucro videlicet detrahendo. Vsurpantur enim hæc lata qua- 11
dam significatione, de hujusmodi rebus: etsi alicubi minus sanè convenit & lucri nomen; Verbi gratia, si alterum quis 12

percusserit; & damni similiter, si quis
13 percussus fuerit. Vbi tamen perpessionem mensus fuerit judex, ibi demum hoc damnum, illud lucrum nominatur.
14 Itaque eorum quidem, quæ sunt plus & minus, id quod æquale est, medium est.
15 Lucrum autem & damnum illud quidem
16 plus est, hoc verò minus. Contrariè: boni plus & minus mali, lucrum: contrariè verò comparatum, damnum.
17 Quorum medium est æquale, quod modo demonstrabamus esse id, quod jus
18 dicimus. Erit igitur id jus, quod ad corrigendum & emendandum valet, damni
19 & lucri medium. Itaque & cum aliqua de re inter se dissident, ad judicem con-
20 fugiunt. Adire porro ad judicem, adire
21 ad jus est. Nihil enim videtur aliud esse
22 judex, quam jus animatum: Quæruntque judicem medium: & vocant nonnulli judices *μεσίδιους* intermedios: quasi videlicet facile fit futurum, ut jus
3 Pol. 13. suum obtineant, si medium consequan-
23 tur: Ius ergo medium quiddam est, si
24 quidem etiam judex medius est. Ac judex quidem exæquat & veluti linea in duas partes æquales secta, quo major pars dimidiam superat, hoc de illa detrahit, & ad partem minorem addit.
25 Toto autem in duas partes æquales diviso, tum se suum dicunt obtinere, cum,
26 partes æquales abstulerint. Est autem
4 Pol. 12. pr. æquale illud medium rei majoris & mi-
5 Polit. 1. noris, ad proportionem arithmeticam.
27 Propterque hanc adeo causam *δίκαιον* appellatur, quia *δίχα* ἴσῃ, id est, in duo

οἷον τοῦ παθόξαντος, καὶ ἡ ζημία τοῦ παθόντος. ἀλλ' ὅταν γε μετρηθῇ τὸ πάθος, καλεῖται, τὸ μὲν, ζημία· τὸ δὲ κέρδος. ὥστε, ἐν μὲν πλείονος καὶ ἐλάττονος τὸ ἴσον, μέσον· τὸ δὲ κέρδος καὶ ἡ ζημία, τὸ μὲν, πλέον· τὸ δὲ, ἔλαττον, ἐναντίως. τὸ μὲν, ἐν ἀγαθῷ πλέον ἐν κακῷ δὲ ἔλαττον, κέρδος. τὸ δὲ ἐναντίον, ζημία. ὃν δὲ μέσον τὸ ἴσον, ὃ λέγομεν εἶναι δίκαιον· ὥστε, τὸ μὲν ἐπανορθωτικὸν, δίκαιον ἂν εἴη, τὸ μέσον ζημίας καὶ κέρδους· διὸ καὶ ὅταν ἀμφισβητῶσιν, ἐπὶ τὸ δικαστὴν καταφεύγουσι· τὸν δὲ ἐπὶ τὸν δικαστὴν ἰέναι, ἰέναι ἐστὶν ἐπὶ τὸ δίκαιον· ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι οἷον δίκαιον ἔμψυχον· καὶ ζητοῦσι δικαστὴν μέσον· καὶ καλοῦσιν ἔνιοι * μεσίδιους, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τοῦ ζητουμένου· μέσον ἄρα τὸ δίκαιον, εἴπερ καὶ ὁ δικαστής· ἀ δὲ δικασὴς ἐποιεῖ· καὶ ὥσπερ γραμμῆς εἰς ἄνισα τετμημένης, ᾧ τὸ μεῖζον τμῆμα τῆς ἡμισείας ὑπερέχει, τοῦτ' ἀφαιρεῖ, καὶ τῷ ἐλάττονι τμήματι προσέθηκεν· ὅταν δὲ ὅλα διαιρεθῇ τὸ ὅλον, τότε φασὶν ἔχειν τὸ αὑτοῦ, ὅταν λάβωσι τὸ ἴσον. τὸ δὲ ἴσον, μέσον ἐστὶ τοῦ μείζονος καὶ ἐλάττονος κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. διὸ καὶ τοῦτο καλεῖται δίκαιον, ὅτι δίχα ἐστίν· ὥσπερ

ὥσπερ ἂν εἴ τις εἶπει δίχαιον. καὶ ὁ δικαστὴς, δίχαστής. ἐπεὶ γὰρ δύο ἴσων ἀφαιρεθῇ ἀπὸ θατέρου, πρὸς θάτερον ᾗ πλεονασθῇ, δυοὶ τούτοις ὑπερέχει τὸ ἕτερον· εἰ γὰρ ἀφῃρέθη μὲν, μὴ πλεονασθῇ δέ, εἷς γ' ἂν μόνον ὑπερεῖχε. τοῦ μέσου ἄρα εἷς, καὶ ᾧ μέσον ᾧ ἀφ' οὗ ἀφῃρέθη, εἷς. τούτῳ ἄρα γνωριστέον, τί τε ἀφελεῖν δεῖ ἀπὸ τοῦ πλέον ἔχοντος, καὶ τί προσθεῖναι τῷ ἔλαττον ἔχοντι· ᾧ μὲν γὰρ τὸ μέσον ὑπερέχει, τοῦτο προσθεῖναι δεῖ τῷ ἔλαττον ἔχοντι· ᾧ δὲ ὑπερέχεται, ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ μείζονος· ἴσοι αἱ ἐφ' ὧν, αα, βϵ, γγ, ἀλλήλαις· ἀπὸ τῆς αα, ἀφῃρήσθω τὸ αϵ, καὶ προστεθήσθω τῇ γγ, τὸ ἐφ' ὧν γδ. ὥστε ὅλη ἡ δγγ, τῆς αϵ, ὑπερέχει τῇ γδ, καὶ τῇ γζ. τῆς ἄρα βϵ, τῇ γδ.

α	ϵ	α	
β		β	
γ	ζ	γ	δ

(* ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τοῦτο· ἀνῃρεῖτο γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν καὶ ὅσον καὶ οἷον καὶ τὸ πάσχον ἔπαχε τοῦτο, καὶ τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον.) ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος, ἐκ τῆς ἐκουσίου ἀλλαγῆς· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν, ἢ τὸ κερδαίνειν λέγεται. τὸ δὲ ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς, ζημιοῦσθαι. οἷον ἐν τῇ πωλεῖν καὶ ὠνεῖσθαι, καὶ ἐν ὅσοις ἄλλοις ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος. ὅταν δὲ μήτε

æqualia divisio est, perinde ac si δίχαιον dicas: & δικαστὴς nominatus est quasi δίχαστὴς, id est, qui in duo rem secat. Nam si, cum duæ res sint æquales, id quod ab una fuerit detractum, addatur alteri: his duobus hæc illam superabit. Si enim detractum quidem uni rei fuisset, non autem etiam alteri additum, uno dumtaxat altera alteram superaret. Mediam igitur ea res, cui accessit aliquid, uno superat: & media eam, cui quid detractum est, uno. Ex hoc itaque cognoscemus, & quid ei, qui plus habet, detrahendum sit; & quid ei, qui minus, addendum: Nam quo res media minorem superat, id ei, quæ minus habet, addendum est: quo media superatur, id maximæ detrahendum. Sint tres lineæ AA: BB: CC: inter se æquales. Lineæ AA, detracta sit pars AE. addaturque ad lineam CC. sitque ea pars CD. Ita tota linea D C C. lineam EA. superabit linea C. D. & linea CF. Ergo & lineam BB. linea CD.

A	E	A	
B		B	
C	F	C	D

Nata sunt autem & translata hæc nomina, damnum & lucrum, ab eo contractu qui sponte initur. Nam plus suo obtinere lucrum facere appellatur. Minus autem, quàm re integra oportuerat habere, damno affici dicitur: Vt fit in rebus vendendis & emendis, aliisque contractibus, in quibus per legem licet impunè suis rationibus consulere lucrumque facere. Vbi verò neque plus

neque minus habent, sed idem per idem efficitur, (hoc est, paria paribus respondent) sua se habere dicunt, & neque damnum accepisse, neque quicquam
37 lucri fecisse. Itaque lucri cujusdam & damni medium est jus hoc, eorumq; non sponte, sed præter voluntatem obvenientium; ut nimirum paria habeat uterq; eorum qui contrahunt, ut ante, ita & post contractum.

πλέον, μήτ' ἔλαττον, ἀλλὰ ἀνίσα δι' αὐτῶν γιγνόμενα, τὰ αὐτὰ φασιν ἔχειν, καὶ ὅτι ζημιοῦσθαι, ὅτι κερδαίνειν· ὥστε κέρδους τινὸς καὶ ζημίας μέσον τὸ δίκαιον ἐστὶ τῶν * ἑκόντων τὸ ἑκούσιον, * τὸ ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον.

CAPUT V.

Talio nec in Justitia Distributiva, nec Correctiva locum habet, nisi adhibeatur ἀναλογία: ubi etiam de Indigentia & Nummo. Item Justitiam faciendæ accipiendæq; injuriæ esse Medium.

1 ETsi autem quibusdam videtur mutua seu reciproca perpessio jus esse simpliciter & absolute, quemadmodum
2 Pythagorei dixerunt: (Definiebant enim jus absolutè, id quod quis à se factum, vicissim ab altero pateretur.)
3 Tamen mutua sive reciproca perpessio neque ad id jus quod in distributione bonorum versatur, neque ad id quod ad emendationem factorum valet, accom-
4 modari potest; Tametsi volunt sanè hoc posterius efficere etiam Rhadamanthi jus illud quod fertur:

Si quis quod fecit patiatur, ius erit æquum.

5 Multis enim locis à jure dissidet ac discrepat, veluti si quis magistratum gerens aliquem pulsaverit, non debet vicissim verberari. Et si magistratum quis pulsaverit, non modo ille verberandus,
6 sed etiam supplicio afficiendus est. Præterea multum interest inter id, quod

Δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν· ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς * ἄλλῳ. τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἁρμόττει, οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν. καίτοι βούλονταί γε τοῦτο λέγειν καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον·

Εἴκε παθὼν εἴ τ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο·

πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ· οἷον εἰ ἄρχοντα ἔπαταξεν, οὐ δεῖ ἀντιπληγῶναι· καὶ εἰ ἄρχοντα ἐπάταξεν, οὐ πληγῶναι μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ κολασθῆναι. ἔτι, τὸ ἑκούσιον καὶ τὸ ἀκούσιον διαφέρει

φέρει πλύν. ἀλλ' ὲν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς σωέχει τὸ τοιῦτον δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς, * κατ' ἀναλογίαν, καὶ μὴ κατ' ἰσότητα· τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις· ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν εἰ ἦ μὴ, δουλεία δοκεῖ εἶναι, εἰ μὴ ἀντιποιήσῃ· ἢ τὸ εὖ· εἰ δὲ μὴ, μετάδοσις οὐ γίνεται. τῇ μεταδόσει δὲ συμμένουσι. διὸ καὶ χάριτας ἱεροῖ ἐμποδὼν ποιοῦνται, ἵνα ἀντάποδοσις ἦ· τοῦτο γὰρ χάριτος ἴδιον· ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ δεῖ τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι χαριζόμενον. ποιεῖ δὲ τὴν ἀντίδοσιν * τὸ κατ' ἀναλογίαν, ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις· οἷον οἰκοδόμος ἐφ' ᾧ α, σκυτότομος ἐφ' ᾧ β, οἰκία ἐφ' ᾧ γ, ὑπόδημα ἐφ' ᾧ δ. δεῖ οὖν λαμβάνειν τὸν οἰκοδόμον παρὰ τοῦ σκυτότομου τὸ ἐκείνου ἔργον, καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ μεταδιδόναι τὸ αὑτοῦ. ἐὰν οὖν πρῶτον ᾖ τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον, εἶτα τὰ ἀντιπεπονθότα γένηται, ἔσται * τὸ λεγόμενον· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἴσον, οὐδὲ συμμένει· οὐθὲν γὰρ κωλύει κρεῖττον εἶναι τὸ ἰατρικὸν ἔργον, ἢ τὸ ἀλλότριον. δεῖ οὖν ὁπόσα ἰσασθῆναι. ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ

sponte noſtra, & id quod invitè facimus. Sed in communitatibus rerum contrahendarum ac permutandarum ſanè tale jus, quod reciprocam perpeſſionem ſeu talionem nominant, proportione non æqualitate civilem ſocietatem continet. Factis enim proportione reciprocis manet conjunctio civitatis. Aut enim malum acceptum reponere conantur (quod ſi non liceat, ſervitus eſſe putatur, injuriam referre non poſſe.) Aut ei, qui bene meritus ſit, referre gratiam volunt. quòd ſi non fiat, ſublata eſt rerum communicatio, & officiorum quaſi mutuatio. At rerum communicatione, officiorumque mutuatione ſocietas & conjunctio civium manet. Itaque & Gratiarum templum in propatulo urbis loco conſtituitur, ut ſit remuneratio. Hoc enim gratiæ proprium eſt. Nam ei qui beneficium dederit, referendum beneficium eſt: & is rurſus alterum beneficio provocare debet. Facit autem reciprocam dationem proportione conſtantem ea, quæ mediis tranſverſis lineis fit, conjugatio. Exempli cauſa; ſit ædificiorum opifex A. ſutor B. domus C. calceus D.

A. ædificiorum opifex B. ſutor
C. domus D. calceus.

Ædificiorum igitur opificem oportet à ſutore opus illius ſumere, eique viciſſim ſuum impertiri. Cæterum ſi primum æqualitas ſit ea, quæ proportione conſtat, deindeque reciproca ſive mutua illa perpeſſio fiat, ita jam exſtabit id quod à nobis ſuprà dicebatur. Sin minus, neque erit æqualitas, neq; manebit ſocietas. Nihil enim prohibet, quo minus unius opus alterius opere ut præſtabilius. Hæc igitur exæquata ſint oportet. Quod idē fit

1 Politi.

im

in aliis artibus. Tollantur enim funditus & concidant, nisi quod, & quantũ, & quale, id quod efficiendi vim habet, efficit: idipsum & tantundem & tale accipiat id,
20 quod patitur. Non enim ex duobus medicis societas constare potest, sed ex medico & agricola, & omnino ex diversis ac dissimilibus atque inæqualibus, quos
21 tamen oporteat exæquari. Quapropter quarum rerum fit permutatio, eas res oportet esse ejusmodi, ut inter se quo-
22 dammodo comparari possint. Atque ad hanc rem numus quæsitus & comparatus est, qui omnium rerum quodammodo sit medius seu mensura.
23 Nam res omnes metitur. quare & nimium & parum metitur: quotnam videlicet calcei domui vel alimento sint
24 æquales. Oportet vero quam proportionem & comparationem habet ædificandi artifex ad sutorem, tot numero calceos cum domo aut alimento com-
25 parari. Nam si hoc non ita fiet, neque erit permutatio, neque communitas.
26 Talis verò analogia inter hæc non potest esse, nisi quodammodo sint æqua-
27 lia. Ergo, quemadmodum supra dixi, unum quiddam esse oportet, quod cætera omnia metiatur. Hoc porrò re quidem vera usus, seu indigentia est: quæ
28 omnia continet. Nam si nulla re egerent homines, aut si non similiter egerent, vel nulla, vel non eadem esset per-
29 mutatio. Sed succedaneus, &, ut ita dicam, vicarius indigentiæ ex hominum quasi compacto & convento factus est
30 Numus. Atque is hanc ob causam νόμισμα dicitur, à legis vocabulo: quia non natura, sed lege valet, estq; in nobis situm, eum mutare, inutilemque red-

τῶν ἄλλων τεχνῶν· ἀνῃρεθῶσι γὰρ ἂν, εἰ μὴ * ἐπίσης τὸ ποιοῦν, ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔσται ἐπίσης ἔτι, καὶ τοσοῦτον, καὶ τοιοῦτον· οὐ γὰρ ἐκ δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ καὶ γεωργοῦ, καὶ ὅλως ἑτέρων καὶ οὐκ ἴσων· ἀλλὰ ταῦτας δεῖ ἰσασθῆναι. διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι, ὧν ἔστιν ἀλλαγή, ἐφ' ὃ τὸ νόμισμα· ἐλήλυθε· καὶ γίνεταί πως * μέσον. πάντα γὰρ μετρεῖ. ὥστε καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν, πόσα ἄττα δὴ ὑποδήματα ἴσον οἰκίᾳ, ἢ τροφῇ. δεῖ τινα ὅσα ὁ οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον, τοσαδὶ ὑποδήματα πρὸς οἰκίαν, ἢ τροφήν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ, οὐδὲ κοινωνία. τοῦτο δ', εἰ μὴ ἴσα ἔστι πως, οὐκ ἔσται. δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον. τοῦτο δ' ἐστὶ, τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, ἡ πάντα συνέχει· εἰ γὰρ μηδὲν δέοιντο, ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ, ἢ οὐχ ἡ αὐτή· οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γίγνον κατὰ συνθήκην· καὶ διὰ τοῦτο ὄνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν καὶ ποιῆσαι ἀ-

σαι ἀλλήλων. ἔστι δὲ ἀντιπεπονθὸς, ὅταν ἰσασθῇ. ὥστε ὥσπερ γεωργὸς πρὸς σκυτοτόμον, τὸ ἔργον τοῦ σκυτοτόμου πρὸς τὸ τοῦ γεωργοῦ, εἰς χρῆμα καὶ ἀναλογίας ἀνάγειν δεῖ ἄγειν, ὅταν ἀλλάξωνται. εἰ δὲ μή, οὐκ ἔστιν ἀμφοτέροις ἔξειν τὰς ὑπερβολάς· τὸ ἔπεσθαι ἄκρου. ἀλλ' ὅταν ἔχωσι τὰ αὑτῶν, οὕτως ἴσοι καὶ κοινωνοί. ὅτι αὕτη ἡ ἰσότης δύναται εἶναι ἐπ' αὐτῶν γίνεσθαι. γεωργὸς Α, τροφὴ Γ, σκυτοτόμος Β, τὸ ἔργον αὐτοῦ τὸ ἰσασμένον Δ. εἰ δὲ μὴ οὕτω μὴ ἐνῆν ἀντιπεπονθέναι, οὐκ ἂν ἦν κοινωνία. ὅτι δὲ ἡ χρεία συνέχει ὥσπερ ἕν τι ὄν, δηλοῖ ὅτι ὅταν μὴ ἀντιχρεία ὦσι ἀλλήλων, ἢ ἀμφότεροι, ἢ ἕτερος οὐκ ἀλλάττονται, ὅσπερ ὅταν τις ἃ ἔχει δίδῳ, * δέηταί τις, εἰσὶν οἷς, διδόντες σῖτον ἐξαγωγίου. δεῖ ἄρα τοῦτο ἰσασθῆναι. ὑπὲρ δὲ τῆς μελλήσεως ἀλλαγῆς, εἰ νῦν μηδὲν δεῖται, ὅτι ἔσται, ἐὰν δεηθῇ, τὸ νόμισμα οἷον ἐγγυητὴς ἔστω ἡμῖν· δεῖ γὰρ αὐτὸ φέρειν, εἶναι λαβεῖν. πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο τὸ αὐτό. ἂ γὰρ ἀεὶ ἴσον δύναται. ὅμως δὲ βούλεται μένειν

dere. Secundum hæc igitur perpessio mutua & reciproca tum erit, cum res fuerint exæquatæ. Itaque quam rationem obtinet agricola ad sutorem, eandem rationem habere debet sutoris opus ad opus agricolæ. Sunt autem in figuram proportionis deducendi, ubi jam permutarint suas res inter se: alioqui alterum extremum utramque exsuperantiam habebit. At verò cum suum singuli habuerint, æquales inter se ac socij erunt: quia videlicet hæc modò notata æqualitas in eis poterit tum esse. Agricola A. alimentum C. sutor B. opus sutoris, exæquatum cum alimento D.

A. Agricola B. sutor.
C. alimentum D. opus sutoris, cũ alimento exæquatum.

Porrò si hoc modo non fieret ista vicissim perpessio seu acceptio, nulla societas esset, nulla communitas. Iam quod indigentia societas hominum contineatur, tamquam uno quodam, quod vinculi instar sit, ex eo perspici potest, quod ubi neuter eget re alterius, aut alter omnino non eget, permutatio inter eos esse non solet: quæ tum demum est, cum eo, quod unus habet, alter indiget: puta, cum vino egens exportandi frumenti facit potestatem. Hoc igitur oportet exæquari. Atque ad permutationem futuram, si maxime in præsentia tali re non egeamus, commoda est hæc ratio, ut nimirum ejus parandæ facultas & copia nobis constet, cum re illa videlicet egebimus, ad id veluti sponsor nummus intercedit. Oportet enim nummum afferenti unicuique, eam rem qua egeat, accipere licere. Etsi vero idem illud nummo quoque interdum accidit, (non enim semper æqualem ille vim habet) tamen immutabilis ac stabilis permanere vult.

31 32 33 34 35 36 37 1 Pol. 6 38 39 40

41 re vult. Itaque debent esse res omnes
42 æstimatæ. Sic enim rerum permutatio
43 semper futura est. Quod si erit permu-
44 tatio, erit & societas. Nummus igitur tamquam mensura media intercedens ad consentientem modum omnia exæ-
um bonorum communia) ſunt in eo rerum genere quod eſt ad alterum: & quod ad prudentem attinet, quæ huic nota eſſe debent, πρακτὰ, hoc eſt, ſingularia, ea omnia extremorum numero habenda ſunt. Tum præterea intelligentia & ſententia in iis verſantur, quæ ſunt actionis. qualia omnia ſunt extremorum in numero. Ad hæc mens extremorum eſt in utramque partem. Eſt enim mens & primorum terminorum (id eſt, principiorum univerſalium) & extremorum (id eſt ſingularium) & non ratio: ea mens quidem, quæ in demonſtrationibus occupata eſt in immobilium & primorum terminorum: altera autem, quæ in practicis concluſionibus verſatur, extremi, & ejus, quod eſſe & non eſſe poteſt, & alterius propoſitionis (minoris videlicet) hæ enim propoſitiones (minores videlicet) ejus, quod eſt cujus gratia res agitur, principia ſunt; nam ex ſingularibus oriuntur & conſtant vniverſa. Singularia porro illa ſenſu comprehenſa eſſe oportet: at hic ſenſus mens eſt (quocirca videntur hæc etiam naturalia eſſe: & cum ſapiens nemo ſit natura, tamen & ſententiæ facultate præditus eſt, & eſt intelligens, & mentis ſanitate atque acumine valet quiſque natura. cujus rei hoc argumentum eſt, quod hos habitus ætatum ſocios & comites & veluti aſſeclas eſſe arbitramur: & hæc quædam ætas mente valet, & ſententiæ facultate prædita eſt: perinde quaſi horum ſit effectrix & cauſa natura.) Atque ob illa mens & principium eſt, & finis. Ex his enim conſtat, & de his ſunt demonſtrationes. itaque uſu peritorum & ſenum aut prudentium pronunciatis atque opinionibus, etiam non demonſtratis, non mirus,

quam demonſtrationibus attendendum
23 atque obtemperandum eſt. Nam quoniam per experientiam oculum quendam conſecuti ſunt, principia facile cernunt. Quid ſit igitur ſapientia, & prudentia, & in quibus utraque verſetur,
24 & utramque non eſſe ejuſdem animi partis virtutem, dictum eſt.

σιν ἀξιοῦσι, δεῖ προσέχειν τῶν ἀποδείξεων. Διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσι τὰς ἀρχάς. τί μὲν οὖν ἐστὶν ἡ σοφία, καὶ ἡ φρόνησις, καὶ περὶ τίνα τυγχάνει ἑκατέρα οὖσα, καὶ ὅτι ἄλλη τῆς ψυχῆς μορίου ἀρετὴ ἑκατέρα, εἴρηται.

CAPVT XII.

De Sapientiæ & Prudentiæ utilitate: utra harum ſit melior.

1 SEd quærat aliquis, quam utilita-
2 tem afferant. Sapientia enim nihil eorum conſiderat, quibus homo beatus ſit futurus: quia nullam ad rem, quæ
3 oriatur, quæve agatur, pertinet. Prudentia autem habet hoc illa quidem: ſed quid ea opus eſt? ſiquidem prudentia eſt ea, quæ in rebus juſtis & honeſtis hominique bonis & utilibus occupata eſt: hæ autem res ſunt, quas adminiſtra-
4 re atque agere viri boni eſt: Nihilo quoque ad agendum nos efficiet aptiores earum cognitio, ſiquidem virtutes habitus ſunt, non notitiæ: quemadmo-
5 dum neque aptiores ſumus ſciendo ad effectionem earū rerum, quæ ſunt ſanitatis & quæ roboris: quæ quidem hujus generis ita appellantur, non ex aliquo, quod fiat: ſed ex eo, quod ab habitu
6 proficiſcatur illud, quod fit. nihilo enim aptiores ad agendum talia ſumus, ex eo, quod medicinam aut artem exercendorum corporū teneamus: Quod
7 ſi non propter has cauſas prudentem eſſe oportere, ſed utprobus efficiatur, certè iis, qui jam probi ſunt,

Διαπορήσειε δ' ἄν τις περὶ αὐτῶν τί χρήσιμοί εἰσιν· ἡ μὲν γὰρ σοφία οὐδὲν θεωρεῖ ἐξ ὧν ἔσται εὐδαίμων ἄνθρωπος· οὐ γὰρ περὶ γένεσίν ἐστιν· ἡ δὲ φρόνησις, τοῦτο μὲν ἔχει· ἀλλὰ τίνος ἕνεκα δεῖ αὐτῆς; εἴπερ, ἡ μὲν φρόνησίς ἐστιν, ἡ περὶ τὰ δίκαια, καὶ καλὰ, καὶ ἀγαθὰ ἀνθρώπῳ· ταῦτα δ' ἐστὶν, ἃ ἂν ἀγαθὸς ἀνὴρ ὢν πράττοι· οὐθὲν δὲ πρακτικώτερον τοῦ εἰδέναι αὐτά ἐσμεν, εἴπερ ἕξεις αἱ ἀρεταί εἰσιν· ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά, οὐδὲ τὰ εὐεκτικὰ, ὅσα μὴ τοῦ ποιεῖν, ἀλλὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ἕξεως εἶναι λέγομεν· οὐθὲν γὰρ πρακτικώτεροι τοῦ ἔχειν τὸν ἰατρικὸν ἢ γυμναστικόν ἐσμεν. εἰ δὲ μὴ τούτων χάριν φρόνιμον ἀναγκαῖον, ἀλλὰ δι' ὑγιείαν, τοῖς ἤδη σπου-

δαίοις

δαίοις ἀδὴν ἂν εἴη χρήσιμος· ἔτι δὲ, οὐδὲ τοῖς μὴ ἔχουσιν· οὐδὲν γὰρ διοίσει αὐτοὺς ἔχειν, ἢ ἄλλοις ἔχουσι πείθεσθαι· ἱκανῶς τ' ἔχοι ἂν ἡμῖν ὥσπερ καὶ περὶ τὴν ὑγίειαν· βουλόμενοι γὰρ ὑγιαίνειν, ὅμως οὐ μανθάνομεν ἰατρικήν. πρὸς δὲ τούτοις, ἄτοπον ἂν εἶναι δόξειεν, εἰ χείρων τῆς σοφίας ἔσται, κυριωτέρα οὖσα τῆς ἕξεως· ἡ γὰρ ποιοῦσα, ἄρχει, καὶ ἐπιτάττει περὶ ἕκαστον. περὶ δὴ τούτων λεκτέον· τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐπέρηται περὶ αὐτῶν μόνον· πρῶτον μὲν οὖν λέγωμεν, ὅτι καθ' αὑτὰς ἀναγκαῖον αἱρετὰς αὐτὰς εἶναι, ἕξεις γ' οὔσας, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ μορίῳ· καὶ εἰ μὴ ποιοῖ μηδὲν, μηδ' ἑτέρᾳ αὐτῶν. ἔπειτα καὶ, ποιοῖ μὲν, οὐχ ὡς ἰατρικὴ ἢ, ὑγίειαν, ἀλλ' ὡς ἡ ὑγίεια. * ἔστω ἡ σοφία, εὐδαιμονίαν· μέρος γάρ ἐστι τῆς ὅλης ἀρετῆς, τῷ ἔχεσθαι ποιεῖ, καὶ τῇ ἐνεργεῖν εὐδαίμονα. ἔτι, τὸ ἔργον ἀποπλήρωται κατὰ τὴν τοῦ φρονήσει καὶ τοῦ ἠθικοῦ ἀρετήν. ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν· ἡ δὲ φρόνησις, τὰ πρὸς τοῦτον. τὸ δὲ τρίτον μορίου τῆς ψυχῆς οὐκ ἔστιν ἀρετὴ τοιαύτη, ἢ θρεπτικὴ· οὐδὲν γὰρ ἐπ' αὐτῷ πράξειν, ἢ μὴ πράττειν. περὶ δὲ μηδὲν εἶναι πρακτικωτέρας λόγον τὴν φρόνησιν, τῶν καλῶν καὶ

nihil profutura prudentia est. Præterea 8
nec iis, qui virtute præditi non sunt. nihil enim refert, utrum tales ipsi prudentes sint, an prudentibus obtemperent. Hoc enim satis fuerit. quemadmodũ satis est etiã in valetudine curanda. Neq; 9
enim, tametsi valere velimus, mox etiam medicinam discimus. præterea ab- 10
surdum esse videatur, prudentiam, quæ 1 M.M.c. ult. sub f.
sit deterior sapientia, hac esse potiorem. Cujus enim actio est & efficacitas, ad id 11
pertinet principatus & imperium in singula. De his igitur nunc dicendum est. 12
adhuc enim de iis duntaxat quæstiones proposuimus. Ac primum quidem di- 13
cimus, ambas eas per se necessario esse optabiles & expetendas, cum virtutes sint ambæ, una hujus, altera alterius partis animi. Idque vel tum quoque, si vel neutra earum quicquam efficiat. Porrò efficiunt etiam illæ aliquid non 14
sane ut sanitatem medicina: sed ut sanitas ea, quæ sunt sani hominis propria, sic sapientia vitam beatam. Nam cum 15
sit pars universæ virtutis, eo quod inest ut habitus, & quod suo munere fungitur, beatum facit. Præterea ex pru- 16
dentia atque ex ea virtute, quæ ad mo- 2 Eu. c. 11. 7 Po. 1. & 13
res pertinet, opus virtutis absolvitur. 1 Rhe. 7.
Virtus enim scopum propositum agenti, rectum efficit: prudentia vero ea, 17
quæ ad scopum ducunt. Quartæ autem 18
animi partis, in qua vis inest alendi, nulla talis virtus est. nihil est enim in ea positum, ut vel agatur, vel non agatur. 19
Iam quod supra objectum est, nihilo 1 M. M. c. ult. sub f.
nos aptiores ad res honestas & justas à

prudentia effici, paulo latius nobis hujus rei reperendum principium est, hinc
20 ordientibus. Quemadmodum enim res justas agentes aliquos, nondum tamen justos esse dicimus: ut qui ea, quæ legibus constituta & præscripta sunt, faciunt vel inviti, vel ignorantia, vel propter aliud quippiam: non propter ipsa (& agunt tamen ea, quæ sunt agenda, quæque virum bonum oportet age-
21 re.) Sic res habet ut videtur & in istis: ut scilicet, qui certo quodam modo affectus unumquodque agit, is demum sit
22 bonus. Dico autem (verbi gratia) ut tale consilium ceperit, itemque ut ad certum finem illa, quæ aguntur, agat.
23 Consilium igitur rectum virtus efficit.
24 Ea autem dispicere, quæ illius causa suscipi consueverunt, quod non virtutis, sed cujusdam alterius facultatis munus est: de quibus accuratius & planius est dicendum insistentibus aliquantulum
25 in hoc loco. Est igitur vis seu potestas quædam, quam Δεινότητα solertiam vo-
26 cant. Hæc autem ejusmodi est, ut ea, quæ ad scopum propositum pertinent.
27 agere & consequi possit. Ea, si scopus ille honestus sit, laudabilis: sin malus aut turpis, Versutia est nominanda.
28 Proinde & prudentes & versutos dici-
29 mus δεινὸς, hoc est solertes. Prudentia porro non est hæc facultas: sed tamen
30 non sine hac facultate. Habitus autem huic quasi animi oculo minimè ingeneratur sine virtute: ut & dictum est, &
31 perspicuum est. Ratiocinationes enim ea, quæ sunt de rebus agendis, hujus-

δικαίων, μικρὸν ἄνωθεν δεκτέον, λαβόντας δεχὴν τούτων. ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ δίκαια λέγομεν πράττοντάς τινας ἤδη δικαίους εἶναι, οἷον τοὺς τὰ ὑπὸ τῶν νόμων τεταγμένα ποιοῦντας, ἢ ἄκοντας, ἢ διὰ ἄγνοιαν, ἢ δι' ἕτερόν τι, καὶ μὴ δι' αὐτά· καίτοι πράττουσί γε ἃ δεῖ, καὶ ὅσα χρὴ τὸν σπουδαῖον, ἅπερ ὡς ἔοικεν, ὅτι τὸ πῶς ἔχοντα πράττειν ἕκαστα, ὡς εἶναι ἀγαθόν· λέγω δ', οἷον, ἐὰν προαιρῆται, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα τῶν πραττομένων. τὸ μὲν οὖν προαίρεσιν ὀρθὴν ποιεῖ ἡ δεκτή· τὸ δ' ἃ ἐκείνης ἕνεκα πέφυκε πράττεσθαι, οὐκ ἔστι τῆς δεκτῆς, ἀλλ' ἑτέρας δυνάμεως. λεκτέον δ' ὑπισχνουμένοις σαφέστερον περὶ αὐτῶν. ἔστι δή τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα· αὕτη δ' ἐστὶ τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα, δύνασθαι ταῦτα πράττειν καὶ τυγχάνειν αὐτῶν· ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾖ καλὸς, ἐπαινετὴ ἐστίν· ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία· διὸ καὶ τοὺς φρονίμους δεινοὺς, καὶ * ἢ πανούργους φαμὲν εἶναι. ἔστι δὲ ἡ φρόνησις, οὐχ ἡ δύναμις, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης. ἡ δὲ ἕξις τῷ ὅλῳ ματι τύτῳ γίνε) τῆ ψυχῆς, οὐκ ἄνευ ἀρετῆς,

ὡς εἴρηταί τε καὶ ἔστι δῆλον· αἱ δὲ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν δεκτὰ ἔχου-

ἔχουσίς εἰσιν· ἐνίοτε δ' οὐδὲ τὸ τέλος καὶ τὸ ἄριστον, ὅτι δή ποτε ἔστ' ἔστω γὰρ λόγου χάριν τὸ τυχόν. τοῦτο δ', εἰ μὴ τῷ ἀγαθῷ, οὐ φαίνεται· διαστρέφει γὰρ ἡ μοχθηρία, καὶ διαψεύδεσθαι ποιεῖ περὶ τὰς πρακτικὰς ἀρχάς. ὥστε φανερὸν, ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι, μὴ ὄντα ἀγαθόν.

modi sunt: QVONIAM ISTE FINIS EST, ET HOC OPTIMVM. quodcumque illud tandem sit: esto enim, verbi gratia, quodlibet. hoc autem optimum & ille finis, 32
non nisi viro bono apparet. Pervertit 33
enim & depravat judicium rationis vitiositas, efficitque, ut de principiis actionum falsum judicemus: ex quo 34
perspici potest, fieri non posse ut quis sit prudens, quin idem sit vir bonus.

CAPVT XIII.

De Virtutibus naturalibus, Prudentiæ & καλοκἀγαθίᾳ individuum esse nexum.

Σκεπτέον δὴ πάλιν καὶ περὶ ἀρετῆς· καὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ παραπλησίως ἔχει, ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα· ἢ ταὐτὸν μὲν, ὅμοιον δέ· οὕτω καὶ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ πρὸς τὴν κυρίαν· πᾶσι γὰρ δοκεῖ ἕκαστον τῶν ἠθῶν ὑπάρχειν φύσει πως· καὶ γὰρ δίκαιοι, καὶ σωφρονικοὶ, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ τἆλλα ἕξομεν εὐθὺς ἐκ γενετῆς· ἀλλ' ἕμως ζητοῦμεν ἕτερόν τι, τ' κυρίως ἀγαθὸν εἶναι· καὶ τὰ ὅμοια ἄλλον τρόπον ὑπάρχειν. καὶ γὰρ παισὶ καὶ θηρίοις αἱ φυσικαὶ ὑπάρχουσιν ἕξεις. ἀλλ' ἄνευ τοῦ βλάπτεσθαι φαίνονται ἔσω· πλὴν ὅσον τοῦτο διαφέρει ὁρᾶσθαι, ὅτι ὥσπερ σώματι ἰσχυρῷ ἄνευ ὄψεως κινουμένῳ συμβαίνει σφάλλεσθαι ἰσχυρῶς καὶ βιαίως διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ τοιούτου· ἐὰν δὲ νοῦν ἔχῃ, διαφορώτατα ἔσται τῶν ἀφυῶν πρὸς τὴν πρᾶξιν, καὶ μᾶλλον ἕξει τὸ κυρίως ἀγαθόν.

REdeundum vero nobis denuo est ad 1
considerationem virtutis. Eodem 2
enim fermè modo, quo prudentia & so- 1 M.M.c.
lertia sunt inter se affectæ (non eædem ult.
quidem illæ: cæterum similes tamen) eodem, inquam, modo comparatur & virtus illa naturalis cum ea, quæ propriè & præcipuè virtus est. Vnaquæ- 3
que enim virtus moralis in omnibus ho- 1 M.M.c.3
minibus quodammodo videtur inesse natura. Nam & justi, & temperantes, 4
& fortes sumus, & cæteras item virtutes habemus, cum primum nascimur: sed tamen & aliud quiddam (quod est 5
illud propriè ac vere bonum) ut sit requirimus, virtutesque ejusmodi alio quodam pacto in nobis inesse volumus. Habitus namque isti naturales in pueris 6
quoque, nec non & in bestiis, insunt. Sed quod mentis sunt expertes, detri- 7
mentum videntur afferre: Verumta- 8
men, utut hoc habet, tale aliquid videtur hic ipsis fere oculis cerni: primũ, quod sine videndi sensu movetur, gra-

yes offensiones accidunt, propterea, quod videndi sensu illud caret: sic se
9 rem habere etiam hac in parte. Deinde si mentem adeptum fuerit istud, quo de agitur, incredibile est, quan-
10 tum in agendo valeat: Et verò habitus ipse illi naturali facultati similis, tunc
11 propriè virtus erit. Itaque quemadmodum in ea parte animi, quæ ad opinandum valet, duæ sunt formæ, sollertia & prudentia: ita & in ea, quæ moribus attributa est, duæ: quarum altera est virtus naturalis, altera ea, quæ præcipue & propriè virtus appellatur.
2 M.M.3. 12 quarum hæc, quæ præcipuè virtus est,
3 Pol.4. 13 sine prudentia constare non potest. Itaque & virtutes omnes prudentias esse
14 dicunt. & Socrates quidem partim re-
15 ctè quærebat, partim errabat. Nam quod virtutes omnes prudentias esse putabat, in hoc errabat: quod autem eas non vacare prudentia arbitrabatur,
16 pulchrè dicebat. Cujus rei hoc argumentum est, quod nunc omnes, cum virtutem definiunt, habitum assignant (addentes simul etiam in quibus versetur) rectæ rationi consentaneum. Recta
17 autem ratio est ea, cui prudentia mo-
18 deratur. Ergo omnes quodammodo videntur augurari, talem habitum prudentiæ consentaneum, esse virtutem.
19 Verumtamen paululum decedendum
20 est ab hac sententia. Non enim rectæ rationi consentaneus solum, sed etiam cum recta ratione conjunctus habitus
21 virtus est. Porro recta talibus de rebus
22 ratio est ipsa Prudentia. Itaque Socra-
23 tes virtutes rationes esse existimabat. omnes enim scientias esse. nos autem

κυρῶς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἕξιν, ἵνα τοιοῦτον καὶ ἐνεργῆσαι, ἐὰν δὲ λάβῃ τοῦτο, ἐγγὺς τοῦ πρᾶξαι διαφέρει· ἡ δὲ ἕξις ὁμοία ἐστὶ, τότ' ἔσται κυρίως ἀρετή. ὥστε καθάπερ ἐπὶ τοῦ δοξαστικοῦ, δύο εἴδη ἐστὶν εὐφυΐα, εὐβουλία, καὶ φρόνησις· οὕτως ἐπὶ τοῦ ἠθικοῦ, δύο εἴδη· τὸ μὲν, ἀρετὴ φυσική· τὸ δὲ, ἡ κυρία· καὶ τούτων, ἡ κυρία ἄνευ φρονήσεως· διόπερ φασὶ, πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι· καὶ Σωκράτης, τῇ μὲν, ὀρθῶς ἐζήτει· τῇ δὲ, ἡμάρτανεν· ἐπιμὼ γὰρ φρονήσεις οὔσας εἶναι πάσας τὰς ἀρετὰς, ἡμάρτανεν· ὅτι δὲ οὐκ ἄνευ φρονήσεως καλῶς ἔλεγε. σημεῖον δέ· καὶ γὰρ νῦν πάντες, ὅταν ὁρίζωνται τὴν ἀρετὴν, προσλαμβάνουσι τὴν ἕξιν, εἰς πάντες καὶ πρὸς ἃ ἐστι, τὴν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· ὀρθὸς δὲ, ὁ κατὰ τὴν φρόνησιν. ἐοίκασι δὴ μαντεύεσθαί πως ἅπαντες, ὅτι ἡ τοιαύτη ἕξις, ἀρετή ἐστιν ἡ κατὰ τὴν φρόνησιν. δεῖ δὲ μικρὸν μεταβῆναι· οὐ γὰρ μόνον ἡ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ ἡ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἕξις, ἀρετή ἐστιν. ὀρθὸς δὲ λόγος ἐστὶ τοῦ τοιούτου, ἡ φρόνησις ἐστι. Σωκράτης μὲν οὖν λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι· ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας·

ἡμεῖς

ἡμεῖς δὲ, μὴ λόγῳ· δῆλον δ' ἐστὶν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐκ οἷόν τε ἀγαθὸν εἶναι κυρίως ἄνευ φρονήσεως· οὐδὲ φρόνιμον, ἄνευ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς· ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος οὗτος λύοιτ' ἂν, ᾧ ἀμφισβήτησις ἂν, ὅτι χωρίζονται ἀλλήλων αἱ ἀρεταί· ὑπὸ γὰρ ὁ αὐτὸς ἐνφυέστατος πρὸς ἁπάσας· ὥστε, τῷ μὲν ἤδη, τῷ δ' οὔπω εἰληφὼς ἔσται· τοῦτο γὰρ μὲν τὰς φυσικὰς ἀρετὰς, ἐνδέχεται· καθ' ἃς ἤ ἁπλῶς λέγομεν ἀγαθὸς οὐκ ἐνδέχεται· ἅμα γὰρ τῇ φρονήσει μιᾷ ὕσῃ, πᾶσαι ὑπάρξουσι. δῆλον δὲ, κἂν εἰ μὴ πρακτικὴν ἦν, ὅτι ἔδει ἂν αὐτῆς διὰ τὸ ἕν μορίον ἀρετὴν εἶναι. καὶ ὅτι οὐκ ἔσται ἡ προαίρεσις ὀρθὴ ἄνευ φρονήσεως, οὐδ' ἄνευ ἀρετῆς· ἡ μὲν γὰρ, τὸ τέλος· ἡ δὲ, τὰ πρὸς τὸ τέλος ποιεῖ πράττειν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία γε ἔσται τῆς σοφίας, οὐδὲ τοῦ βελτίονος μορίου· ὥσπερ οὐδὲ τῆς ὑγιείας, ἡ ἰατρική· οὐ γὰρ χρῆται αὐτῇ ἀλλ' ὁρᾷ ὅπως γένηται· ἐκείνης οὖν ἕνεκα ἐπιτάττει, ἀλλ' οὐκ ἐκείνη· ἔτι, ὁμοίως καὶ εἴ τις τῷ πολιτικὴν φαίη ἄρχειν τῶν θεῶν, ὅτι ἐπιτάττει περὶ πάντα ἃ ἐν τῇ πόλει.

cum ratione ſtatuimus conjunctas. Ex 24
iis igitur, quæ dicta ſunt, perſpicuum 2 M.M. c.9.
eſt, nec ſine prudentia quemquam pro- 7 Eut. ult.
prie virum bonum eſſe poſſe: nec prudentem ſine virtute ea, quæ ad mores pertinet. Sed & hoc eodem modo dilui 25
ac refelli poteſt illud, quod diſputare ſolent aliqui de virtutum ſeparatione. Non enim idem ad omnes virtutes a- 26
ptiſſimus eſt natura. Itaque hanc jam a- 27
deptus eſt: illam autem nondum erit conſecutus. Nam in illa quidem natu- 28
rali virtute hoc evenire ſolet. In iis au-
tem, ex quibus abſolute vir bonus no- 1 Pol. 1.
minatur, non idem. Vna enim cum 29
prudentia, quæ una eſt, cæteræ omnes præſtò aderunt. perſpicuũ eſt autem, eti- 30
am ſi ad agendum prudentia nullam vim haberet, eam tamen neceſſariam futuram: quia certæ partis animi virtus eſt, & quia agendi conſilium (quæ proæreſis dicitur) ſine prudentia ſineque virtute non erit rectum. Hæc enim finem 31
definit: illa, ut ea, quæ ad finem pertinent, agamus, efficit. Quin etiam ne 32
potior quidem eſt ſapientia, neque animi particulæ melioris habitus eſt: quemadmodum neque medicina bonâ 33
valetudine potior eſt. Non enim ea utitur, ſed ut exiſtat, & adſit, operam dat. Illius igitur cauſa præcipit atque imperat: non illi. Præterea ſub prudentiæ 34
imperio ſapientiam eſſe dicere, perinde 35
eſt, ac ſi quis dicat, ſcientiam civilem diis immortalibus præeſſe, quia omnia inſtituat ac præcipiat, quæ ſunt in civitate.

ARISTO-

ARISTOTELIS ETHICORUM Nicomachiorum Lib. VII.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ Νικομαχείων τὸ Η.

CAPVT I.

De Virtute Heroica, Continentia, harumq; oppositis.

Huic libro geminus est 6. Eudem.

1 SEquitur nunc, ut alio initio facto dicamus, eorum, quæ in
2 M.M. c.4. moribus fugienda sunt, esse tria genera: vitiositatem, incontinentiam, feritatem. Ac duorum quidem primorum contraria nota sunt. Alterum enim virtutem, alterum continen-
3 tiam appellamus. Feritati autem a-
2 M.M.c.5. ptissimè dicere possimus opponi eam, quæ supra nos est, heroicam quandam
4 ac divinam virtutem: quemadmodum Priamum Homerus de Hectore loquentem facit, quoniam virtute præstabat:

--- Nec enim esse putares
Mortali genitore satum: at genus esse deorum.

5 Itaque si, ut ajunt, propter excellentiam præstantiamque virtutis dii ex hominibus efficiuntur, talis erit profecto is animi habitus, qui habitui illi ferino
6 opponitur. Nam ut feræ neque vitium,
7 neque virtus est, sic neque Dei: Sed hic quidem habitus virtute præstabilius & honoratius quiddam est: ille autem ali-
8 ud quoddam à vitio genus est. Verum quoniam rara admodum res est divinus

Μετὰ δὲ ταῦτα λεκτέον, ἄλλῳ ποιησαμένους ἀρχὴν, ὅτι τὰ περὶ τὰ ἤθη φευκτὰ, τρία ἦν ἄρα, κακία, ἀκρασία, θηριότης· τὰ δ' ἐναντία, τοῖς μὲν δυσὶ, δῆλα. τὸ μὲν γὰρ, ἀρετὴν· τὸ δ', ἐγκράτειαν καλοῦμεν. πρὸς δὲ τὴν θηριότητα, μάλιστ' ἂν ἁρμόττοι λέγειν τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετὴν, ἡρωϊκήν τινα καὶ θείαν, ὥσπερ Ὁμήρῳ περὶ Ἕκτορος πεποίηκε λέγοντα τὸν Πρίαμον· ὅτι σφόδρα ἦν ἀγαθὸς,

--- οὐδὲ ἐῴκει
Ἀνδρὸς γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

ὡς', εἰ καθάπερ φασὶν, ἐξ ἀνθρώπων γίνονται θεοὶ οἱ ἀρετῆς ὑπερβολὴν, τοιαύτη τις ἂν εἴη ἐναντία ἡ τῇ θηριωδείᾳ ἀντιτιθεμένη ἕξις· καὶ γὰρ ὥσπερ οὐδὲ θηρίῳ ἂν εἴη κακία, οὐδ' ἀρετὴ, οὕτως οὐδὲ θεῷ. ἀλλ' ἡ μὲν, τιμιώτερον ἀρετῆς. ἡ δὲ, ἑτέρου τινὸς γένους κακίας. ἐπεὶ δὲ σπάνιον καὶ τὸ θεῖον ἄνδρα

ἄνδρα εἶναι, καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι θεσπεσιῳδεῖν. (ὅταν ἀγαθῶσι σφόδρα τε, θεῖον ἀνὴρ φασίν· * ἄτε) δὲ ὁ θηριώδης ἐν τοῖς ἀνθρώποις σπάνιος· μάλιστα δὲ ἐν τοῖς βαρβάροις ὄφι· γίνεται δ' ἔνια καὶ διὰ νόσους καὶ πηρώσεις· καὶ τοὺς διὰ κακίαν ἤδη τῶν ἀνθρώπων ὑπερβάλλοντας ἅτως ἐπιδυσφημοῦμεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης διαθέσεως, ὕστερον ποιητέον πᾶ μνείαν. περὶ δὲ κακίας εἴρηται πρότερον. περὶ δὲ ἀκρασίας καὶ μαλακίας καὶ τρυφῆς λεκτέον, καὶ περὶ ἐγκρατείας καὶ καρτερίας. ἕκα γὰρ * ὡς περὶ τὰ αὐτῶν ἕξεων τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ μοχθηρίᾳ, ἑκατέραν αὐτῶν ὑπολητέον, ἢ ὡς ἕτερον γένος· δεῖ δέ, ὥσπερ ὅπη τ' ἄλλων, τιθέντας τὰ φαινόμενα, καὶ πρῶτον διαπορήσαντας, ἅτω δεικνύναι· μάλιστα μὲν * οὖν πάντα τὰ ἔνδοξα, περὶ παθημάτων τὰ πάθη· εἰ δὲ μή, τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα. ἐὰν γὰρ λύηται τὰ δυσχερῆ, καὶ καταλειπηται τὰ ἔνδοξα, δεδειγμένον ἂν εἴη ἱκανῶς. δοκεῖ δὴ ἥ τε ἐγκράτεια καὶ καρτερία, τῶν σπουδαίων καὶ τῶν ἐπαινετῶν εἶναι· ἡ δὲ ἀκρασία τε καὶ μαλακία, τῶν φαύλων τε καὶ ψεκτῶν. καὶ ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς καὶ ἐμμενετικὸς

homo (quemadmodum Lacones cum solent divinum appellare quem magnopere admirantur dicentes: Divinus hic est vir) sic is quoque, quem θηριώδη, id est, immanem, & feritate belluarum similem appellamus, inter homines rarò aliquis; ac fere tantum apud barbaros reperitur. Nonnullas autem hujusmodi immanitates mala morborum, & eorum, quæ natura requirit, ereptiones pariunt. Sed & eos homines, qui vitiositate cæteros anteeunt, turpi & infami nomine feros & immanes appellamus. Verum de hac animi affectione nobis erit aliquid dicendum posterius: De vitiositate autem supra diximus. Nunc de incontinentia & mollitia seu luxu dicendum est: itemque de continentia & tolerantia. Nam neque ita est de utrisque existimandum: aut quasi sint in numero habituũ eorum, qui sunt virtutis species aut vitii, neque item, quasi penitus diversi sint generis. Oportet autem, quod in aliis facere solemus, propositis primum iis, quæ videntur vulgo, inque quæstionem atque examen revocatis, ita explicare atque ostendere: maxime quidem omnia, quæ hominum opinionibus comprobata de his animi perturbationibus feruntur: sin minus, at certe plurima ac præcipua. Nam si ea, quæ difficilia atque inexplicata sunt dissolvantur, satis fuerit à nobis res hæc demonstrata. Videtur igitur continentia & tolerantia in numero rerum bonarum & laudabilium esse: incontinentia autem & mollitia in malarum & vituperabilium. Tum idem esse, continens, & qui facile in eo permanet,

1 M.M.c.4. & 6.

quod ratio præcipit: idem quoque incontinens, atque is, qui facile desciscit
18 à judicio rationis. Tum incontinens quidem sciens res esse malas, agit eas tamen perturbatione animi concitatus:
19 continens autem quia cupiditates esse turpes & malas intelligit, à ratione re-
20 vocatus, eas non sequitur. Tum temperantem quidem, continentem & tolerantem esse volunt: eum autem, qui talis sit, esse per omnia temperantem, alii ajunt, alii negant. Itemque intemperantem alii continentem, & incontinentem intemperantem, confuse dicunt esse: alii eos inter se differre volunt.
21 Iam & prudentem ajunt interdum nullo modo incontinentem esse posse: interdum aliquos, qui prudentes sint &
22 solertes incontinentes esse. Præterea dicuntur iræ & honoris, & lucri incon-
23 tinentes Atque hæc quidem sunt, quæ de his virtutibus ac vitiis memorari solent.

κὸς τῷ λογισμῷ, ἢ ἀκρατὴς καὶ ἐκστατικὸς ἄνευ λογισμοῦ. καὶ ὁ μὲν ἀκρατὴς, εἰδὼς ὅτι φαῦλα πράττει, διὰ πάθος· ὁ δ' ἐγκρατὴς, εἰδὼς ὅτι φαῦλαι αἱ ἐπιθυμίαι, οὐκ ἀκολουθεῖ διὰ τὸν λόγον. καὶ τὸν σώφρονα μὲν ἐγκρατῆ καὶ καρτερικόν· τὸν δὲ τοιοῦτον, οἱ μὲν, πάντα σώφρονα· οἱ δὲ, οὐ· καὶ τὸν ἀκόλαστον, ἀκρατῆ· καὶ τὸν ἀκρατῆ ἀκόλαστον συγχεχυμένως· οἱ δὲ, ἕτερον εἶναί φασι· τὸν δὲ φρόνιμον, ὁτὲ μὲν, οὐ φασὶ ἐνδέχεσθαι εἶναι ἀκρατῆ· ὁτὲ δὲ, ὄντας φρονίμους καὶ δεινοὺς, ἀκρατεῖς εἶναι. ἔτι, ἀκρατεῖς λέγουσι, καὶ θυμοῦ, καὶ τιμῆς, καὶ κέρδους. τὰ μὲν οὖν λεγόμενα, τοιαῦτ' ἐστίν.

CAPVT II.

Variæ Quæstiones circa Continentiam & Incontinentiam adferuntur.

1 DVbitare autem possit aliquis, quomodo is, qui de rebus recte existi-
2 mat, incontinenter vivere queat. Eum quidem certe qui sciat, sunt qui negent
3 posse. Scientia namque præditus qui fit, is mirum fuerit si alteri alicui rei sit obnoxius, & ab hac se huc & illuc, ceu mancipium, trahendum præbeat.
4 Socrates enim omnino, sententiam eam, Quod quis sciens incontinenter

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς ὑπολαμβάνων ὀρθῶς ἀκρατεύσεταί τις. ὑπειλήφασι μὲν οὖν ἔνιοί τινες εἶναι δεινὸν τὸ ἐπιστήμονα εἶναι. ὡς φησὶ Σωκράτης, ἄλλο κρατεῖν, καὶ ἕπεσθαι ἄλλον ὥσπερ ἀνδράποδον. Σωκράτης μὲν γὰρ ὅλως ἐμάχετο πρὸς τὸν λόγον, ὡς οὐκ

οὐκ ὄντος ἀκρασίας· οὐθένα γὰρ ὑπολαμβάνοντα, πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον, ἀλλὰ διὰ ἄγνοιαν. ὅτῳ μὲν οὖν ὁ λόγος ἀμφισβητεῖ τοῖς φαινομένοις εὖ παρῳδῶς, καὶ δέον ζητεῖν ἀφ' ἑκάστου, εἰ δι' ἄγνοιαν, τίς ὁ τρόπος γίνεται τῆς ἀγνοίας· ὅπη γὰρ οἴεσθαί γε * ὁ ἀκρατεύόμενος, πρὶν ἐν τῷ πάθει γενέσθαι, φανερόν· εἰσὶ δέ τινες. οἷς, τὰ μὲν, συγχωρεῖται ἂν δ', ὃ τὸ μὲν γὰρ ἐπιστήμης μηδὲν εἶναι κρεῖττον, ὁμολογεῖται· τὸ δὲ μηδὲν πράττειν κατὰ τὸ δόξαν βέλτιον, οὐχ ὁμολογεῖται· οὐδὲ τοῦτο, τὸν ἀκρατῆ φασιν οὐκ ἐπιστήμῃ ἔχοντα, κρατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ δόξαι. ἀλλὰ μὴν εἰ μὲν δόξα, καὶ μὴ ἰσχυρὰ, μηδ' ἰσχυρὰ ὑπόληψις ἡ ἀνιεῖσα, ἀλλ' ἠρεμαία, καθάπερ ἐν τοῖς διϊζήσει, συγγνώμη, τῷ μὴ ἐν ταύταις μένειν πρὸς ἐπιθυμίας ἰσχυράς· τῇ δὲ μοχθηρίᾳ οὐ συγγνώμη, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδενὶ τῶν ψεκτῶν. φερώνυμος ἄρα ἀνιστεινώσης· αὕτη γὰρ ἰσχυρόταλον. ἀλλ' ἄτοπον· ἔσται γὰρ ὁ αὐτὸς ἅμα φρόνιμος καὶ ἀκρατής· φύσει δ' οὐδεὶς φρόνιμος εἶναι τὸ πράττειν ἐκόντα τὰ φαυλότατα· ἔτι δὲ τέτις, δέδεικται πρότερον, ὅτι πρακτι-

agat, oppugnabat. Neminem enim qui bene de rebus existimaret, quicquam aliud, quam quod sit optimum, agere. quod si agat aliud, propter inscientiam agere. Hæc vero certè oratio ea in controversiam vocat, quæ sunt perspicua & omnibus apparent. cum etiam quærendum esset istis disputatoribus, si perturbatio incontinentis ab inscientia proficiscitur, quisnam sit hic inscientiæ modus. Incontinentem enim id quod agit non putare agendum esse, prius quam perturbatione concitatur, perspicuum est. Sunt autem, qui aliquid horum concedunt, aliquid non item. Nihil enim scientia potentius esse fatentur: neminem autem quicquam, præter id, quod ei potius esse visum est, agere, non concedunt. Atque ob hanc causam dicunt, incontinentem non scientia præditum, sed opinione dumtaxat à voluptatibus superari. Atqui si opinio est incontinentis, non scientia; neque firma existimatio, quæ adversetur & obsistat cupiditati, sed infirma & imbecilla, ut iis contingit, quorum est in dubio animus: profectò ei ignosci debet, si in ea non permaneat, adversus vehementes & firmas cupiditates. At qui improbitati non est ignoscendum, neque ulli cuiquam rei vituperabili, prudentia igitur reclamante & repugnante (superatur à cupiditate incontinens.) Hæc enim potentissima quædam res est. At hoc absurdum. Erit enim simul idem prudens & incontinens. Nemo autem prudentis esse dixerit, sua voluntate res improbissimas admittere. Præterea supra docuimus qui sit prudens,

dens, ad agendum esse aptissimum.
18 Quippe qui in extremis, id est, in rebus singularibus versetur, aliisque virtutibus ornatus sit. præterea si in eo
19 cernitur continens, quod vehementibus & malis cupiditatibus incenditur: non erit profecto is, quem temperantem vocamus, continens: neque quem
20 continentem, temperans. Nam neque immoderatum quicquam, neque malis cupiditatibus affici temperantis est. At-
21 qui ita esse oportet. Nam si bonæ sint cupiditates, malus est habitus, qui prohibet sequi. Itaque non omnis erit bo-
22 na continentia. Quod si sint imbecillæ, neque malæ, non erit gloriosum, eas vincere. quemadmodum si malæ & im-
23 becillæ, non magnum. Præterea si in omni opinione perseverantem efficit continentia, malum esse oportebit quandam continentiam (puta si etiam in falsa opinione sit aliquis ejusmodi)
24 sicut rursum si incontinentia de omni opinione facile dimovebit, erit aliqua
25 bona incontinentia. Ejus rei exemplum est, Sophoclis Neoptolemus in Philoctete, laudandus is quidem, cum non manet in iis, quæ persuaserat ei Vlysses, quod ei molestum esset mentiri.
26 Præterea exemplum est hujus rei sophistarum ratio illa, quam Mentientem vo-
27 cant. Nam quia volunt adversarium adigere ad assentiendum rebus inopinatis & abhorrentibus ab opinione populari (ut si assecuti fuerint, quod volunt, solertes & acuti esse videantur) ratiocinatio ea, quæ collecta est dubitationem
28 parit inexplicabilem. Vincta enim mens est, cum ille neq; vult insistere, quia id, quod conclusum est, non pro-

κός γε ὁ Φρόνιμος· τῶν ἐσχάτων γάρ τις καὶ τὰς ἄλλας ἕξων ἀρετάς· ἔτι, εἰ μὲν ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ ἔχειν ἰσχυρὰς καὶ φαύλας, ὁ ἐγκρατὴς, οὐκ ἔσται ὁ σώφρων ἐγκρατής· οὐδ' ὁ ἐγκρατὴς, σώφρων· ὅτι γὰρ τὸ ἄγαν, σώφρων, ὅτι τ' φαύλας ἔχειν. ἀλλὰ μὴν δεῖ γε· εἰ μὴ γὰρ χρῆται αἱ ἐπιθυμίαι, φαύλη ἡ κωλύσει ἕξις μὴ ἀκολουθεῖν· ὥστ' ἡ ἐγκράτεια, οὐ πᾶσα σπουδαία· εἰ δ' ἀσθενεῖς καὶ μὴ φαύλαι, οὐδὲν σημεῖον· οὐδ' εἰ φαύλαι καὶ ἀσθενεῖς, οὐδὲν μέγα. ἔτι, εἰ πάσῃ δόξῃ ἐμμενητικὸν ποιεῖ ἡ ἐγκράτεια, φαύλη, οἷον εἰ καὶ τῇ ψευδεῖ· καὶ εἰ πάσης δόξης ἡ ἀκρασία, ἐκστατικόν, ἔσται τις σπουδαία ἀκρασία· οἷον ὁ Σοφοκλέους Νεοπτόλεμος ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἐπαινετός γε, οὐκ ἐμμένων οἷς ἐπείσθη ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, διὰ τὸ λυπεῖσθαι ψευδόμενον· ἔτι, ὁ σοφιστικὸς λόγος * (ψευδόμενος, ἀπορία·) διὰ γὰρ τὸ σπουδόδοξα βούλεσθαι ἐλέγχειν, ἵνα δεινοὶ ὦσιν, ὅταν συντύχωσιν, ὁ γιγνόμενος συλλογισμὸς ἀπορίαν γίνεται· δέδεται γὰρ ἡ διάνοια, ὅταν μένειν μὲν μὴ βούληται (διὰ τὸ μὴ ἀρέσκειν τὸ

συμπι-

συμπραιθῆν) προϊέναι δὲ μὴ δύνηται, διὰ τὸ λύσαι μὴ ἔχειν τὸν λόγον. συμβαίνει δ' ἔκ τινος λόγου ἡ ἀφρονιμία μετ' ἀκρασίας ἀρετή· ταναντία γὰρ πράττει ὧν ὑπολαμβάνει, διὰ τὴν ἀκρασίαν. ὑπολαμβάνει δὲ τἀγαθὰ κακὰ εἶναι, καὶ οὐ δεῖν πράττειν. ὥστε τἀγαθὰ καὶ οὐ τὰ κακὰ πράξει. ἔτι, ὁ τῷ πιπτοῦσι πράττων καὶ διώκων τὰ ἡδέα, καὶ φεύγων μεταμέλητον, βέλτιον ἂν δόξειεν εἶναι τῷ μὴ διὰ λογισμὸν, ἀλλὰ δι' ἀκρασίαν. εὐιατότερον γὰρ διὰ τὸ μεταπεισθῆναι ἄν. ὁ δ' ἀκρατὴς ἔνοχος τῇ παροιμίᾳ ἐστὶν ἡ φαμὲν, ὅταν τὸ ὕδωρ * πίγῃ, τί δεῖ ὀπίσω; εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπίστευσε διὰ πράττειν μεταπεισθεὶς ἂν ἐπαύσατο· νῦν δὲ πεπεισμένος, οὐδὲν ἧττον ἄλλα πράττει. * ἔτι, εἰ ἔστι πάντα ἀκρασία ἢ ἐγκράτεια, τίς ὁ ἁπλῶς ἀκρατής; οὐθεὶς γὰρ ἁπάσας ἔχει τὰς ἀκρασίας. φαμὲν δ' εἶναί τινας ἁπλῶς. αἱ μὲν οὖν ἀποφάσεις διαῤῥήδην τινὲς συμβαίνουσι· τούτων δὲ, ἃ μὲν, ἀναιρεῖν δεῖ· ἃ δὲ, καταλιπεῖν· ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας, εὕρεσίς ἐστι.

bat: neque vero longius progredi potest, propterea quod rationem dissolvere nequit. Evenire autem quadam 29
ratione potest, ut imprudentia cum incontinentia sit virtus. Contra enim fa- 30
cit, atque existimat, propter incontinentiam. Existimat autem ea, quæ bo- 31
na sunt, esse mala, neque esse agenda. Itaque tunc, quæ bona sunt, acturus est, 32
non quæ mala. Præterea qui ea, quæ ju- 33
cunda sunt, eo ipso, quod ita persuasum habeat, taleque consilium ceperit, agit & persequitur, is eo melior videatur, qui non ratione, sed incontinentia ad turpitudinem aliquam impellatur. Facilius enim sanari potest, eo quod de 34
sententia possit dimoveri. In incon- 35
tinentem autem quadrat id, quod tritum est omnium sermone proverbium: Fauces ubi suffocant aquæ. Si enim ei 36
persuasum non esset (ultro ac per se) simul atque ab alio ipsi persuasum esset, ut nec ea, quæ agit, ageret, de sententia desisteret. Nunc autem tametsi sit ei persuasum, alia tamen agit omnia. Præ- 37
terea si in omnibus versatur incontinentia & continentia, quis tandem absolute incontinens est? Nemo enim omni genere incontinentiæ affectus est. At aliquos esse dicimus incontinentes 38
absolutè. Et hæ quidem ferè sunt, quæ 39
hoc in loco oriuntur, quæstiones ac dubitationes: quarum aliquæ tollendæ, aliquæ relinquendæ sunt. Difficulta- 40
tis enim & dubitationis dissolutio inventio est.

CAPVT III.

Quomodo Continens & Incontinens agant: quæq; horum sit scientia vel Ignorantia.

1 PRimum igitur videndum est, utrum scientes peccent incontinentes, nec
2 ne: & quemadmodum scientes. Deinde quibus in rebus incontinentem & continentem versari putandum sit: id est, utrum in omni voluptate & dolore: an in certis voluptatibus & doloribus.
3 Itemque continens & patiens sive tole-
4 rans utrum idem sint, an differant. Itemque de aliis omnibus quæ sunt huic dis-
5 putationi quasi cognata. Hinc autem ducitur hujus orationis initium, utrum continens & incontinens appellentur ac differant inter se ex iis rebus, in quibus versantur: an ex animorum habitu. hoc dico, utrum incontinens eo solum sit incontinens, quod in his aut illis versetur: an verò eo, quod sic vel sic sit af-
6 fectus: an potius eorum utroque. Deinde utrum in rebus omnibus versetur incontinentia & continentia. An contra.
7 Non enim in omnibus versatur is, qui dicitur absolutè incontinens: sed in quibus intemperans: neque eo dicitur, quod absolutè in hæc affectus sit (esset enim idem incontinentia, quod intemperãtia) sed quod hoc modo sit affectus.
8 Nam intemperans quidem cupiditatibus servit, consilio capto, existimans, præsentem jucunditatem sequi oporte-
9 re. Incontinens autem non existimat
10 ille quidem, sed sequitur tamen. Ad illam sanè sententiam quod attinet,

Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, πότερον εἰδότες, ἢ οὔ, καὶ πῶς εἰδότες· εἶτα, περὶ ποῖα τὸν ἀκρατῆ καὶ τὸν ἐγκρατῆ θετέον. λέγω δ', πότερον περὶ πᾶσαν ἡδονὴν καὶ λύπην, ἢ περὶ τινας ἀφωρισμένας· καὶ τὸν ἐγκρατῆ καὶ τὸν καρτερικόν, πότερον ὁ αὐτός, ἢ ἕτερός ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα συγγενῆ τῆς θεωρίας ἐστὶ ταύτης· ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς σκέψεως, πότερον ὁ ἐγκρατὴς καὶ ἀκρατὴς εἰσὶ, τῷ περὶ ἃ, ἢ τῷ πῶς ἔχοντες τὸν διαφοράν· λέγω δὲ, πότερον τῷ περὶ ταῦτ' εἶναι μόνον ἀκρατὴς ὁ ἀκρατὴς, ἢ οὔ· ἀλλὰ τῷ ὡς, ἢ οὔ, ἀλλὰ τῷ ἐξ ἀμφοῖν· ἔπειτ', εἰ περὶ ἅπαντ' ἐστὶν ἡ ἀκρασία καὶ ἡ ἐγκράτεια, ἢ οὔ· ὅτε γὰρ περὶ ἅπαντα ἐστὶν ὁ ἁπλῶς ἀκρατὴς, ἀλλὰ περὶ ἃ· ὥστε τῷ περὶ ταῦτα ἁπλῶς ἔχειν· ταὐτὸν γὰρ ἂν εἴη τῇ ἀκολασίᾳ· ἀλλὰ τῷ ὡδὶ ἔχειν· ὁ μὲν γὰρ, ἀγόμενος προαιρούμενος, τοιοῦτον οἴεται δεῖν τὸ παρὸν ἡδὺ διώκειν· ὁ δ', οὐκ οἴεται μὲν, διώκει δέ· διὰ μὲν οὖν τὸ δόξαι ἀληθῆ, ἀλλὰ μὴ ὑπολη-

ἐπιστήμων ἔναι, παρ' ἃ ἀκρατεῦσθαι), οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸν λόγον· ἔνιοι γὰρ τῶν δοξαζόντων, οὐ διστάζουσιν, ἀλλ' οἴονται ἀκριβῶς εἰδέναι. εἰ οὖν διὰ τὸ ῥῆμα πιστεύειν, οἱ δοξάζοντες, μᾶλλον τῶν ἐπισταμένων, ἐροῦσι τὸν ὑπόληψιν πράξουσιν, οὐδὲν διοίσει ἐπιστήμη δόξης· ἔνιοι γὰρ πιστεύουσιν οὐδὲν ἧττον οἷς δοξάζουσιν, ἢ ἕτεροι οἷς ἐπίστανται· δηλοῖ δὲ Ἡράκλειτος. ἀλλ' ἐπεὶ διχῶς λέγομεν τὸ ἐπίστασθαι· καὶ γάρ, * ἔχων μέν, οὐ χρώμενον τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ ὁ χρώμενον λέγομεν ἐπίστασθαι. * διοίσει τὸ, ἔχοντα μέν, μὴ θεωροῦντα δέ, πράττειν ἃ μὴ δεῖ πράττειν, ἢ ἔχοντα καὶ θεωροῦντα· τοῦτο γὰρ δοκεῖ δεινόν, ἀλλ' οὐκ εἰ μὴ θεωρῶν. ἔτι, ἐπὶ δύο τρόποι τῶν προτάσεων, ἔχοντα μὲν ἀμφοτέρας, οὐδὲν κωλύει πράττειν ἃ τῷ ἐπιστήμῳ· χρώμενον μέν τοι τῇ καθόλου, ἀλλὰ μὴ τῇ κατὰ μέρος· * πρακτὰ γὰρ καθ' ἕκαστα. διαφέρει δὲ καὶ τὸ καθόλου. τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ· τὸ δ', ὅτι τῷ πράγματός ἐστιν οἷον, ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ συμφέρει τὰ ξηρά, (* καὶ ὅτι αὐτὸς ἀνθρωπος) ἢ ὅτι ξηρὸν τὸ

Quod impotenter agere, sit, non scientia præditorum, sed veram opinionem habentium, nihil intereſt ad eam rem, de qua disputamus. Nonnulli enim eorum, qui aliqua de re opinantur, prorsus nihil dubitant, sed se rem exquisitè scire existimant. Quod si ii, qui opinantur, propterea quod leviter & remisse credunt, ita rem esse, de qua opinantur, facilius, quam qui sciunt, contra, atque existimant, agent; nihil inter scientiam & opinionem intererit. Nonnulli enim non minorem fidem habent iis, quæ opinantur, quam alii iis, quæ sciunt. quod exemplo suo declarat Heraclitus. Sed quoniam scire dupliciter dicimus (nam & is, qui scientia præditus est, nec ea utitur; & is, qui utitur, scire dicitur) intererit utrum quod agi non debet, agatur ab eo, qui scientia quidem præditus sit, nec tamen ea utatur contemplando, an ab illo, qui & sciat, & ea quæ scit, animo contemplans agat. Hoc enim posterius mirum atque indignum videatur. at non illud alterum. Præterea cum in syllogismo practico duo insint enunciationum genera, nihil prohibet, quo minus is qui utrumque genus tenet, aliquid præter scientiam agat. siquidem enunciatione universa & generali utitur, non autem ea quoque, quæ ad res singulares pertinet. Res enim singulares tantum sub actionem veniunt. Jam vero etiam ipsius universi sunt aliquæ differentiæ. Aliud est enim, quod in seipso vertitur (& in homine est) aliud, quod in rebus ipsis (extra hominem) verbi gratia, omni homini sicca prodesse, vel quicquid tale sit, siccum esse: verum

1
2
3
4
2 Eu. c. 9
5
6
7
8
9
10

verum, sitne istud tale, aut nescit, aut si
21 scit, minimè considerat. Atq; ex his duobus incredibile est, quantum differentiæ hisce rebus exoriatur: adeo quidem, ut si quis ita sciens peccet, nihil absurdi sit. sin illo modo, valde mirum.
22 Præterea alio modo fieri potest, ut homines scientia præditi sint, quam quos
23 modo antea exposuimus. Nam habitum, qui in eo est, qui scientiam habet modo, at non ea utitur, aliam magnopere rationem esse videmus: adeo, ut habere quodammodo & non habere ille videatur: qualis est is, qui dormit, &
24 furiosus, & vinolentus. Porro homines aliqua animi perturbatione concitati perinde, ut isti, sunt affecti. Iræ enim & rerum venerearum cupiditates,
25 & nonnullæ hujusmodi animi perturbationes perspicue corpus quoque ipsum immutant, ac nonnullis hominibus etiam furores conciliant. Absque
26 dubio igitur dicendum est, similiter atque hos, affectos esse incontinentes.
27 Neque vero si quis rationes ac sententias à scientia profectas pronunciet, satis hoc signi sit ad hanc sententiam
28 refellendam. Nam qui his animi perturbationibus æstuant, demonstrationes & versus Empedoclis recitant:
29 Quomodo & qui primum didicerunt, sermones illi quidem connectunt, sed nondum intelligunt. oportet enim illa una cum ætate adolescere: cui rei tem-
30 pore opus est. Quocirca ut histriones, sic existimandi sunt loqui etiam incon-
31 tinentes. Præterea hoc etiam modo hujus rei causam è physicis spectare liceat.
32 Namcum opiniones aliæ sint de rebus

τοιόνδε· ἀλλ' εἰ τόδε τοιόνδε. ἢ οὐκ ἔχει, ἢ οὐκ ἐνεργεῖ. καίτοι γε δὴ τάττας διοίσει τὰς τρόπας ἁμήχανον ὅσον· ὥστε δοκεῖν, ὅτω μὲν εἶναι μηδὲν ἄτοπον, ἄλλως δὲ θαυμαστόν· ἔτι, τὸ ἔχειν τῷ ἐπιστήμῃ, ἄλλον τρόπον τῶν νῦν ῥηθέντων ὑπάρχει τοῖς ἀνθρώποις· ἐν τῷ γὰρ, ἔχειν μὲν, μὴ χρῆσθαι δ', διαφέρουσιν ὁρῶμεν τὸν ἕξιν· ὥστε καὶ ἔχειν πως, καὶ μὴ ἔχειν· οἷον, τὸν καθεύδοντα, καὶ μαινόμενον, ἢ οἰνωμένον. ἀλλὰ μὴν ὕπνῳ διατιθέντας οὕτως ἐν τοῖς πάθεσιν ἐσμεν· θυμοὶ γὰρ, καὶ ἐπιθυμίαι ἀφροδισίων, καὶ ἔνια τῶν τοιούτων, ἐπιδήλως καὶ τὸ σῶμα μεθιστᾶσιν· ἐνίοις δὴ καὶ μανίας ποιοῦσι. δῆλον οὖν ὅτι ὁμοίως ἔχειν λεκτέον τοὺς ἀκρατεῖς τούτοις. τὸ δὲ λέγειν τοὺς λόγους τοὺς ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης, οὐδὲν σημεῖον· καὶ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πάθεσι τούτοις ὄντες, ἀποδείξεις καὶ ἔπη λέγουσιν Ἐμπεδοκλέους· καὶ οἱ πρῶτον μαθόντες, συνείρουσι μὲν τοὺς λόγους. ἴσασι δ' οὔπω. δεῖ γὰρ συμφῦναι· τοῦτο δὲ, χρόνου δεῖ· ὥστε τοὺς καθάπερ τοὺς ὑποκρινομένους, οὕτως ἀπολελῦσθαι λέγειν τοὺς ἀκρατεύομένους. ἔτι, καὶ ὧδε φυσικῶς ἄν τις ἐπιβλέψειε τῷ αἰτίᾳ. ἡ μὲν γὰρ, καθόλου δόξα·

δόξα· ἡ δ' ἑτέρα, περὶ τῶν καθ' ἕκαστα ἐστίν, ὧν αἴσθησις ἤδη κυρία· ὅταν οὖν ἡ μία γένηται ἐξ αὐτῶν, ἀνάγκη τὸ συμπερανθὲν ἐνίοτε μὲν φάναι τὴν ψυχήν, ἐν δὲ ταῖς ποιητικαῖς πράττειν εὐθύς· οἷον, εἰ πάντες γλυκέος γεύσασθαι δεῖ· τοῦτο δὲ γλυκύ, ὡς ἓν τῶν καθ' ἕκαστον, ἀνάγκη τὸν δυνάμενον καὶ μὴ κωλυόμενον, ἅμα * βούτῳ καὶ πράττειν· ὅταν οὖν, ἡ μὲν καθόλου ἐνῇ, ἡ κωλύουσα γεύεσθαι· ἢ ἡ, ὅτι πᾶν τὸ γλυκύ, ἡδύ· τοῦτο δέ, γλυκύ· αὕτη ἡ ἐνεργεῖ. τύχη ἢ ἐπιθυμία ἐνοῦσα, ἡ μὲν λόγῳ φεύγειν τοῦτο· ἡ δὲ ἐπιθυμία ἄγει· κινεῖν γὰρ ἕκαστον δύναται τῶν μορίων· ὥστε συμβαίνει ὑπὸ λόγου πως καὶ δόξης ἀκρατεύεσθαι· οὐκ ἐναντίας ἢ καθ' αὑτὸ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· ἡ γὰρ ἐπιθυμία, ἐναντία, ἀλλ' οὐχ ἡ δόξα, τῷ ὀρθῷ λόγῳ· ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τὰ θηρία οὐκ ἀκρατῆ, ὅτι οὐκ ἔχει καθόλου ὑπόληψιν, ἀλλὰ τῶν καθ' ἕκαστα φαντασίαν καὶ μνήμην. πῶς δὲ λυθῇ ἡ ἀκρασία, καὶ πάλιν γένηται ἐπιστήμων ὁ ἀκρατής, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ * περὶ οἰνωμένων καὶ καθεύδοντος, καὶ οὐκ ἰδιον τούτου ἔστι πάθος, ὃν δεῖ παρὰ τῶν φυσιολόγων ἀκούειν. ἐπεὶ δ' ἡ τελευταία πρότασις, δόξα τι

universis, aliæ de singularibus, quarum sensus arbiter ac dominus est, necesse est, ubi ex duabus una effecta fit, in iis quidem, quæ sunt cognitionis, animum id, quod conclusum est, enunciare & affirmare. in iis autem, quæ sub actionem veniunt statim agere. Vt, si omne 33
dulce gustandum est; hoc autem est dulce, tanquam unum de singularibus: necesse est, eum, qui possit, quique non prohibeatur, simul atque dictum sit etiam agere. Cum igitur inest menti et- 34
iam universa opinio, una, quæ gustare prohibet: alia hæc: omnia dulcia esse jucunda: atque hoc aliquid est dulce (hæc porro tertia opinio ea est, quæ agit.) Denique cum obtinet forte in animo 35
cupiditas: ibi tum opinio quidem illa prima hoc aliquid fugere jubet: cupiditas autem trahit ad illud. Potest enim 36
hæc unamquamque animi partem commovere. Ita fit, ut à ratione & opini- 37
one quodammodo nascatur incontinentia: non quod opinio per se rationi contraria sit: sed ex eventu. Cupiditas 38
enim non opinio rectæ rationi adversatur. Quocirca etiam propter hanc rati- 39
onem bestiæ non sunt incontinentes: quia non habent rerum universarum notionem: sed singularium visionem & memoriam. Iam quo pacto inscientia 40
depulsa scientiam recuperet incontinens, & eadem est ratio cum illa, quæ jam exposita est, ebriorum ac dormientium: & non est hic aliquid hujus perturbationis proprium: eaque doctrina 41
ab iis petenda est, qui de natura rerum disputant. Quia vero ultima enuncia- 42
tio & opinio est de eo, quod sub sensum

cadit, & actionum eadem domina atque arbitra: aut non habet hanc is, qui in perturbatione est, aut certè eo modo habet, qui modus habendi non sit scire: sed sit perinde ac recitatio versuum
43 Empedoclis à vinolento facta. Atque ob id, quod non æquè universalis neque scientificus videtur esse terminus ille ultimus, atque id quod universum est: non immerito etiam videatur id,
44 quod quærebat Socrates, evenire. Non enim tum, cum præstò est illa, quæ verè & propriè videtur esse scientia, existit perturbatio, neque ea scientia à perturbatione convellitur: sed cum adest ea,
45 quæ sensu continetur. De eo igitur, quod est, scientem & inscientem incontinenter agere solere, & quomodo ut insciens incontinenter agat, fieri soleat, hactenus à nobis dictum esto.

αἰσθητῷ, καὶ κυρία τῶν πράξεων, * οὕτω ἢ οὐκ ἔχει ὁ ἐν τῷ πάθει ὤν, ἢ οὕτως ἔχει, ὡς οὐκ ἐν τῷ ἔχειν ἐπίστασθαι, ἀλλὰ λέγειν, ὥσπερ ὁ οἰνωμένος τὰ Ἐμπεδοκλέους· καὶ διὰ τὸ μὴ καθόλου, μηδ' ἐπιστημονικὸν ὁμοίως εἶναι δοκεῖν τῷ καθόλου τὸν ἔσχατον ὅρον· καὶ ἔοικεν ὃ ἐζήτει Σωκράτης συμβαίνειν· ἐγγὺς γὰρ τοῦ κυρίως εἶναι δοκούσης ἐπιστήμης παρούσης, γίνεται ὑπ' πάθους· ἧττον δ' αὐτὴ σφάλλεται διὰ τὸ πάθος, ἀλλὰ τῆς αἰσθητικῆς. περὶ μὲν οὖν τοῦ εἰδότος, καὶ μὴ, καὶ πῶς εἰδότα, ἐνδέχεται ἀκρατεύεσθαι, τοσαῦτα εἰρήσθω.

CAPVT IV.

Circa quæ Continens & Incontinens versetur.

1 DEinceps utrum aliquis sit absolutè incontinens, an omnes in parte seu certæ rei sint incontinentes: tum si quis est absolute incontinens, in quibus is
2 versetur, dicendum est. Continentes igitur & patientes, incontinentes & molles in voluptatibus & doloribus
3 versari perspicuum est. Cum autem eorum, quæ voluptatem efficiunt, alia sint necessaria (ea autem sunt per se quidem expetenda illi, sed ejusmodi tamen, ut præter modum possint expeti) cumque hæc necessaria ea sint, quæ ad corpus pertinent (ea inquam, quæ in victu & rerum venerearum usu posita sunt, cæteraque hujus generis, quæ ad

Πότερον δὲ δεῖ ἢ οὐ ἁπλῶς ἀκρατὴς, ἢ πάντες κατὰ μέρος· καὶ εἰ ἔστι, περὶ ποῖά ἐστι, λεκτέον ἐφεξῆς· ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἰσὶν οἵ τ' ἐγκρατεῖς καὶ καρτερικοὶ, καὶ ἀκρατεῖς, καὶ μαλακοὶ, φανερόν. ἐπεὶ δ' ἔστι, τὰ μὲν ἀναγκαῖα, τῶν ποιούντων ἡδονάς· τὰ δ', αἱρετὰ μὲν καθ' αὑτὰ, ἔχοντα δ' ὑπερβολάς, ἀναγκαῖα * μὲν, τὰ σωματικά· λέγω δὲ τὰ τοιαῦτα, τά, τε περὶ τὴν τροφὴν, καὶ τὰ τῶν ἀφροδισίων χρήσιμα, καὶ τὰ τοι-

αὐτὰ τῶν σωματικῶν, περὶ ἃ τὴν ἀκολασίαν ἔθημεν καὶ τὴν σωφροσύνην· τὰ δ', ἀναγκαῖα μὲν, ὃ αἱρετὸν ἦ, καθ' αὑτὰ λέγω ἦ, οἷον ἰάσιμον, τιμὴν, πλοῦτον, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν καὶ ἡδέων· τοὺς μὲν οὖν πρὸς ταῦτα ὑπερβάλλοντας τὸν ὀρθὸν λόγον ὑπερβάλλοντας τὸν ἐν αὐτοῖς, ἁπλῶς μὲν οὐ λέγομεν ἀκρατεῖς, προσδιόντες ἦ τὸ, χρημάτων ἀκρατεῖς, καὶ κερδῶν, καὶ τιμῆς, καὶ θυμοῦ· ἁπλῶς δ', οὐ, ὡς ἑτέρους καὶ καθ' ὁμοιότητα λεγομένους. ὥσπερ ἄνθρωπον, ὁ τὰ ὀλύμπια νενικηκώς· ἐκείνων γὰρ ὁ κοινὸς λόγος ἐξ ἐλάττω μικρῷ διέφερεν· ἀλλ' ὅμως ἕτερον ὡ· σημεῖον δέ· ἡ μὲν γὰρ ἀκρασία ψέγεται, οὐχ ὡς ἁμαρτία μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς κακία τις, ἢ ἁπλῶς ὅπως, ἢ κατά τι μέρος· τούτων δ' οὐθείς. τοὺς δὲ περὶ τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις, περὶ ἃς λέγομεν τὸν σώφρονα καὶ ἀκόλαστον, ὁ μὴ τῷ προαιρεῖσθαι τῶν τε ἡδέων διώκειν τὰς ὑπερβολὰς, καὶ τῶν λυπηρῶν φεύγειν, πείνης, καὶ δίψης, καὶ ἀλέας, καὶ ψύχους, καὶ πάντων τῶν περὶ ἁφὴν καὶ γεῦσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν καὶ τὸν λόγον, ἀκρατὴς λέγομεν, ὃ καλὰ προέμενον, ὅτι περὶ τούτους, καθάπερ

corpus referuntur, in quibus intemperantiam & temperantiam posuimus) alia rursum minime necessaria illa quidem, cum sint tamen per se optabilia & expetenda (verbi gratia victoria, honos, divitiæ, taliaque bona & iucunda) hæc ergo cum ita sint, eos sane, qui in his præter rectam rationem, qua ipsi præditi sunt modum superant, absolute quidem incontinentes non dicimus, sed cum adjectione appellamus pecuniæ incontinentes, item lucri, honoris, iræ: absolute autem nequaquam, quippe ab illis alteris differentes, & ex quadam similitudine sic appellatos. Quo modo res habet, si dicatur, Homo qui Olympia vicit. Hujusce enim hominis definitio à definitione communis hominis perparum quidem discrepat, & est tamen ab illa diversa. Cujus rei hoc argumentum est, quod incontinentia vituperatur non solum ut peccatum: sed etiam ut vitium quoddam, sive ea sit incontinentia simpliciter & absolute, sive particularis, seu, quæ est aliqua ex parte. Horum autem quos proximè posui, incontinentium nemo sic vituperatur. At verò quod attinet ad alteros illos, qui scilicet corporis voluptate percipiunt illas, in quibus temperantem atque intemperantem versari dicimus; ille qui non ex proæresi rerum jucundarum nimium persequitur, & rerum molestarum nimium fugit, ut famis, sitis, caloris, frigoris, omniumque, quæ ad tactum & gustatum pertinent: sed præter consilium & cogitationem: incontinens dicitur, absque adjunctione hujus vel illius rei, iræ verbi gratia: sed

12 simpliciter tantum. Cui rei id argumento est, quod & illi, qui harum rerum nimium ferre non possunt, intemperantes dicuntur, non qui ab illarum
13 alterarum nimio vincuntur: Atque item ob hanc causam in eadem re incontinentem & intemperantem ponimus, itemque continentem & temperantem: secus quam illos alteros (quos intemperantes aut temperantes nemo dicit.)
14 Nam hi, quos dicimus, in eisdem quodammodo voluptatibus & doloribus versantur: verumtamen id non eodem modo: sed ita, quod intemperantes consilium ceperunt ita vivendi; incon-
15 tinentes non item. Quam ob rem potius eum intemperantem appellaverimus, qui sine cupiditate vehementi, aut leviter tantum cupiditate affectus, immoderatas voluptates persequitur, & mediocres dolores fugit: quam eum, qui idem agat magnis & vehementibus
16 cupiditatibus incensus. Quid enim faciat ille, si acris & vehemens aliqua cupiditas accedat? & vehemens item dolor ipsum excruciet, in rerum necessari-
17 arum penuria? Quoniam autem cupiditatum & voluptatum aliæ sunt genere honestæ & bonæ (nam jucundorum aliqua sunt naturâ expetenda, alia his contraria: alia etiam his interjecta, ut supra partiti sumus) ut pecunia, lucrū, victoria, honor: quoniam item in his omnibus, & in mediis item, non quod afficiantur iis, & cupiant & ament ea homines, vituperantur: sed quodam modo cupiant vel ament, & quod modum superent. Quocirca vituperantur
18

ἐρῆς, ἀλλ' ἁπλῶς μόνοι. ἐμμένοι δέ· καὶ γὰρ * μαλακοὶ λέγονται περὶ ταύτας· περὶ ἐκείνων ἢ ὑδεμίαν· καὶ διὰ τοῦτ' εἰς ταὐτὸν τὸν ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον τίθεμεν, καὶ ἐγκρατῆ καὶ σώφρονα. ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ὑδένα. διὰ τὸ περὶ τὰς αὐτὰς πως ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι· οἱ δέ, οὐχὶ μὲν περὶ ταῦτα, ἀλλ' ὡς αὐτοὺς εἰσὶν· ἀλλ', οἱ μὲν, προαιροῦνται· οἱ δέ, οὐ προαιροῦνται· ὥστε μᾶλλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμεν, ὅστις μηδ' ἐπιθυμιῶν, ἢ ἠρέμα, διώκει τὰς ὑπερβολάς, καὶ φεύγει μετρίας λύπας, ἢ * τούτου ὅστις διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν σφόδρα· τί γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιήσειε, εἰ παρεσκεύοιτο ἐπιθυμία ναυτικὴ, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας λύπη ἰσχυρά· ἐπεὶ ἥ τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ἡδονῶν, αἱ μὲν, * εἰσὶ τῶν ἡμῖν καλῶν καὶ σπουδαίων· τῶν γὰρ ἡδέων ἔνια, φύσει αἱρετά· τὰ δέ, ἐναντία τούτων· ἃ δή, μεταξὺ, καθάπερ διείλομεν πρότερον· οἷον χρήματα, καὶ κέρδος, καὶ νίκη, καὶ τιμή· περὶ ἅπαντα * δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τὰ μεταξὺ, οὐ τῷ πάσχειν καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ φιλεῖν ψέγονται, ἀλλὰ τῷ πῶς, καὶ ὑπερβάλλειν· * διὸ, ὅσοι περὶ

τὰ

ωρὸς τὸν λόγον ἢ μεταβαίνουσι, ἢ διώκουσι τὸν φύσει τι καλῶν καὶ ἀγαθῶν, οἷον οἱ περὶ τιμὴν ἢ μᾶλλον ἢ δεῖ σπουδάζοντες, ἢ περὶ τέκνα καὶ γονεῖς· καὶ γὰρ ταῦτα, τῶν ἀγαθῶν· καὶ ἐπαινοῦνται οἱ περὶ ταῦτα σπουδάζοντες· ἀλλ' ὅμως δεῖ τινος ὑπερβολὴ καὶ ἐν τούτοις, οἷον τις ὥσπερ ἡ Νιόβη μάχοιτο καὶ πρὸς τοὺς θεούς· ἢ ὥσπερ Σάτυρος ὁ Φιλοπάτωρ ὑπικαλούμενος περὶ τὸν πατέρα· λίαν γὰρ δόξειεν μωραίνειν· μοχθηρία μὲν οὖν οὐδεμία περὶ ταῦτ' ἐστὶ, διὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι φύσει τῶν αἱρετῶν ἕκαστόν ἐστι δι' αὐτό· φαῦλαι γὰρ καὶ φθαρταὶ αὐτῶν εἶναι αἱ ὑπερβολαί· ὁμοίως δὲ, οὐδὲ ἀκρασία· ἡ γὰρ ἀκρασία, οὐ μόνον φευκτόν, ἀλλὰ καὶ τῶν ψεκτῶν ἐστι· διὰ ὁμοιότητα δὲ τῶν πάθους συμπιπτόντες τὴν ἀκρασίαν, περὶ ἑκάστα λέγουσι, οἷον κακὸν ἰατρὸν, καὶ κακὸν ὑποκριτὴν, ὃν ἁπλῶς οὐκ ἂν τις εἴποι κακόν· * ὥσπερ οὐδ' ὀργίζεσθαι, διὰ τὸ μὴ κακίαν εἶναι ἑκάστων αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ ἀνάλογον ὁμοίαν· ὅτου δηλονότι κακὸν ὑπόληψιν· * μόνον ἀκρασίαν καὶ ἐγκράτειαν εἶναι, ἢ τινος περὶ τὰ αὐτὰ τῇ συφροσύνῃ καὶ τῇ ἀκολασίᾳ·

omnes illi, qui aliter, quam monet ratio, aut vincuntur ab aliquo eorum, aut præter rationem aliquid perſequuntur, quod eſt natura bonum & honeſtum: puta, qui nimio honoris aut liberorum & parentum amore ſtudioque ducuntur. (ſunt enim hæc in numero bonorum) laudantur quidem (inquam) qui hæc ſtudiosè colunt atque expetunt: Verumtamen eſt etiam in his aliquod 19
23 eodem reperiuntur. Quod autem jucundum ſimul & utilem eſſe eum diximus, qui ſit vir bonus, ſciendum & illud eſt, homini dignitate ac potétia præſtanti talem, non facile fieri amicum, niſi etiam ille potentia præſtans alte-
24 rum virtute ſuperet. Nam ſi id non fiat, non æquatur proportione cum illo præſtantiore, is, qui ſuperatur potentia. Admodum autem rarò tales homi-
25 26 nes reperiri ſolent. Atque illæ ſanè amicitiæ, quas proximo loco diximus,
27 in æqualitate poſitæ ſunt. Eadem enim ab utroque præſtantur, eſtque mutua inter ipſos voluntas. aut certè aliud alio commutatur: verbi gratia, utilitate
28 voluptas. Interea tamen & minus eſſe has amicitias, minuſque diu permanere ſciendum (ut dictum eſt) & videntur etiam propter ſimilitudinem ſimul ac diſſimilitudinem cum re quadam certa
29 & eſſe amicitiæ & non eſſe. Ex ſimilitudine enim ejus amicitiæ, quæ virtute conſtat, amicitiæ ſimilitudinem gerunt. Ineſt enim in altera jucun-
30 dum, utile in altera: quæ ipſa inſunt

ὅσα δεῖ τοῖς φίλοις. οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις διῃρημένοις φαίνονται χρῆσθαι τοῖς φίλοις· ἄλλοι γὰρ αὐτοῖς εἰσι χρήσιμοι καὶ ἕτεροι ἡδεῖς, ἄμφω δ' οἱ αὐτὸ ἐν πάνυ· ὅτι γὰρ ἡδεῖς μετ' ἀρετῆς ζητοῦσιν, ὅτι χρησίμους εἰς τὰ καλὰ, ἀλλὰ τοὺς μὲν εὐτραπέλους ἕνεκα ἡδονῆς ἐφίενται· τοὺς δὲ δεινοὺς, πρᾶξαι τὸ ἐπιταχθέν. * ταῦτα δ' ἐν πάνυ γίνεται ἐν τῷ αὐτῷ. ἡδὺς δὲ καὶ χρήσιμος ἅμα εἴρηται ὅτι ὁ σπουδαῖος· ἀλλ' ὑπερέχοντι μὲν γένει ὁ τοιοῦτος φίλος, ἂν μὴ καὶ τῇ ἀρετῇ ὑπερέχηται· εἰ δὲ μή, οὐκ ἰσάζει ἀνάλογον * ὑπερεχόμενος. ἐν πάνυ δ' εἰώθασι τοιοῦτοι γίνεσθαι· εἰσὶ δὲ οὐδ' αἱ εἰρημέναι φιλίαι ἐν ἰσότητι· τὰ γὰρ αὐτὰ γίγνεται ἀπ' ἀμφοῖν, καὶ βέλτιον ἄλληλοις, ἢ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου ἀντικαλλάττηται, οἷον τὸ ἡδονὴν ἀντ' ὠφελείας. ὅτι δὲ καὶ ἧττον εἰσὶν αὗται αἱ φιλίαι καὶ μένουσιν, εἴρηται· συμβαίνει δ' ἐκ δὲ ὁμοιότητος καὶ ἀνομοιότητος ταὐτὸ εἶναί τι καὶ οὐκ εἶναι φιλίαν· καθ' ὁμοιότητα μὲν τὴν κατ' ἀρετὴν φαίνονται φιλίαι· ἡ μὲν γὰρ, τὸ ἡδὺ ἔχει. ἡ δὲ, τὸ χρήσιμον· ταῦτα δὲ ὑπάρχει κἀκείνῃ.

etiam in illa. Eo autem,

quod

καὶ ἡ τοιὰυ μὲν * ἀλάβλητον εἶναι καὶ μόνιμον, ταύτας δὲ ταχέως διαπίπτειν, ἄλλος τε διαφέρειν πολλοῖς, καὶ φαίνονται φιλίαι διὰ ἀνομοιότητα ἐκείνης.

quod illa criminationum & calumniarum expers est & firma penè ad perpetuitatem: hæ autem celeriter intercidunt, aliisque multis rebus differunt, non habent speciem amicitiæ, propter hanc ab illa dissimilitudinem.

CAPVT VII.

De Amicitia καθ' ὑπεροχήν, seu Personarum Inæqualium.

Ἕτερον δὲ τῆς φιλίας εἶδος, τὸ καθ' ὑπεροχήν· οἷον πατρὶ πρὸς υἱόν. καὶ ὅλως πρεσβυτέρῳ πρὸς νεώτερον, ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ παντὶ ἄρχοντι πρὸς ἀρχόμενον. διαφέρουσι δ' αὗται καὶ ἀλλήλων· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ γονεῦσι πρὸς τέκνα, καὶ ἄρχοντι πρὸς ἀρχομένους· ἀλλ' οὐδὲ πατρὶ πρὸς υἱὸν, καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα· οὐδ' ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ γυναικὶ πρὸς ἄνδρα· ἑτέρα γὰρ ἑκάστῳ τούτων ἀρετὴ, καὶ τὸ ἔργον· ἕτερα δ' καὶ ἃ φιλοῦσιν. ἕτεραι οὖν καὶ αἱ φιλήσεις καὶ αἱ φιλίαι. τὰ αὐτὰ μὲν δὴ ὅτι γίγνεται ἑκατέρῳ πρὸς θατέρον, ὅτε δεῖ ζητεῖν· ὅταν δὲ γονεῦσι μὲν τέκνα ἀπονέμῃ ἃ δεῖ τοῖς γεννήσασι· γονεῖς δὲ υἱέσιν ἃ δεῖ τοῖς τέκνοις, μένιμος ἡ τούτων καὶ ἀτρεπτὸς ἔσται φιλία. ἀναλόγων δ' ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ' ὑπεροχὴν οὔσαις φιλίαις καὶ τὸ φίλησιν δεῖ γίνεσθαι· οἷον τὸν ἀμείνω

ALiud autem amicitiæ genus est, in quo excellunt & excelluntur: veluti quæ patri intercedit cum filio, seni cum juvene, viro cum uxore, omni denique qui præest, cum eo, qui imperio parere debet. quæ quidem inter seipsas quoque differunt. Non est enim eadem parentum cum liberis, atque eorum, qui præsunt, cum iis, qui sub imperio sunt. sed neque eadem patris cum filio, quæ filii cum patre: neque eadem viri cum uxore, quæ uxoris cum viro est amicitia. Alia enim cujusque horum virtus est, aliud opus, alia denique quæ ad amandum incitant. Ex quo sequitur, diversas quoque esse tam amationes quam amicitias. Sanè eadem ut horum utrique ab altero præstentur, id neque accidit, neque est postulandum. Cum verò iis, qui procrearunt, ea quæ parentibus debentur, liberi tribuunt, vicissimque filiis parentes quæ debentur liberis: tum firma & æquabilis talis amicitia futura est. Cæterum in omnibus iis amicitiis, quæ in excellentia positæ sunt, amatio debet esse æqualitas proportionis: ut scilicet is, qui potior est

1 Eudem. & 4.

2

3

4

5

6

7

8 7 Eud. 10.

ame-

ſuppetent, quibus amici inſtructi atq;
19 ornati eſſe debent. Qui vero potentia
præſtant cæteris, diſtinctis ac diviſis
20 amicis uti videntur. Alii enim ſunt eis
21 utiles: alii ſuaves ac jucundi. Iam in u-
no ambo iſta ineſſe haud facile contin-
22 git. Neque enim quærunt jucundos
cum virtute: neque utiles cum honeſta-
te. ſed quâ jucundum ſpectatur, eos
quærunt, qui ſint faceti atque urbani:
quâ vero utile, eos, qui ſint ſolertes, &
habiles ad id, quod imperatum ſit, effi-
ciendum: quæ vere nunquam in uno &
23 eodem reperiuntur. Quod autem ju-
cundum ſimul & utilem eſſe eum dixi-
mus, qui ſit vir bonus, ſciendum & il-
lud eſt, homini dignitate ac potétia præ-
ſtanti talem, non facile fieri amicum,
niſi etiam ille potentia præſtans alte-
24 rum virtute ſuperet. Nam ſi id non fi-
at, non æquatur proportione cum illo
præſtantiore, is, qui ſuperatur poten-
25 tia. Admodum autem rarò tales homi-
26 nes reperiri ſolent. Atque illæ ſanè a-
micitiæ, quas proximo loco diximus,
27 in æqualitate poſitæ ſunt. Eadem enim
ab utroque præſtantur, eſtque mutua
inter ipſos voluntas. aut certè aliud a-
lio commutatur: verbi gratia, utilitate
28 voluptas. Interea tamen & minus eſſe
has amicitias, minuſque diu permane-
re ſciendum (ut dictum eſt) & videntur
etiam propter ſimilitudinem ſimul ac
diſſimilitudinem cum re quadam certa
29 & eſſe amicitiæ & non eſſe. Ex ſimiliu-
dine enim ejus amicitiæ, quæ virtute
conſtat, amicitiæ ſimilitudinem ge-
runt. Ineſt enim in altera jucun-
30 dum, utile in altera: quæ ipſa inſunt

ὅσα δεῖ τοῖς φίλοις. οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις διῃρημένοις φαίνονται χρῆσθαι τοῖς φίλοις· ἄλλαι γὰρ αὐτοῖς εἰσι χρήσιμοι καὶ ἕτεροι ἡδεῖς, ἄμφω δ' οἰ αὐτὸ ὑπάνευ· ὅτι γὰρ ἡδεῖς μετ' ἀρετῆς ζητοῦσιν, ὅτι χρησίμους εἰς τὰ καλὰ, ἀλλὰ τοὺς μὲν εὐτραπέλους ζητοῦσι ἡδέως· ἐφιέμενοι· τοὺς δὲ δεινοὺς, πρᾶξαι τὸ ἐπιταχθέν. * ταῦτα δ' οὐ πάνυ γίνεται ἐν τῷ αὐτῷ. ἡδὺς δὲ καὶ χρήσιμος ἅμα εἴρηται ὅτι ὁ σπουδαῖος· ἀλλ' ὑπερέχοντι οὐ γίνεται ὁ τοιοῦτος φίλος, ἂν μὴ καὶ τῇ ἀρετῇ ὑπερέχηται· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἰσάζει ἀνάλογον * ὑπερεχόμενος. οὐ πάνυ δ' εἰώθασι τοιοῦτοι γίνεσθαι· εἰσὶ δὲ οὐδ' αἱ εἰρημέναι φιλίαι ἐν ἰσότητι τὸ γὰρ αὐτὸ γίνεται ἀπ' ἀμφοῖν, καὶ βέλτιον ἀλλήλοις, ἢ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου ἀνταποδιδόναι, οἷον ἡδονὴν ἀντ' ὠφελείας. ὅτι δὲ καὶ ἧττόν εἰσιν αὗται αἱ φιλίαι καὶ μένουσιν, εἴρηται· διῴκισται δ' ἐκ τοῦ δι' ὁμοιότητα καὶ ἀνομοιότητα ταὐτὸ εἶναί τι καὶ οὐκ εἶναι φιλίαν· καθ' ὁμοιότητα μὲν τὰς κατ' ἀρετὴν φαίνονται φιλίαι· ἡ μὲν γὰρ, τὸ ἡδὺ ἔχει. ἡ δὲ, τὸ χρήσιμον· ταῦτα δὲ ὑπάρχει καὶ ἐκείνῃ.

etiam in illa. Eo autem,
quod

καὶ ἡ τῷ μὲν * ἀληθέλησι εἶναι καὶ μόνιμοι, ταύτας δ' ταχέως μεταπίπτειν, ἄλλοις τε διαφέρειν πολλοῖς, καὶ φαίνονται φιλίαι δι' ἀνομοιότητα ἐκείνης.

quod illa criminationum & calumniarum expers est & firma penè ad perpetuitatem: hæ autem celeriter intercidunt, aliisque multis rebus differunt, non habent speciem amicitiæ, propter hanc ab illa dissimilitudinem.

CAPVT VII.

De Amicitia καθ' ὑπεροχήν, seu Personarum Inæqualium.

Ἔτερον δέ ἐστι φιλίας εἶδος, τὸ καθ' ὑπεροχήν· οἷον πατρὶ πρὸς υἱόν. καὶ ὅλως πρεσβυτέρῳ πρὸς νεώτερον, ἀνδρί τε πρὸς γυναῖκα, καὶ παντὶ ἄρχοντι πρὸς ἀρχόμενον. διαφέρουσι δ' αὗται καὶ ἀλλήλων· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ γονεῦσι πρὸς τέκνα, καὶ ἄρχουσι πρὸς ἀρχομένους· οὐδὲ πατρὶ πρὸς υἱόν, καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα· οὐδ' ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ γυναικὶ πρὸς ἄνδρα· ἑτέρα γὰρ ἑκάστῳ τούτων ἀρετή, καὶ τὸ ἔργον· ἕτερα δ' καὶ δι' ἃ φιλοῦσιν. ἕτεραι οὖν καὶ αἱ φιλήσεις καὶ αἱ φιλίαι. τὰ αὐτὰ μὲν δὴ ὅτι γίγνεται ἑκατέρῳ τοῦ ἑτέρου, ὅτε δεῖ ζητεῖν· ὅταν δὲ γονεῖσι μὲν τέκνα ἀπονέμῃ ἃ δεῖ τῆς ὑμότητος· γονεῖς δὲ υἱέσιν ἃ δεῖ τῆς τέκνοις, μένιμος ἡ τ' τοιούτων καὶ ἀπεικὴς ἔσται φιλία. ἀνάλογον δ' ἐν ἀπάσαις ταῖς καθ' ὑπεροχὴν οὔσαις φιλίαις καὶ τῷ φίλησιν δεῖ γίνεσθαι· οἷον τὴν ἀμείνονα

A Liud autem amicitiæ genus est, in quo excellunt & excelluntur: veluti quæ patri intercedit cum filio, seni cum juvene, viro cum uxore, omni denique qui præest, cum eo, qui imperio parere debet. quæ quidem inter seipsas quoque differunt. Non est enim eadem parentum cum liberis, atque eorum, qui præsunt, cum iis, qui sub imperio sunt. sed neque eadem patris cum filio, quæ filii cum patre: neque eadem viri cum uxore, quæ uxoris cum viro est amicitia. Alia enim cujusque horum virtus est, aliud opus, alia denique quæ ad amandum incitant. Ex quo sequitur, diversas quoque esse tam amationes quam amicitias. Sanè eadem ut horum utrique ab altero præstentur, id neque accidit, neque est postulandum. Cum verò iis, qui procrearunt, ea quæ parentibus debentur, liberi tribuunt, vicissimque filiis parentes quæ debentur liberis: tum firma & æquabilis talis amicitia futura est. Cæterum in omnibus iis amicitiis, quæ in excellentia positæ sunt, amatio debet esse æqualitas proportionis: ut scilicet is, qui potior est

1 Eud. 6 & 7

2

3

4

5

6

7

8 Eud. 10.

amo-

ametur magis, quam amet: & is qui plus utilitatis affert. idemque de ceteris singulatim similiter dici poterit.
9 Cum enim amatio fit pro dignitate, tum quodammodo existit æqualitas: id quod amicitiæ proprium esse existimatur. Non ita porrò se habet in rebus justis, ut in amicitia æqualitas. Etenim in rebus justis primo loco ponitur æqualitas ea, quæ censetur dignitatis ac meriti comparatione: secundo ea, quæ æqualitate quantitatis definitur. in amicitia contra primo loco statuitur id æquale, quod est magnitudinis: secundo id, quod est dignitatis seu meriti.
7 Eu. c. 9. 4 Pol. 21. 13 Idque ex eo perspici potest, quod est, si magna sit virtutis, aut vitii, aut copiæ, aut alius alicujus rei distantia. Non enim jam tum amici sunt. immo ne debere quidem se amicos esse judicant alterorum. idque in diis maximè appareret. Omnibus enim bonis ii longè antecellunt. Perspicuum idem est etiam in regibus. Nam ne ad eorum quidem etiam amicitiam aspirare audent ii, qui multò sunt inferiores: ut neque præstantissimorum aut sapientissimorum virorum amicitiam expetunt contemptissimi, nulliusque pretii homines. Sa-
9 Eu. c. 10. f. nè constitui in his subtiliter certus terminus non potest, quatenus progredi amicitia possit. Nam si vel multa ab altero detrahantur, manet tamen etiam tum amicitia. At verò si penitus etiam separentur, & intervallo inter se disjuncta sint magno (ut homo à Deo) non jam manet. Ex quo etiam quæri solet, velintne amicos amici bonis quam maximis affici (verbi gratia deos esse,) non enim jam amicos eis futuros

μᾶλλον φιλεῖσθαι, ἢ φιλεῖν, καὶ τὸν εὐφιλιμώτερον, καὶ τὴν ἄλλων ἕκαστον ὁμοίως. ὅταν γὰρ κατ' ἀξίαν ἡ φίλησις γίγνηται, τότε γίγνεταί πως ἰσότης. ὃ δὴ τῆς φιλίας εἶναι δοκεῖ· οὐχ ὁμοίως τὸ ἴσον ἔν τε τοῖς δικαίοις, καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ φαίνεται ἔχειν· ἔστι γὰρ, ἐν μὲν τοῖς δικαίοις, ἴσον πρώτως τὸ κατ' ἀξίαν· τὸ δὲ κατὰ ποσὸν, δευτέρως· ἐν δὲ τῇ φιλίᾳ, τὸ μὲν κατὰ ποσὸν, πρώτως· τὸ δὲ κατ' ἀξίαν, δευτέρως. δῆλον δή, ἐὰν πολὺ διάστημα γίγνηται ἀρετῆς, ἢ κακίας, ἢ εὐπορίας ἢ τινος ἄλλου. οὐ γὰρ ἔτι φίλοι εἰσὶν, οὐδ' ἀξιοῦσιν. ἐμφαίνεται δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν θεῶν· πλεῖστον γὰρ ὑπερέχουσι πάντων τῶν ἀγαθῶν. δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν βασιλέων. ὅταν γὰρ τούτους ἀξιῶσιν εἶναι φίλους οἱ πολὺ καταδεέστεροι, οὐδὲ τῶν ἀρίστων, ἢ σοφωτάτων οἱ μηδενὸς ἄξιοι. ἀκριβὴς μὲν οὖν ἐν * τισὶν οὐκ ἔστιν ὁρισμὸς, ἕως τινος οἱ φίλοι· πολλῶν γὰρ ἀφαιρουμένων, ἔτι μένει· πολὺ δὲ * χωρισθείσης, οἷον ἐκ θεοῦ, οὐκ ἔτι. ὅθεν καὶ ζητοῦσιν, μὴ ποτ' οὐ βέλτιον οἱ φίλοι τοῖς φίλοις τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, οἷον θεοὺς εἶναι· οὐδὲ γὰρ ἔτι φίλοι ἔσονται αὐτοῖς· οὐδὲ δὴ

δεῖ δὴ ἀγαθὰ εἶ γὰρ φίλοι πᾶσι ἀγαθοί, εἶ δὴ καλῶς ἔιρηται, ὅτι ὁ φίλος τῷ φίλῳ βούλεται τἀγαθὰ ὁκείνου ἕνεκα, μένει ἂν εἶεν, οἷος περ ὅτι ὁκεῖνος· ἀνθρώπῳ δ' ὅτι βουλήσεται τὰ μέγιστα εἶναι ἀγαθά· ἴσως δ' οὐ πάντα· αὐτῷ γὰρ μάλιστ' ἕκαστος βούλεται τἀγαθά.

esse tales. ac ne bonum quidem cum amici; sint bona. Quod si rectè dicitur, suo quemque amico bona optare illius causa, profectò talis ut maneat oportet, qualis est alter ille. Sanè ut homini, maxima bona optare ac velle poterit: sed fortasse ne sic quidem omnia. Sibi enim maxime vult quisque bona evenire.

CAPVT IIX.

Amicitiam magis consistere in eo, ut amet quis, quam ut ametur.

Οἱ πολλοὶ δ' ὀρέγονται καὶ φιλοτιμίας βούλεται φιλεῖσθαι μᾶλλον ἢ φιλεῖν· διὸ φιλοκόλακες οἱ πολλοί. ὑπερέχομένου γὰρ φίλος, ὁ κόλαξ, ἢ ὑπολαμβάνεται τιμίου εἶναι, καὶ μᾶλλον φιλεῖν ἢ φιλεῖσθαι· τὸ δ' φιλεῖσθαι, ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τοῦ τιμᾶσθαι, ὃ δὴ οἱ πολλοὶ ἐφίενται. ὑ δὲ αὐτὸ δὲ ἐοίκασιν αἱρετὸς τὼ τιμὼ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· χαίρουσι γὰρ οἱ μὲν πολλοὶ, ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις ἡδυόμενοι διὰ τὼ ἐλπίδα· οἴονται γὰρ τύχοις παρ' αὐτῶν, ἂν τοῦ δέωνται· ὡς δὴ σημείῳ τῆς εὐπαθείας χαίρουσι τῇ τιμῇ· οἱ δ' ὑπὸ τῶν σπουδαίων καὶ εἰδότων ὀρεγόμενοι τιμῆς, βεβαιοῦσι τὼ οἰκείαν δόξαν περὶ αὐτῶν ἐφίενται· χαίρουσι δὲ, ὅτι εἰσὶν ἀγαθοὶ, πειθόμενοι

Vulgus verò hominum honoris studio malle videtur amari, quam amare. Itaque multo maximæ parti hominum assentatores placent. Est enim assentator amicus inferior, seu, qui ab altero superatur, aut certè, qui præ se fert putare, se talem esse amareque magis, quam amari. Cæterum amare videtur finitimum esse ei, quod est honore affici, cujus rei plerique sunt cupidissimi. Verum honor non propter se expeti videtur, sed ex eventu. Nam vulgus quidem cum ab iis, qui potestate & imperio præditi sunt, honore afficitur, lætatur, ea spe atque opinione, quod existimat futurum, ut si qua re egeat, ab illis consequatur. Vt ita honore delectentur quasi argumento & pignore ejus eventus, quem volunt. Illi verò, qui à viris probis & rerum intelligentibus honorem expetunt opinionem eam stabilire & confirmare gestiunt; quam probi illi viri de ipsis habent. Bonos igitur se esse gaudent, eorum judi-

1 Eud. c. 6.
2 Rhet. 11.

cio, qui id dicunt, fidem habentes: ipso verò amore sui gaudent per se. Quo fit, ut amor honore potior, amicitiaque per se esse optabilis & expetenda videatur. Magis autem ea consistere videtur in eo, ut quis amet, quam in eo, ut ametur. Atque hoc ipsum matres indicant, quibus ipsum amare est voluptati. Nonnullæ enim filios suos dant alendos, eosque scientes ex se natos, amant, nec ut ab eis redamentur, magnopere laborant, si fieri utrumque non possit: sed satis habent, si videant, eos frui secunda fortuna. Denique nihilominus eos diligunt, quamvis illi non possint matri (quod tam non norunt) quæ convenit, tribuere. Cum autem in eo, ut amemus, magis, quam in eo ut amemur, amicitia consistat, laudenturque ii, qui amicorum amantes perhibentur, hoc est φιλόφιλοι, probabile est, amicorum vim ac virtutem, in eo, ut ament, esse positam. itaque in quibus hoc fit pro dignitate, ii stabiles ac firmi permanent amici: taliumque amicitia stabilis est ac permanens. Atque hoc modo etiam homines inter se inæquales maximè fieri queant amici. Nam & hi possint æquari. æqualitas autem & similitudo amicitia est: maximeque eorum, qui virtute similes sunt, similitudo amicitia est. Nam cum hi maneant ex seipsis firmi ac stabiles, tum alter quoque ad alterum manet is, qui erat, ac neque res malas desiderant, neque se talium rerum ministros præbent: immo vero etiam prohibent (pene dicam) eas ac reprimunt. Virorum enim bonorum est neque peccare, neque a-

τῇ τῶν λεγόντων κρίσει. τῷ φιλεῖσθαι δὴ καθ' αὑτὸ χαίρουσι· διὸ δόξειεν ἂν κρεῖττον εἶναι τοῦ τιμᾶσθαι, καὶ ἡ φιλία * καθ' αὑτὴν αἱρετὴ εἶναι. δοκεῖ δὲ ἐν τῷ φιλεῖν μᾶλλον ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι εἶναι. σημεῖον δέ, αἱ μητέρες τῷ φιλεῖν χαίρουσαι. ἔνιαι γὰρ διδόασι τὰ ἑαυτῶν τρέφεσθαι, καὶ φιλοῦσιν ὡς εἰδυῖαι, ἀντιφιλεῖσθαι δὲ ζητοῦσιν, ἐὰν ἀμφότερα μὴ ἐνδέχηται, ἀλλ' ἱκανὸν αὐταῖς ἔοικεν εἶναι, ἐὰν ὁρῶσιν εὐπαθοῦσας· καὶ ἐνίαι φιλοῦσιν αὐτοὺς κἂν ἐκεῖνοι μὴ δῶσιν τῇ μητρὶ ἃ προσήκει διὰ τὸ ἄγνοιαν. μᾶλλον δὴ τῆς φιλίας ἔοικε τοῦ φιλεῖν, καὶ τῶν φιλοφίλων ἐπαινουμένων, φίλων ὄντων, τὸ φιλεῖν ἔοικεν· ὥστε ἐν οἷς τοῦτο γίνεται κατ' ἀξίαν, ἔστι μόνιμοι φίλοι, καὶ ἡ τῶν τοιούτων φιλία. ἔστω δὴ ἂν καὶ οἱ ἄνισοι μάλιστ' εἶεν φίλοι· ἰσάζοιντο γὰρ ἄν· ἡ δὲ ἰσότης καὶ ὁμοιότης, φιλότης, καὶ μάλιστα μὲν ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν ὁμοιότης· μένουσι γὰρ ὄντες καθ' αὑτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους μένουσι, καὶ ἔστε δίκαιοι φαύλων, οὐδ' ὑπομένουσι ταῦτα, ἀλλ' οὐκ εἰσὶν, οὐδ' ἀλλοιοῦσι. τὸν ἀγαθὸν γὰρ μήτ' αὐτὸν ἁμαρτάνειν, μήτε

τοῦ

τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν * ὑπηρετεῖν· οἱ δὲ μοχθηροὶ, τὸ ὅλῳ βέβαιοι οὐκ ἔχουσιν· οὐδὲ γὰρ αὑτοῖς διαμένουσιν ὅμοιοι ὄντες· ἐπ' ὀλίγον δὴ χρόνον γίγνονται φίλοι, χαίροντες τῇ ἀλλήλων μοχθηρίᾳ. οἱ χρήσιμοι δὲ καὶ ἡδεῖς, οὗτοι πλείων διαμένουσιν· ἕως γὰρ ἂν παρέχωσιν ἡδονὰς * καὶ ὠφελείας ἀλλήλοις. ἐξ ἐναντίων δὲ μάλιστα μὲν δοκεῖ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον γίγνεσθαι φιλία· οἷον πένης πλουσίῳ, ἀμαθὴς σοφῷ. ὃ γὰρ τυγχάνει ἕις ἐνδεὴς ὢν, τοῦτο ἐφίεται λαμβάνων, ἀντιδωρεῖται ἄλλο. ἐνταῦθα δ' ἂν τις ἄλλοι καὶ ἐρασθῇ καὶ ἐρώμενον, καὶ καλὸν ᾖ οὐχρόν. διὸ φαίνονται καὶ οἱ ἐρασταὶ γελοῖοι ἐνίοτε, ἀξιοῦντες φιλεῖσθαι ὡς φιλοῦσιν. ὁμοίως δὲ φιλητὸς ὄντας ἴσως ἀξιωτέον· μηδὲν δὲ τοιοῦτον ἔχοντας, γελοῖον. ἴσως δὲ οὐδὲ ἐφίεται τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου καθ' αὑτό, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. ἡ δ' ὄρεξις, τοῦ μέσου ἐστί. τοῦτο γὰρ ἀγαθόν, οἷον τοῦ ξηρῷ, οὐ τὸ ὑγρῷ γενέσθαι, ἀλλ' οὐδὲ τὸ μέσον ἐλθεῖν, καὶ τοῦ θερμῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω· καὶ γὰρ ἔξω ἀλλοτριώτερα.

micis permittere, ut peccatorum ac flagitiorum sint administri. Mali verò cum 21
stabile nihil habeant (quippe qui ne sui
quidem similes permaneant) tum ad
perexiguum tempus amicitiam inter se
tuentur, mutua improbitate delectati.
Vtiles autem ac jucundi diutius amici 22
permanent. Tamdiu enim manent,
quoad utilitates ac voluptates sibi mu-
tuo suppeditant. Quæ autem ex con- 23
trariis constare videntur, maxime qui-
dem illæ sunt, quas utilitas jungit: ut
cum pauper diviti, doctus indocto fit
amicus. Nam qua quisque re fortè e- 24
get, eam ab altero expetens alio genere
illum muneratur. Deinde verò ad hunc 25
numerum etiam amatorem & eum, qui
amatur, formosum item ac deformem
licet aggregare. Quocirca videntur in- 26
terdum & amatores ridiculi, cum eos,
quos amant, pari mensura ipsos reda-
mare volunt. Sanè si æque digni sint, 27
qui amentur, jure hoc & volunt & po-
stulant. sin nihil tale habeant, ridicu-
lum sit istud postulare. Fortasse vero e- 28
tiam totum hoc aliter habet, neque res
contraria contrariam per se desiderat,
sed ex eventu: appetitio autem medii 29
est. hoc enim bonum est. verbi gratia
rei aridæ bonum est, non ut humida fi-
at, sed ut ad mediocritatem redigatur.
Item rei calidæ & cæteris: Sed hæc o- 30
mittantur sanè. Sunt enim ab institu-
to nostro alieniora.

CAPVT IX.

De Amicitia Civili.

1 VIdentur autem, quemadmodum
f Ba. 6, 1. principio dictum est, tum ad eadem pertinere, jus & amicitia, tum in
2 iisdem versari. Nam in omni societate aliquod jus reperitur, & verò etiam
3 aliqua amicitia. Itaque pro amicis compellant & eos, quibus cum navigant, & commilitones, itemque alios, quibus cum aliquam inierunt societatem.
4 Quanta porro communio est, tam latè patet & amicitia. Nam tam latè quo-
5 que jus patet. Et proverbium jactatur, Amicorum res sunt communes, rectè
6 admodum. In societate enim & com-
7 munione posita amicitia est. Sunt autem fratribus quidem & sodalibus omnia inter ipsos communia: reliquis autem certa quædam ac distincta: ali-
8 isque plura, aliis pauciora. Nam & amicitiæ aliæ magis, aliæ minus sunt amicitiæ.
9 Differunt autem & jura. non enim eadem sunt patribus cum liberis, quæ fratribus inter ipsos: neque sodalibus & civibus: similiterque se res habet
10 in aliis amicitiis. Differunt igitur & injuriæ horum singulorum inter se: quæ hoc sunt graviores, quo amicioribus inferuntur: exempli gratia, sodalem pecunia fraudare gravius est, quàm civem: & fratri non succurrere, quam alieno: & parentem verberare, quàm
11 quemlibet alium. Solet autem unà cum amicitia etiam jus amplificari naturâ

Ἔοικε δ', καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, περὶ ταὐτὰ καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς εἶναι, ἥ τε φιλία καὶ τὸ δίκαιον· ἐν ἁπάσῃ γὰρ κοινωνίᾳ δοκεῖ τι δίκαιον εἶναι, καὶ φιλία δέ. προσαγορεύουσι γοῦν ὡς φίλους, τοὺς σύμπλους, καὶ τοὺς συστρατιώτας· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις κοινωνίαις. καθ' ὅσον δὲ καὶ κοινωνοῦσιν, ἐπὶ τοσοῦτον καὶ φιλίαι· καὶ γὰρ καὶ τὸ δίκαιον, καὶ ἡ παροιμία, κοινὰ τὰ φίλων, ὀρθῶς· ἐν κοινωνίᾳ γὰρ ἡ φιλία. ἔστι δὲ, ἀδελφοῖς μὲν καὶ ἑταίροις, πάντα κοινά. τοῖς δὲ ἄλλοις ἀφωρισμέναι· καὶ τοῖς μὲν, πλείω· τοῖς δὲ, ἐλάττω· καὶ γὰρ τῶν φιλιῶν, αἱ μὲν μᾶλλον· αἱ δὲ, ἧττον. διαφέρει δὴ καὶ τὰ δίκαια. οὐ γὰρ ταὐτὰ γονεῦσι πρὸς τέκνα, καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους, οὐδ' ἑταίροις καὶ πολίταις· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων φιλιῶν. ἕτερα δὴ καὶ τὰ ἀδικα πρὸς ἑκάστους τούτων, καὶ αὔξησιν λαμβάνει τῷ μᾶλλον πρὸς * φίλους εἶναι. οἷον ἀργύριόν τι ἁπαρνῆσαι ἑταίρου, ἀνιαρότερον ἢ πολίτου· καὶ μὴ βοηθῆσαι ἀδελφῷ, ἢ ξένῳ· καὶ πατέρα πατάξαι, ἢ ἑτέρου τινὸς ἄλλου· αὔξεσθαι δὲ πέφυκεν ἅμα τῇ φιλίᾳ

λία καὶ τὸ δίκαιον, ὡς ἐν τῇς
αὐτῇς ὄντα, καὶ ἐν' ἴσον διήκοντα.
αἱ δὲ κοινωνίαι * τῶν μορίων
ἔοίκασι τῇς πολιτικῇς· συμπο-
ρεύονται γὰρ ἕνεκά τινὸ συμφέρον-
τος, καὶ παραζώσωσί τι τῶν εἰς
τὸν βίον. καὶ ἡ πολιτικὴ δὲ κοι-
νωνία, ἕνεκα συμφέροντος χάριν
δοκεῖ καὶ ἐξ ἀρχῆς συνελθεῖν,
καὶ μένειν· τοῦτο γὰρ καὶ οἱ
νομοθέται σπουδάζουσι, καὶ δίκαιόν
φασιν εἶναι τὸ κοινῇ συμφέρον.
αἱ μὲν οὖν ἄλλαι κοινωνίαι κατὰ
μέρη ἕνεκα συμφέροντος. ἔοικε δὲ
εἶναι πλωτῆρες μὲν, ἕνεκα τοῦ
πλεῖν, ἢ πρὸς ἐργασίαν χρη-
μάτων, ἢ τι τοιοῦτον. * στρα-
τιῶται δὲ, τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον, εἴτε τι
χρημάτων εἴτε τοῦ νίκης, ἢ πόλεως
ἐρασθέντες· ὁμοίως δὲ καὶ φυ-
λέται καὶ δημόται, ἕνιαι δὲ τῶν
κοινωνιῶν διὰ τιμὴν δοκοῦσιν γί-
νεσθαι πᾶσιν καὶ ἑορτῶν·
αὗται γὰρ θυσίας ἕνεκα καὶ συν-
ουσίας. αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι
καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι
κατὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομι-
δάς, οἷον ἀπαρχαί. μάλιστα
γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιρο-
ῖς * θυσίας τε ποιοῦντες, καὶ
αὐτοὶ ταύτας σπουδὰς τιμὰς τε
ἀπονέμοντες τοῖς θεοῖς, καὶ ἑαυ-

quippe cum ambo in iisdem rebus con-
sistant, & æque latè pateant. Omnes 12
autem societates sunt tanquam quæ- * Pol. 1.
dam civilis societatis partes ac mem-
bra. Conveniunt enim homines 13
cùm emolumenti alicujus gratia, tum
ut aliquid quærant ac parent eorum,
quæ ad victum cultumque pertinent:
Eodemque modo etiam societas civilis 14
& ab initio utilitatis causa constituta
videtur esse, & permanere. Hoc enim 15
legumlatores sibi tamquam scopum
proponunt, ac jus esse dicunt, quod
communiter reique publicæ utile est.
Cæteræ igitur societates pro sua quæ- 16
que parte utile expetunt: verbi gratia,
nautæ id, quod ex navigatione quæri-
tur, ut pecuniam conficiant, aut ali-
quid tale consequantur: commilito-
nes id, quod bello paratur, sive pecu-
niam concupiscant, sive victoria potiri,
sive urbem aliquam expugnare cupiant:
itemque tribules ac populares. Cæte- 17
rum sunt societates, quæ propter volu-
ptatem comparari videntur: ut sodali-
tia eorum, qui ad cultum alicujus nu-
minis unâ epulantur ac saltant: & co-
rum qui pro rata cujusque parte sym-
bolas in convivium conferunt. Hæ enim
partim sacrificii, partim & conventus
& convictus causa comparantur. Nam 18
etiam quod attinet ad prisca sacrificia,
cœtusque & conventus, qui sacrificio-
rum causa habebantur, ea constat col-
lectis jam fructibus, ut primitias quas-
dam fuisse institutas. His enim tempori- 19
bus maximè erant otiosi: & sacra scili-
cet una facientes, & ad ea celebranda
convenientes, & cum honores diis immortalibus tribuentes, tũ sibi re-

quiem, cum voluptate conjunctam præ-
20 bentes. Verumtamen omnes etiam tales κοινωνίας civili societati subjectæ esse videntur. Non enim præsentem utili-
21 tatem, sed eam, quæ ad omnem vitam pertinet, civilis societas expetit. Apparet igitur, societates omnes civilis so-
22 cietatis esse membra Quales autem fuerint ipsæ illæ societates, tales etiam amicitiæ consequentur.

τῆς ἀναπαύσεως περίζωντες ὑπ' ἡδονῆς· πᾶσαι δ' αὗται ὑπὸ τὴν πολιτικὴν ἴοικασιν εἶναι. ὁ γὰρ τοῦ παρόντος συμφέροντος ἡ πολιτικὴ ἐφίεται, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον. πᾶσαι δὴ φαίνονται αἱ κοινωνίαι, μόρια τῆς πολιτικῆς εἶναι· ἀκολουθήσουσι δ' αἱ τοιαῦται φιλίαι ταῖς τοιαύταις κοινωνίαις.

CAPVT X.

De tribus Reip. formis earumq; cum simplicibus societatibus similitudine.

1 ADministrandæ porrò Reipublicæ
3 Pol. 4. & 5. tria sunt genera, totidemque ab illis
3 Rhet. 1. sive digressiones sive declinationes,
2 & veluti vitia. Sunt autem Reipublicæ administrandæ formæ, Regnum, Optimatum principatus, & potestas ex censu, quam Timocraticam non ineptè appellaverimus: sed eam ut plurimum solemus Politiam sive rempublicam nominare. Harum autem formarum o-
3 mnium Regnum est optima, Timocra-
4 tia deterrima. Declinatio autem à Regno Tyrannis est. In utraque enim penes unum summa rerum est potestas.
5 Sed plurimum tamen inter se differunt. Tyrannus enim suam, Rex eorum, qui-
6 bus imperat utilitatem spectat. Etenim Rex non est, cui sua non sunt satis, quique non omnium bonorum copia antecellit. At qui talis est, nihil præterea
7 desiderat: ideoque non sua, sed eorum, quibus præest, commoda sibi propo-

Πολιτείας δὲ ὄντων εἰδῶν τριῶν, ἴσαι δὲ καὶ παρεκβάσεις, οἷον φθοραὶ τούτων· εἰσὶ δ', αἱ μὲν πολιτεῖαι, βασιλεία τε καὶ ἀριστοκρατία· τρίτη δ', ἡ ὑπὸ τιμημάτων, ὧι τιμοκρατικῶι λέγειν οἰκεῖον φαίνεται· πολιτείαν δ' αὐτὴν εἰώθασιν εἰ πλείστοι καλεῖν. τούτων δ', βελτίστη μὲν, ἡ βασιλεία· χειρίστη δ', ἡ τιμοκρατία. παρέκβασις δ', βασιλείας μὲν, τυραννίς· ἄμφω γὰρ μοναρχίαι· διαφέρουσι δὲ πλεῖστον· ὁ μὲν γὰρ τύραννος, * τὸ ἑαυτῶι συμφέρον σκοπεῖ. ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ τῶν ἀρχομένων· ὁ γὰρ ὄντως βασιλεύς, ὁ μὴ αὐτάρκης, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχων· ὁ δὲ τοιοῦτος, ἐνδεὴς οὐδενὸς προσεῖναι δεῖ· τὰ ὠφέλιμα οὖν, αὐτῶι μὲν οὐκ ἂν σκοπεῖν,

τοῖς

τὸς δὲ ἀρχομένους· ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, κληρωτὸς ἂν τις εἴη βασιλεύς· ἡ δὲ τυραννὶς, ἐξ ἑκατέρας ταύτης· τὸ γὰρ ἑαυτῷ ἀγαθὸν διώκει. καὶ φανερώτερον δὴ ταύτης, ὅτι χείρης· κάκιστον γὰρ τὸ ἐναντίον τῷ βελτίστῳ. μεταβαίνει δ', ἐκ βασιλείας εἰς τυραννίδα· φαυλότης γὰρ ἐστὶ μοναρχίας ἡ τυραννίς· ὁ δ' μοχθηρὸς βασιλεὺς, τύραννος γίνεται. ἐξ ἀριστοκρατίας δὲ, εἰς ὀλιγαρχίαν, κακία τῶν ἀρχόντων, οἱ νέμουσι τὰ τῆς πόλεως ἀφ' τῷ ἀξίας, καὶ πάντα. ἢ γὰ πλεῖστα τῶν ἀγαθῶν ἑαυτοῖς, καὶ τὰς ἀρχὰς ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς, ὡς πλείστῳ πεισθῶσι τὸ πλουτεῖν. ὀλίγοι δὴ ἄρχουσι καὶ μοχθηροὶ ἀντὶ τῶν ἐπιεικεστάτων. ἐκ δὲ δὴ τιμοκρατίας εἰς δημοκρατίαν· σωόρρει γὰρ εἶναι αὕτας· πλήθει γὰ βάλεται καὶ ἡ τιμοκρατία εἶναι, καὶ ἴσοι πάντες οἱ ἐν τῷ τιμήματι· ἥκιστα δ' μοχθηρὸν ἔστιν ἡ δημοκρατία· ἐπὶ μικρὸν γὰ * καὶ παρεκβαίνει τὸ τῆς πολιτείας εἶδος. μεταβάλλουσι μὲν οὖν μάλιστ' ἅπασαι αἱ πολιτεῖαι· ἐλάχιστα γὰρ ἄττα καὶ ῥᾷστα μεταβαίνουσιν· ὁμοιώματα δ' αὐτῶν καὶ ἄλλα ἀφορίσειεν ἂν καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις· ἡ μὲν γὰρ πατρὸς πρὸς υἱεῖς κοινωνία βασιλείας ἔχει

net. Nam qui talis non fuerit, is sorte ductus quispiam potius, quam Rex, videatur. Huic adversatur Tyrannis. nam 8
quod sibi expedit, sequitur. Atque hanc vel magis perspicuum est esse deterrimam. Quod enim optimo est contrarium, pessimum. Ex regno autem in 9 10
tyrannidem degenerat imperium. Nam monarchiæ vitium tyrannis est: Rex malus autem Tyrannus efficitur. Ex optimatum verò potestate in Paucorum principatum fit commutatio, eorum qui præsunt, culpa, qui res civitatis tribuunt indignis: omnia bona, aut multò maximam eorum partem vendicant sibi: magistratus iisdem semper deferunt, divitias rebus ferè omnibus anteponentes: quo fit, ut pauci magistratum gerant, iique improbi ac vitiosi loco virorum bonorum ac virtute præstantium. Ex Timocratia autem in po- 11 12
pularem statum fit conversio. Sunt enim hæ Reipublicæ administrandæ formæ inter se finitimæ. Nam etiam hæc 13
ex censu potestas natura sua multorum videtur esse: omnesque qui habent censum, inter se sunt pares. Minimè vero 14
omnium vitiosa Popularis potestas est: quia paululum admodum ab ea Reipublicæ forma, quæ in hoc gradu laudabilis est, deflexit. Ac civilis quidem sta- 15
tus formæ his ferè modis commutari solent. hujusmodi namque minima est & facilima mutatio. Cæterum statuum 16
horum similitudines & velut exempla deprehendat aliquis in privatis quoque domibus. Patris enim cum filiis socie- 17 3 Pol. 4.

tas re-

tas regni ſpeciem quandam præ ſe fert. nam filii patri curæ ſunt. Ex quo & Homerus Iovem patrem appellat. Patriam enim poteſtatem Regnum videtur proximè referre. Sed apud Perſas patria poteſtas eſt tyrannica. Vtuntur enim liberis ſuis ut ſervis. Eſt & domini in ſervos imperium tyrannicum. In eo enim negotium domini agitur, ejuſque utilitati conſulitur. Atque hoc ſane rectum eſt. Perſicum tamen illud depravatum ac perverſum. eorum enim, qui inter ſe differunt, imperia quoque differre debent. Iam viri & uxoris ſocietas ad optimatium principatum proxime videtur accedere. Nam pro eo, ut ipſo dignum eſt, vir imperat, in iiſque adeò rebus, in quibus virum oportet imperare: & quæ mulieri conveniunt, ei permittit. Quod ſi vir in omnibus dominetur, res traducitur in poteſtatis illius, quæ paucorum eſt, ſpeciem. Id enim faciet præter dignitatem: non ea ratione, quâ vir melior eſt. Interdum verò fit, ut mulieres imperent, ex ſcilcet quibus ampliſſimæ venerunt hæreditates. Non igitur tum ex virtute, ſed propter divitias & potentiam imperatur, quemadmodum in paucorum principatu. Denique poteſtati illi, quæ cenſus ratione conſtat, fraterna ſocietas eſt ſimilis. Sunt enim ii pares: niſi fortè ætatis ratione inter ſe differunt. Quocirca ſi multum inter ſe diſtent ætatibus, jam amicitia fraterna conſtare non poteſt. At vero popularis poteſtas eſt cum in iis familiis maximè,

18 19 20 21 22 23 24 25 26 27

χήματα. τῶν τέκνων γὰρ τὸ πατρὶ μέλει. ἐντεῦθεν ἡ καὶ Ὅμηρος τὸν Δία πατέρα προσαγορεύει· πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι· ἐν Πέρσαις δὲ ἡ τῶν πατέρων τυραννική· χρῶνται γὰρ ὡς δούλοις, τοῖς υἱέσι. τυραννικὴ δὲ καὶ ἡ δεσπότου πρὸς δούλους· τὸ γὰρ τοῦ δεσπότου συμφέρον, ἐν αὐτῇ πράττεται. αὕτη μὲν οὖν, ὀρθὴ φαίνεται· ἡ Περσικὴ δὲ, ἡμαρτημένη· τῶν διαφερόντων γὰρ, αἱ ἀρχαὶ διαφέρουσι. οἰκεῖος δὲ καὶ γυναικὸς, ἀριστοκρατικὴ φαίνεται. κατ' ἀξίαν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἄρχει, καὶ οἷς ταῦτα δεῖ τὸν ἄνδρα· ὅσα δὲ γυναικὶ ἁρμόζει, ἐκείνῃ ἀποδίδωσιν. ἅπαντων δὲ κυριεύει ὁ ἀνὴρ εἰς ὀλιγαρχίαν μεθίστησι· παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ αὐτὸ ποιεῖ, καὶ οὐχ ᾗ ἀμείνων. ἐνίοτε δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι οὖσαι. ἃ δὴ γίνονται κατ' ἀρετὴν αἱ ἀρχαὶ, ἀλλὰ διὰ πλοῦτον καὶ δύναμιν, καθάπερ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις· τιμοκρατικὴ δ' ἔοικεν ἡ τῶν ἀδελφῶν· ἴσοι γάρ· πλὴν ὅσῳ ἂν ὦσιν ταῖς ἡλικίαις διαλλάττωσι. διὸπερ ἂν πολὺ ταῖς ἡλικίαις διαφέρωσιν, οὐκέτι ἡ ἀδελφικὴ γίνεται ἡ φιλία. δημοκρατία δὲ, μάλιστα μὲν ἐν

ταῖς

ταῖς ἀδιαφόροις τῶν οἰκήσεων· ἐνταῦθα γὰρ πάντες ἐξ ἴσου, καὶ ἐν αἷς ἀσθενὴς ὁ ἄρχων, καὶ ἑκάστῳ ἐξουσία.

quæ domino carent (hic enim ex æquo omnes imperant) tum & in quibus imbecillus est is, qui imperat: ideoque suo quisque arbitratu agit omnia.

CAPVT XI.

De ea, quæ in singulis Rebusp. est, amicitia.

Καθ' ἑκάστην δὲ τῶν πολιτειῶν, φιλία φαίνεται, ἐφ' ὅσον καὶ τὸ δίκαιον. βασιλεῖ μὲν, πρὸς τοὺς βασιλευομένους ἐν ὑπεροχῇ εὐεργεσίας· εὖ γὰρ ποιεῖ τοὺς βασιλευομένους, ἐπεὶ ἀγαθὸς ὢν ἐπιμελεῖται αὐτῶν, ἵν' εὖ πράττωσιν, ὥσπερ νομεὺς προβάτων· ὅθεν καὶ Ὁμήρῳ τὸν Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν εἶπε. τοιαύτη δὴ καὶ ἡ πατρική. διαφέρει δὲ τῷ μεγέθει τῶν εὐεργετημάτων· αἴτιος γὰρ τοῦ εἶναι, δεκτικώτατον μεγίστου εἶναι, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας. καὶ τοῖς προγόνοις δὲ ταῦτα ἀπονέμεται· φύσει τε γὰρ ἀρχικὸν πατὴρ υἱῶν, καὶ πρόγονοι ἐκγόνων, καὶ βασιλεὺς βασιλευομένων. ἐν ὑπεροχῇ δὴ καὶ ἡ φιλία αὕτη· διὸ καὶ τιμῶνται οἱ γονεῖς. καὶ τὸ δίκαιον ἐν τούτοις, οὐ τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν· οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἡ φιλία. καὶ ἀνδρὸς δὲ πρὸς γυναῖκα ἡ αὐτὴ φιλία, ἥ καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ. κατ' ἀρετὴν γὰρ καὶ τῷ ἀμείνονι πλέον ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἁρμόζον ἑκάστῳ.

IN unaquaque autem Reipublicæ administrandæ forma Amicitiæ ratio esse videtur secundum rationem juris. Ac 2 quæ regi sane cum iis, qui in regno vivunt, intercedit, in quadam beneficii excellentia est posita. Bene enim 3 meretur is de iis, quibus imperat: si cum sit bonus, curam eorum habeat velut pastor ovium, ut sint fortunati ac beati. Vnde & Homerus Agamemnonem pa- 4 storem populorum appellavit. Talis est 5 autem & paterna amicitia: nisi quod magnitudine beneficiorum præstat. Est enim pater filio causa ut sit: quæ videtur esse res omnium maxima. idemque alendum & erudiendum curavit. Atque 6 hæc eadem avis & majoribus tribuuntur. Ad imperandum enim apti paratique sunt naturâ pater liberis, avi nepotibus, rex iis qui sub regno sunt. In 7 excellentiæ verò genere & amicitiæ istæ positæ sunt (ideoque etiam parentibus tribuitur honos) & vero non idem jus in iis versatur: sed id, quod pro dignitate est, cujusmodi est scilicet amicitia eorum. Jam viri & uxoris amicitia eadem 8 est, atque ea, quæ in optimatum principatu. Ex virtute enim res tota penditur, & plus boni meliori tribuitur, & quod cuique aptum & accommodatum

1 Pol. 8.

1 Pol. 5.

est. Idemque etiam de jure sentiendum.
9 Fratrum autem amicitia sodalium amicitiæ similis est. Sunt enim pares inter se & æquales ætate: quales qui sunt, ii plurimum iisdem studiis ac disciplinis dediti, consimilibusque moribus præ-
10 diti sunt. Atque similis etiam ea amicitia videtur, quæ in Timocratia reperitur. Postulat enim ratio & natura talium civium, ut inter se sint pares & æquabiles ac moderati bonique viri. Singulatim ergo & ex æquo solent imperare: talisque proinde & eorum amicitia
11 est. In declinationibus autem à recto quemadmodum juris perparum est, sic & amicitiæ: minimumque adeo in de-
12 terrima. In tyrannide enim aut nihil, aut
13 parùm est amicitiæ. Inter quos enim nihil est commune illi, qui imperat, cum eo, qui paret, nec ulla prorsus amicitia est:
14 quoniam neque jus. Sed tantum ita sunt
3 Pol. 4. inter se affecti, ut est artifex ad instrumentum, animus ad corpus, dominus
15 ad servum. His enim prosunt quidem
Pol. c. 2. & consulunt qui utuntur: Verum nec amicitia, nec jus est nobis cum rebus inanimis: immo ne cum equo quidem aut bove, sed neque cum servo, quâ servus est. nihil enim domino cum servo
16 commune est. Nam servus instrumen-
2 Pol. c. 3. tum est animatum: instrumentum au-
6 Pol. 2. tem servus inanimus. Qua igitur servus est id, quod est, nulla cum eo amicitia intercedit domino: sed quâ homo
17 est, aliqua. Nam omni homini cum eo, cum quo pactionum & rerum contrahendarum ratio nobis esse potest, jus aliquod intercedere videtur. Ergo &

ὅτου ἐστὶ καὶ τὸ δίκαιον. ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν, τῇ ἑταιρικῇ ἔοικεν· ἴσοι γὰρ καὶ ἡλικιῶται. οἱ τοιοῦτοι δέ, * ὁμοπαθεῖς καὶ ὁμοήθεις ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἔοικε * δὲ ταύτῃ καὶ ἡ κατὰ τὴν τιμοκρατικὴν· ἴσοι γὰρ οἱ πολῖται βούλονται καὶ ἐπιεικεῖς εἶναι· ἐν μέρει * δὲ τὸ ἄρχειν, καὶ ἐξ ἴσου. ὅτου δὲ καὶ ἡ φιλία. ἐν δὲ ταῖς παρεκβάσεσιν, ὥσπερ γὰρ τὸ δίκαιον ὀλίγον ἐστίν, ὅτου καὶ ἡ φιλία ἐστί, καὶ ἧττον ἐν τῇ χειρίστῃ· ἐν τυραννίδι γὰρ οὐδέν, ἢ μικρὸν φιλίας. ἐν οἷς γὰρ μηδὲν κοινόν ἐστι τῷ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ, οὐδὲ φιλία· οὐδὲ γὰρ δίκαιον· ἀλλ' οἷον τεχνίτῃ πρὸς ὄργανον, καὶ ψυχῇ πρὸς σῶμα, καὶ δεσπότῃ πρὸς δοῦλον· ὠφελεῖται μὲν γὰρ πάντα ὑπὸ τῶν χρωμένων. φιλία δ' οὐκ ἔστι πρὸς τὰ ἄψυχα, οὐδὲ δίκαιον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἵππον ἢ βοῦν, οὐδὲ πρὸς δοῦλον ᾗ δοῦλον. οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστιν. ὁ γὰρ δοῦλος, ἔμψυχον ὄργανον. τὸ δ' ὄργανον, ἄψυχος δοῦλος. ᾗ μὲν οὖν δοῦλος, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν, ᾗ δ' ἄνθρωπος· ἔοικε γάρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα τὸν δυνάμενον κοινωνῆσαι νόμου καὶ συνθήκης· καὶ φιλίας ἄρ', καθ' ὅσον ἄν-

σιν ἀνθρωπος. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἐν ταῖς τυραννίσιν αἱ φιλίαι καὶ τὸ δίκαιον. αἱ δὲ ἐν ταῖς δημοκρατίαις, ὅτι πλείους· πολλὰ γὰρ τὰ κοινὰ ἔσοις ἐστίν.

amicitia, quoad homo est. In tyranni- 18
ca ergo dominatione neque amicitiæ 4 Polit. 10.
multum esse potest, neque juris. at in 19
popularibus potestatibus plurimum. Multa enim inter eos, qui sunt pares, 20
communia sunt.

CAPUT XII.

De Amicitia Sodalitia, Consanguinea & Oeconomica.

Ἐν κοινωνίᾳ μὲν οὖν πάσα φιλία ἐστί, καθάπερ εἴρηται· ἀφορίσειε δ' ἂν τις τήν τε συγγενικὴν καὶ τὴν ἑταιρικήν· αἱ δὲ πολιτικαὶ, καὶ φυλετικαὶ, καὶ συμπλοϊκαὶ, καὶ ὅσαι τοιαῦται, κοινωνικαῖς ἔοικασι μᾶλλον. οἷον γὰρ καθ' ὁμολογίαν τινὰ φαίνονται εἶναι. εἰς ταύτας ἂν τάξειεν ἄν τις καὶ τὴν ξενικήν· καὶ ἡ συγγενικὴ δὴ φαίνεται πολυειδὴς εἶναι, καὶ ἠρτῆσθαι πᾶσα ἐκ τῆς πατρικῆς· οἱ γονεῖς μὲν γὰρ στέργουσι τὰ τέκνα, ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα· τὰ δὲ τέκνα, τοὺς γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων τι ὄντα. μᾶλλον δ' ἴσασιν οἱ γονεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν, ἢ τὰ γεννηθέντα ὅτι ἐκ τούτων· καὶ μᾶλλον συνηκείωται τὸ ἀφ' ἑαυτῷ γεννήσαντι, ἢ τὸ γεννώμενον τῷ τεκόντι· τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ, οἰκεῖον τῷ ἀφ' οὗ, οἷον ὀδὰξ, ἢ θρὶξ, ἢ ὁτιοῦν τῷ ἔχοντι· ἐκείνων δὲ οὐδενὶ τὸ ἀφ' οὗ ἢ οὐδὲν, ἢ σμικρόν. καὶ *

IN communitate igitur quadam o- 1 7 Eud. 10.
mnis amicitia versatur, quemadmo- 2 Rhe. 4.
dum diximus. Possit tamen aliquis for- 2
te & cognatorum & sodalium amiciti-
am ab his secernere. Civium namque 3
& tribulium & eorum, qui unà navi-
gant, & quæcumque sunt hujus generis
amicitiæ, apertius præ se ferunt com-
munionem, quam istæ prius dictæ. Con-
sensu enim & pacto quodam videntur 3
constare. Atque in eodem numero & 4
ordine etiam hospitalem collocaveris.
Iam & cognatorum amicitia multiplex 5
videtur esse, toraque à paterna pende- 2 M.M.c.ult.
re. Parentes enim liberos diligunt, ut 6
aliquid sui: liberi autem parentes, ut 2 Rhe.11.
aliquid ab eis profectum. Melius autem 7
noverunt liberos suos parentes, quam
sciunt liberi se ex his esse procreatos.
Majore quoque necessitudine conjun- 8 2 Polit.c.
ctum est ei, quod generatum est, id à sub f.
quo generatū est, quam id, quod natum
est, ei, quod generavit. Nam quod ab 9
aliquo profectum est, ejus est proprium, à quo profectum est: ut dens, aut pilus, aut quidlibet, ejus, cui inhæret. Id autem à quo aliqua orta sunt, illorum nullius proprium est, aut certe mi-

nus. Præterea temporis longinquitate
10 patris amor in filium superior est. Parentes enim liberos statim ut nati sunt, diligunt: liberi parentes ætate progressi, & tum denique, cum intelligere aut
11 scire cœperunt. Atque ex his perspicuum etiam est, quamobrem matribus
12 liberi sint cariores. Ergo parentes quidem liberos ut seipsos diligunt (nam qui ex eis nati sunt, eo ipso, quod separati sunt, tanquam alteri ipsi sunt) liberi autem parentes, ut qui ex illis sunt
13 nati: Fratres vero inter se amant, quod ex iisdem sint nati. Nam eo ipso, quod idem sunt atque illi, fit ut inter se quo-
14 que sint idem. Iccirco de fratribus ita loqui solemus: idem sanguis: Stirps ea-
15 dem, cæteraque ejusdem generis. Sunt ergo quodammodo unum & idem etiam in corporibus divisis ac separatis.
16 Magnum etiam ad amicitiam momentum habet educationis communitas &
17 ætatis æqualitas. Nam æqualem æqualis, inquit ille: & qui familiaritate consuetudineque mutua delectantur, sodales sunt. Itaque amicitia fraterna sodalium amicitiæ similima est. Patrueles
18
19 autem reliquique cognati per hos ipsi quoque inter se devinciuntur, ex eo scilicet, quod ex iisdem orti sunt. Atque
20 horum alii sunt inter se propinquiores, alij distantiores, quòd vel propius vel longius ab eis abest auctor ac princeps
21 generis. Amicitia porrò quæ liberis cum parentibus, itemque illa, quæ hominibus cum diis immortalibus intercedit, ita est comparata, ut & cum
22 bona quadã re atque excellente intercedat (beneficiis enim nos maximis afficerunt, sunt enim causa cum ut filii nascantur & alantur, tũ ut

iam

πλήθη δὲ ἔχόντα· οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γεγάμασι τὰ δὲ, προελθούσῃ τῇ χρόνοις, τὰς γονεῖς, σώσιν ἢ αἰσθησιν λαβόντα. ἐκ τούτων δὲ δῆλον καὶ διὰ τί φιλοῦσι μᾶλλον αἱ μητέρες. γονεῖς μὲν οὖν τέκνα φιλοῦσιν ὡς ἑαυτούς· τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν, οἷον ἕτερα αὐτοὶ τῷ χεχωρίσθαι. τέκνα δὲ, γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων πεφυκότα· ἀδελφοὶ δ', ἀλλήλους, τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι· ἡ γὰρ πρὸς ἐκείνα ταὐτότης, ἀλλήλοις * ταὐτὸ ποιεῖ· διό φασι ταὐτὸν αἷμα, καὶ ῥίζαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. εἰσὶ δὴ τὸ αὐτό πως καὶ ἐν διῃρημένοις. μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σώτροφον καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν. ἥλιξ γὰρ ἥλικα. καὶ οἱ συνήθεις, ἑταῖροι· διὸ καὶ ἡ ἀδελφικὴ, τῇ ἑταιρικῇ ὁμοιοῦται, ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς, ἐκ τούτων συνῳκείωνται· τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι· γίγνονται δ', οἱ μὲν, οἰκειότεροι· οἱ δ', ἀλλοτριώτεροι, τῷ σύεγγυς ἢ πόῤῥω τὸν ἀρχηγὸν εἶναι. ἔστι δ', ἡ μὲν πρὸς γονεῖς φιλία τέκνοις, καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεὸς, ὡς πρὸς ἀγαθὸν καὶ ὑπερέχον. εὖ γὰρ πεποιήκασι τὰ μέγιστα· τὸ γὰρ εἶναι καὶ τραφῆναι αἴ-

ποι, καὶ γνωρίμοις ἔ παιδόθηναι. ἔχει ἢ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ χρήσιμον ἡ τοιαύτη φιλία μᾶλλον τῶν ἀθνείων, ὅσῳ καὶ κοινότερον ὁ βίῳ αὐτοῖς ἐστιν. ἔστι ἢ καὶ * ἐν ἀδελφικῇ ἅπᾳ καὶ ἐν τῇ ἑταιρικῇ· καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐπιεικέσι, καὶ ὅλως τοῖς ὁμοίοις, ὅσῳ οἰκειότεροι. καὶ ἐκ παίδων ὑπάρχοντες, τέρπονται ἀλλήλοις· καὶ ὅσῳ ὁμοηθέστεροι οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ σώφρονες καὶ παιδόθέντες ὁμοίως· καὶ ἡ κατὰ τὸν χρόνον δοκιμασία, πλείστη καὶ βεβαιοτάτη· ἀνάλογον ἢ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς τῶν συγγενῶν τὰ φιλικά. ἀνδρὶ ἢ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν· ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικόν, * καὶ ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον οἰκία πόλεως, καὶ τεκνοποιία κοινότερον ζώοις. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐπὶ τοσοῦτον ἡ κοινωνία ἐστίν· οἱ δὲ ἄνθρωποι οὐ μόνον τῆς τεκνοποιίας χάριν συνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον· εὐθὺς γὰρ διῄρηται τὰ ἔργα, καὶ ἕτερα ἀνδρὸς καὶ γυναικός. ἐπαρκοῦσιν οὖν ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια. διὸ δοκεῖ καὶ τὸ χρήσιμον εἶναι

jam conformati instituantur) & vero ut insit in tali amicitia eò quoque plus jucunditatis & utilitatis, quã in alienorũ, quòd etiam vitæ communitate magis inter se devincti sunt. Insunt tamen etiam in fraterna eadem omnia, quæ in sodalium amicitia: ac multò quidem magis in probis & æquis, in universum denique in iis, qui sunt similes: eò quidem magis etiam quo magis illi inter se familiares sunt, quantoque magis ab eo tempore, quo primum in lucem editi sunt, se mutuò diligunt. quanto denique similioribus præditi sunt qui ex iisdem nati & unâ educati, & simili cura ac diligentia eruditi sunt. Postremo probatio ea, quæ tempore constat in hac & valèt plurimum, & firmissima res est. Peræquè autem ad fratres proportione in cæteris quoque cognatis ea, quæ amicitiæ propria sunt, reperiuntur. Iam verò quæ inter virum & uxorem amicitia est, maximè secundum naturam videtur esse. Homo enim magis ad conjugium factus est à naturâ, quàm ad societatem civilem: & tantò quidem magis quanto prior magisque necessaria est domus, quam civitas, quantoque filiorum procreatio animantium omni generi communior est. Atque in cæteris quidem hactenus progreditur communitas, quod procreationis causa conjunguntur: homines autem non solum ad procreandos liberos communi domo utuntur, sed etiam, ut eorum quæ ad vitam pertinent, majorem habeant facultatem. Statim enim descripta ac divisa sunt eorum officia, aliæque sunt viri, aliæ uxoris partes. Inserviunt igitur alter alteri, sua uterque in commune

36 conferentes. eamque ob rem in hac amicitia & utilitas ineſſe videtur, &
37 voluptas. Poterunt etiam iſta ineſſe de honeſtate ſive virtute, ſi probus fuerit utorque (eſt enim ſua utriuſque virtus) ac ſi item illa re uterque lætabun-
38 tur. Liberi autem communes vinculi
39 cujuſdam inſtar obtinent. Itaque citi-
40 us dirimuntur, qui liberis carent. Liberi enim commune amborum ſunt bo-
41 num. at id omne, quod commune eſt,
42 ad continendum valet. Viro autem
2 Pol. 7. cum uxore, & omnino amico cum amico quomodo ſit vivendum, ſi quæratur, nihil aliud hoc ſit, quam quærere, quid
43 inter eos juris intercedat. Non enim idem, quod eſt amico cum amico, jus, eſt etiam cum peregrino, aut cum ſocio, aut cum condiſcipulo.

δοκεῖ, καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ τῇ φιλίᾳ. εἰη δ' ἂν καὶ δι' ἀρετὴν, εἰ σπουδαίας εἶεν· ἔστι γὰρ ἑκατέρᾳ ἀρετή. καὶ χαίροιεν ἂν τῇ τοιούτῳ. συνδέσμῳ δ' ἂν τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι. διὸ θᾶττον διαπίπτουσι διαλυόμεναι· τὰ γὰρ τέκνα, κοινὸν ἀγαθὸν ἀμφοῖν. σωίσχει δ' τὸ κοινόν. τὸ δὲ, πῶς συμβιωτέον ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ ὅλως φίλῳ πρὸς φίλον, οὐδὲν ἕτερον φαίνεται ζητοῦντι, ἢ πῶς δίκαιον. οὐ γὰρ ταὐτὸ φαίνεται τῷ φίλῳ πρὸς τὸν φίλον, οὐδὲ πρὸς τὸν οἰκεῖον, καὶ τὸν ἑταῖρον, καὶ τὸν συμφοιτητήν.

CAPVT XIII.

De iis quæ in Amicitia Vtili orinntur querelis. Amicitia Vtilis ſecundum duplex luſtrum dividitur. Menſura retributionis à quo ſit facienda.

1 SAnè cum ſint tria amicitiæ genera,
2 M. M. c. ult. quemadmodum initio diximus & in unaquaque alii ſint pares amici, alii præſtantia quadam inter ſe differant (nam & æque boni inter ſe fiunt amici, & melior deteriori: ſimiliterque & jucundi, & ii, qui utilitatem ſequuntur, tum utilitatibus præbendis ſunt æquales, tum inæquales & differentes) eos quidem, qui inter ſe ſunt pares, etiam amando, & reliquis rebus oportet exæquari: illos autem, qui ſunt diſpares,

Τριῶν δὴ ὄντων φιλιῶν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, καὶ καθ' ἑκάστην, τὰν μὲν, ἐν ἰσότητι φίλων ὄντων. τὰν δ', καθ' ὑπεροχήν. καὶ γὰρ ὁμοίως ἀγαθοὶ, γίνονται φίλοι, καὶ ἀμείνων χείρονι. ἐμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον ἰσάζοντες ταῖς ὠφελείαις καὶ διαφέρουσες. τὰς ἴσας μὲν, κατ' ἰσότητα δεῖ τὰ φιλεῖν καὶ τοῖς λοιποῖς ἰσάζειν· τὰς δ' ἀνίσους,

σις, * τὸ ἀνάλογον ταῖς ὑ-
περοχαῖς ἀποδιδόναι. γίγνεται
δὲ τὰ ἐγκλήματα καὶ αἱ μέμψεις
ἐν τῇ κατ' τὸ χρήσιμον φιλίᾳ ἧττον,
καὶ μάλιστα εὐλόγως· οἱ
μὲν γὰρ διὰ ἀρετὴν φίλοι ὄντες,
εὖ ἀλλήλους βουλόμενοι
ποιεῖν. τοῦτο γὰρ ἀρετῆς καὶ φιλίας.
πρὸς τοῦτο δὲ ἀμφιλοιδορούντων τὸ
ἔστιν ἐγκλήματα, οὐδὲ μάχαι.
τὸν γὰρ φιλοῦντα καὶ εὖ ποιοῦντα
οὐδεὶς δυσχεραίνει· ἀλλ'
ἐὰν ᾖ χαρίεις, ἀμείβεται τὸ
δρᾶν· ὁ δὲ ὑπερβάλλων, τυγ-
χάνων ὧν ἐφίεται, τοῦτ' ἂν ἐγ-
καλοίη τῷ φίλῳ· ἑκάτερος
γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται. οὐ πάνυ
δὲ οἷοί τε τοῖς αὐτοῖς ἡδονήν. ἅμα
γὰρ ἀμφοῖν γίνεται ἢ ὁρίγνον),
εἰ τῷ σωβλάκκῃ χαίρουσι· γε-
λοῖος δὲ ἂν φαίνοιτο καὶ ὁ ἐγ-
καλῶν τῷ μὴ τέρπειν, ἐξὸν μὴ
συνδιημερεύειν. ἡ δὲ διὰ τὸ
χρήσιμον, ἐγκληματικὴ· ἐπ'
ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλή-
λοις, αἰεὶ τοῦ πλείονος δέονται,
καὶ ἔλαττον ἔχειν οἴονται τοῦ προσ-
ήκοντος· καὶ μέμφονται ὅτι οὐχ
ὅσων δέονται, τοσούτων τυγχά-
νουσιν, ἄξιοι ὄντες· οἱ δὲ εὖ ποιοῦν-
τες, ἀδύνατα ἐπαρκεῖν τοσαῦτα
ὅσων οἱ πάσχοντες δέονται).
ἔοικε δὲ καθάπερ τὸ δίκαιον εἶ-

id perfolvere præstantioribus, quod est proportione consentaneum. Oriuntur autem criminationes & querelæ in ea amicitia sola, quam constituit utilitas aut certè in ea maximè. neque id fine ratione. Nam qui ob virtutem sunt amici, studet alter de altero bene mereri. Hoc enim virtutis & amicitiæ proprium est. in tali porrò contentione neque criminationes existunt, neque pugnæ. In eum enim, qui amat, & bene meretur, nemo offenso est animo: immò verò si non sit alienus ab omni humanitate, bene faciendo refert gratiam. Iam qui beneficiis alterum superat, cum id, quod cupit, assequatur, non facile queratur de amico. uterque enim bonum expetit. ne in amicitiis quidem propter voluptatem conciliatis admodum sæpe querelæ incidunt. Simul enim id, quod expetunt, contingit pariter ambobus, siquidem consuetudine mutua delectantur. Si id aliter habeat, ridiculus fuerit, qui alterum criminetur, eo nomine, quod ab eo non percipiat delectationem. cum ab ejus consuetudine discedere liceat. Amicitia autem ob utilitatem constituta criminationum & querelarum plena est. Nam quia tales emoluments causa utuntur opera & consuetudine mutua, semper plura desiderant, & minus, quàm conveniat, tribui sibi existimant, & queruntur, se tantum non consequi, quantum merito suo ipsis debeatur. Illi autem, qui beneficium conferunt, tam multa suppeditare non possunt, quàm multa requirunt ii, in quos beneficia conferuntur. Porrò, ut jus est duplex: u-

num 7 Eu. c 13.

num non ſcriptum: alterum ſcriptum & legitimum: ſic & commodationes illæ, quæ uſui & utilitatibus noſtris comparatæ ſunt, duûm generum eſſe videntur: una in moribus poſita: altera le-
13 gitima. Naſcuntur igitur criminationes maximè, ubi non ex eadem, qua ſocietatem contraxerunt, ratione fit ſolu-
14 tio. Eſt autem legitima ſive lege conſtituta ratio commodationis ea, quæ lege dicta, certaque mercede præſtituta
niis ineatur, aut ut Pittacus præsit civitati, quod idem tamen etiam ipse velit. Cum verò seipsum uterque vult præfici (ut illi in Phœnissis) seditionem inter se concitant. Non est enim concordia, duos unum, & idem sentire, quicquid illud sit: sed idem in eodem. Exempli causa, cum & populus & viri boni optimates præesse civitati volunt. Sic enim omnes id, quod expetunt, consequuntur. Concordia autem civilis amicitia videtur esse, itaque etiam appellatur. versatur enim in iis, quæ reipublicæ conducunt, quæque ad usum vitæ pertinent. Inest autem concordia talis in viris bonis; hi enim & secum ipsi concordant, & inter se, cum in iisdem, pene dicam, consiliis & factis versentur ac perseverent. Talium enim virorum eædem manent voluntates, nec instar Euripi fluunt & refluunt. Idem tum ea, quæ justa, tum ea, quæ utilia sunt, volunt: quæ ipsa illi etiam communiter sequuntur & concupiscunt. Mali autem concordes esse non possunt, nisi parum admodum: quemadmodum nec facilè amici esse possunt, cum in rebus utilibus superiora omnia habere velint, in sumtibus autem faciendis, muneribusque publicis obeundis ac sustinendis vinci se facilè patiantur. at ubi sibi ipsi quisque illa concupiscit, in eum, qui sibi proximus est, eumque ab illis rebus arcet & prohibet. respublica enim illorum interit, dum illam ipsorum nemo tuetur, neque conservat. accidit ergo eis, ut discordiis & seditionibus inter se confligentur, dum alter alteri necessitatem imponit; ipsi autem, quæ justa sunt, pro sua virili parte facere nolunt.

CAPVT VII.

Vtrum ament magis qui beneficia contulerunt, an qui acceperunt.

1 IAm qui beneficia in aliquos contulerunt, eos de quibus bene meriti sunt, vehementius amare videntur quam ii, qui beneficium acceperunt, bene de se meritos: ejusque rei quasi rationi contrariæ causa quæritur. Atque plurimis ex eo illud fieri videtur, quod alteri debent, alteris debetur. Quemadmodum itaque pecunia mutuò data & accepta debitores suis creditoribus interitum exoptant: at iis qui mutuum dederunt, debitorum salus etiam curæ est: Sic & eos, qui de aliquibus bene meriti sunt, eorum, qui beneficium acceperunt incolumitatis studiosos esse, tanquam beneficii gratiam confecturos: illos autem de gratia referenda non magnopere laborare. Atque hæc fortassis Epicharmus eos perhibeat dicere, ex deteriore parte sententiam pronuncians. veruntamen ab humano ingenio ista res non abhorret. Nam magna pars hominum beneficii immemor est, mavultque beneficium accipere, quàm dare. Verum hujus rei causa natura potius contineri videatur, neque magnopere huc facere similitudinem fœnoris ac mutui. Non enim amant hi suos debitores: sed salvos esse volunt, ut suum recuperent. Qui autem beneficium contulerunt, amant & diligunt eos, quos beneficio affecerunt, neque etiam si neque in præsenti nulla in re sibi

7. Eu. 1.

Οἱ δ' εὐεργέται τὺς εὐεργετηθέντας δοκῦσι μᾶλλον φιλεῖν, ἢ οἱ εὖ παθόντες τὺς δεήσαντας, καὶ ὡς ἐπὶ λόγου γινόμενον, ἀπορῆται· τῖς μὲν οὖν πλείοσις φαίνε), ὅτι, οἱ μὲν, ὀφείλεσι· τῖς δὲ, ὀφείλε). καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν δανείων, οἱ μὲν ὀφειλόμενοι, βύλον) μὴ εἶναι οἷς ὀφείλεσι· οἱ δὲ δανείσαντες, καὶ ἐπιμέλονται τῆς τῶν ὀφειλόντων σωτηρίας· ἕτω καὶ τὺς εὐεργετήσαντας ἐύλεσθαι εἶναι τὺς παθόντας, ἵνα κομιεῖσθαι τὰς χάριτας. τῖς δ', ὅτι οὐκ ἀναγκαῖον ἐπιμελὲς τ' ἀντιποδοῦναι. Ἐπίχαρμο μὲν οὖ τάχ' ἂν φαίη ταῦτα λέγειν αὐλῖς· ἐκ πονηρᾶ γεωμέτρυ· ἔοικε δ' ἀνθρωπικᾷ ἀμήμοσις εἶ οἱ πολλοὶ, ἢ μᾶλλον εὖ πάσχειν, ἢ ποιεῖν ἐθέλειν. δόξειε δ' ἂν φυσικώτερόν τι εἶναι τὸ αἴτιον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ περὶ τὺς δανείσαντας· οὐ γὰρ δεῖ φίλους περὶ ἐκείνυς· ἀλλὰ τί σώζεσθαι βύλοντο, τῆς κομιδῆς ἕνεκεν· οἱ δ' εὖ πεποιηκότες, φιλῦσι καὶ ἀγαπῶσι τὺς εὖ πεποιθότας, κἂν μηδὲν ὦσι χρήσιμοι, μηδ' εἰς

ὡς ὕστερον ῥηθήσεται. ἔτι δοκεῖ καὶ ὁ τῶν τεχνῶν συνιδρυκὼς πᾶς μᾶλλον ἀγαπᾶν τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπητὸν ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου, ἐμψύχων γινομένων. μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει. ὑπερφιλοῦσι γὰρ ἑαυτῶν τὰ οἰκεῖα ποιήματα, τεκνοποιοῦσι γὰρ ὥσπερ τέκνα. δῆλον τοίνυν ὅτι καὶ τὸν τῶν εὐεργετῶν τὸ γὰρ εὖ πεποιηκὸς, ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ. τοῦτο δὲ ἀγαπῶσι μᾶλλον, ἢ τὸ ἔργον τὸν ποιήσαντα. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετὸν καὶ φιλητόν· ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ τῷ ζῆν καὶ πράττειν. ἐνεργείᾳ δὲ ὁ ποιήσας τὸ ἔργον, ἔστι πως. ἐν ἔργῳ δὲ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι. τοῦτο δὲ φυσικόν· ὃ γὰρ ἔστι δυνάμει, τοῦτον ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει· ἅμα ἦ καὶ, τῷ μὲν εὐεργέτῃ καλὸν, τὸ κατὰ τὸ πρᾶξιν, ὥστε χαίρειν ἐν ᾧ τοῦτο· τῷ δὲ παθόντι οὐδὲν καλὸν ἐν τῷ δεξαμένῳ· ἀλλ' εἴπερ, συμφέρει· τοῦτο δ' ἧττον ἡδὺ καὶ φιλητόν. ἡδεῖα δ' ἔστι, ἃ μὲν παρόντα, ἡ ἐνέργεια. ἃ δὲ μέλλοντα, ἡ ἐλπίς. ἃ δ' ἦ γεγενημένα ἡ μνήμη. ἥδιστον δὲ τὸ κατὰ τὸ ἐνέργειαν, καὶ φιλητὸν ὁμοίως· τῷ μὲν οὖν πεποιηκότι, μένει τὸ ἔργον· τὸ καλὸν γὰρ πολυχρόνιον. τῷ δὲ παθόντι τὸ χρή-

sint utiles, neque sint postmodo futuri. quod & in artificibus usu venit. Amat enim suum quisque opus vehementius, quam ab opere suo amaretur, si ex inanimo fieret animatum. Atque hoc in poetis fortasse maximè contingit. Hi enim sua poëmata supra modum amant, estque talis affectio erga ea ipsorum, qualis erga liberos: eique admodum similis est eorum, qui beneficia dederunt, ratio. Id enim quod beneficio affectum est, eorum qui beneficium dederunt, opus est. Hoc igitur illis carius est, quam operi is, qui opus effecit. Hujus rei causa est, quod esse omnibus optabile & amabile est. Quod sumus autem, id efficacitate cernitur, quippe vivendo & aliquid agendo. per efficacitatem igitur ipse operis effector quodammodo est. Suum itaque opus ipsi carum est. Atque hoc accidit naturaliter. Quod enim potestate est, hoc esse ipsum energia atque actu opus indicat ac declarat. Præterea homini bene de altero merito pulchrum & honestum est ita fecisse: ideoque delectatur eo, per quem hoc contingit ei. At illi, qui beneficium accepit, nihil honesti in eo, qui bene meritus est, inest: sed si quid est, emolumentum est. hoc vero minus jucundum, minusque amabile est. Affert porro præsentis quidem rei usus five energia voluptatem, futuræ autem spes, præteritæ autem memoria. Omnium autem rerum ea jucundissima est, quæ usu & energia est, eademque amabilis maximè. Ei igitur, qui beneficium contulit, manet opus suum. honestum enim diuturna res est. Ei autem,

1 Rhe. 11

9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

qui accepit, utilitas celeriter evanescit.
20 Et rerum quidem honestarum est memoria jucunda, utilium autem non admodum, aut certè minus: cujus contrarium esse videtur in spe seu expectati-
21 one. Præterea amatio effectioni similis
22 est: amari autem perpessioni. Porrò qui ratione actionis sunt alteris superiores, iis & amare ipsum, & ea, quæ amicitiæ propria sunt, conveniunt. Præterea ab omnibus illa magis diliguntur,
23 quæ magno labore parta sunt, quemadmodum & pecunias cariores habent qui ipsi eas acquisiverunt, quam qui hæreditate eas acceperunt. Existimatur autem accipere beneficium minime esse
24 laboriosum: conferre verò difficile atque
25 operosum. Et hanc quoque ob causam matres ardentius complectuntur liberos, quàm patres, quia partus laboriosior res est, & certius sciunt suos
26 esse. Atque hoc ipsum etiam beneficiorum auctoribus congruere consentaneum est.

σημον παρέχει). ἥπτε μνήμη, τῶν μὲν καλῶν, ἡδεῖα· τῶν δὲ χρησίμων, οὐ πάνυ, ἢ ἧττον. ἡ προσδοκία δ' ἀνάπαλιν ἔχειν ἔοικε. καὶ ἡ μὲν φίλησις, πεισθῆ ἔοικε· τὸ δὲ φιλεῖσθαι, τῷ πάσχειν. τῆς ἐπιεικείας δὲ οὔσης τὸ πρᾶξαι ἔπεται τὸ φιλεῖν καὶ τὰ φιλικά. ἔτι ἅ, τὰ ἀπροσδιόνυσα γενόμενα, πάντες μᾶλλον ἀγαπῶσιν, οἷον καὶ τὰ χρήματα οἱ κτησάμενοι τῶν παραλαβόντων. δοκεῖ δὴ, τὸ μὲν, εὖ πάσχειν, ἄπονον εἶναι. τὸ δ' εὖ ποιεῖν, ἐργώδες. διὸ καὶ δόξαι δὲ καὶ αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι· ἐπιπονωτέρα γὰρ ἡ γέννησις, καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν. δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ τοῖς εὐεργέταις εἰκεῖοι εἶναι.

CAPVT IIX.

De Amore sui.

2 M.M.13. & 14. 7 Eu.c.6. 1 Rhe. 11.

1 QVæritur etiam: An quis debeat seipsum præ cæteris amare; An alium
2 potius. Solent namque reprehendi, qui sui sunt amatores, & probri atque contumeliæ causa fere philautos appella-
3 mus, videturque improbus quidem ad suam utilitatem referre omnia; & eo sane magis, quo est ipse deterior. (ex
4 quo fit, ut in tales bujusmodi quædam vulgo dici soleant: Nihil iste, nisi suum
5 commodum curat) E diverso vero vir

Ἀπορεῖται δὲ, πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα, ἢ ἄλλον τινα· ὀνειδίζονται γὰρ οἱ ἑαυτοὺς μάλιστα ἀγαπῶντες· καὶ ὡς ἐπὶ αἰσχρῷ, φιλαύτους ἀποκαλοῦσί τινες, ὁ μὲν φαῦλος, ἑαυτοῦ χάριν πάντα πράττειν καὶ ὅσῳ ἂν μοχθηρότερος ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον· ἐγκαλοῦσι δὴ αὐτῷ, οἷον ὅτι οὐδὲν ἀφ' αὑτοῦ πράττει, ὁ δὲ ἐπιεικὴς, * διὰ τὸ καλὸν,

καλὸν, καὶ ὅσῳ ἂν βελτίων ᾖ, μᾶλλον * Διὰ τὸ καλὸν, καὶ Φίλῳ ἕνεκα. τὸ δ' αὐτὸ, καὶ περὶσι. τοῖς λόγοις δὲ τούτοις τὰ ἔργα Διαφωνεῖ, οὐκ ἀλόγως· Φασὶ γὰρ δεῖν Φιλεῖν μάλιστα τὸν μάλιστα Φίλον· Φίλος δὲ μάλιστα, ὁ βουλόμενος, ᾧ βούλεται τἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα, καὶ εἰ μηδεὶς εἰσεται· ταῦτα δὴ ὑπάρχει μάλιστα αὐτὸς πρὸς αὑτὸν, καὶ τἄλλα δὴ πάντα, οἷς ὁ Φίλος ὡρίσθη· εἴρηται γὰρ, ὅτι ἀπ' αὐτοῦ πάντα τὰ Φιλικὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διήκει. καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμολογοῦνται, οἷον τὸ μία ψυχή· καὶ κοινὰ τὰ τῶν Φίλων. καὶ ἰσότης Φιλότης· καὶ, γόνυ κνήμης ἔγγιον. πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς αὐτὸν μάλιστ' ὑπάρχει· μάλιστα γὰρ Φίλος ἑαυτῷ· καὶ Φιλητέον δὴ μάλιστα ἑαυτόν. ἀπορεῖται δὲ εἰκότως, πότερον χρεὼν ἕπεσθαι, ἀμφοῖν ἐχόντοιν τὸ πιθανόν. * ἴσως δὴ τοὺς πιθανοὺς δεῖ τῶν λόγων διαιρεῖν καὶ διορίζειν ἐφ' ὅσον ἑκάτεροι καὶ τῇ ἀληθείᾳ· ἐὰν δὲ λάβωμεν τὸ Φίλαυτον, πῶς ἑκάτεροι λέγουσι, τάχ' ἂν γνοῖεν τὸ δῆλον. οἱ μὲν οὖν εἰς ὀνειδος ἄγοντες αὐτὸ, Φιλαύτους

bonus omnia honestatis causa agit, & quo melior ipse est, eo id facit studiosius. Et quidem propter honestum, & amici gratia, posthabita suæ utilitatis cura. Ex quo videtur certè philautia in vitio esse. Atqui veritas adeoque res ipsa huic assertioni reclamat: & quidem non immerito. Etenim vulgo ajunt: maxime eum amare oportere, qui maxime sit amicus. talis porro is est, qui quem vult bonis ornatum esse, ipsius causa bonis ornatum cupit, etiam si nemo idipsum rescisturus esse videatur. Jam hoc erga seipsum maxime facit unusquisque: sicut & cætera φιλικὰ quibus amicus definitur, unicuique adversum semetipsum maxime insunt. Etenim in præcedentibus diximus, omnia amicitiæ propria, à nobismet ipsis profecta, ita posteà etiam in amicos promanare: & omnia item vulgi proverbia idem probant, verbi gratia illud: Vnus amicorum animus: item, Amicorum omnia communia: Et, Æqualitas est amicitia: Et illud; Genu sura propius. Hæc etenim omnia unicuilibet erga seipsum maxime insunt. Sibi enim quilibet maxime amicus est. Ex quo sequitur, ut quilibet à sese maxime diligendus esse videatur. Dubitatur autem, utra harum duarum amplectenda sit opinio, cum utraque quadam probabilitate nitatur. Iudicamus autem distinguendum esse in hujuscemodi quæstionibus, definiendumque, quid & quatenus utraque pars verum dicat. Quod si intelligamus, quid utrique vocent, sui amantem esse, res fortasse erit plana. Qui igitur in vitio ac probro habent φιλαυτίαν, illi nominant sui amantem

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

1 Pol. 2.

amantes, qui ubique sibi potiorē lucri, voluptatis corporeæ, & honoris attribu-
17 unt partem. Quid ita? Quoniam vulgus ista ut præcipua hominis bona appetit in iisq; præcipuum studium ponit: ideoque de iis vehementer dimicare ho-
18 mines inter sese solent. Iam qui his præ cæteris abundare volunt, illi scilicet suis cupiditatibus indulgent, adeoque in universum, affectibus, brutæque animæ parti.
19 Hujusmodi porrò quia est vulgus & multitudo hominum multò maxima, factum scilicet est, ut ab hac vitiosa vulgi affectione φιλαυτίας occupata sit appellatio. Et rectè sanè, qui hoc
20 modo sunt φίλαυτοι, vituperantur. Quod autem plus dictorum bonorum sibi, quam aliis tribuentes vulgo φίλαυτοι nominentur, non est obscurum. siquidem
21 nemo est cum, qui præ cæteris honestis rebus gaudeat, temperateque agere velit, aliisque animi bonis sese exornare, sui amantem dixerit, sicuti neque vituperaverit illum unquam; cum quidem ejusmodi virtutis cultor maximè sit φί-
22 λαυτος: quippe qui sibi res pulcerrimas atque optimas tribuat. menti namque, præstantissimæ sui parti, obsequitur, &
23 in omnibus obtemperat. Porro quemadmodum præcipua pars civitatis, vel cujusvis alterius cœtus ipsum totum esse videtur: ita & homo à præcipua sui parte, nempe mente, denominari solet. Ex quo maximè φίλαυτος erit, qui
24 hanc amat, eidemque gratificatur.
25 Continens præterea & incontinens di-

καλῶσι τὰς ἑαυτοῖς ἀπονέμοντας τὸ πλεῖον ἐν χρήμασι, καὶ τιμαῖς, καὶ ἡδοναῖς ταῖς σωματικαῖς· τούτων γὰρ οἱ πολλοὶ ὀρέγονται, καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ, ὡς ἄριστα ὄντα, διὸ καὶ περιμάχητά ἐστιν. οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται, χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ὅλως τῇ παθητικῇ, καὶ τῇ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς. τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ πολλοί· διὸ καὶ ἡ περιποιητικὴ γεγένηται ἀπὸ τῶν πολλῶν φαύλη ἕξις· δικαίως δὴ τῆς ἐπὶ φιλαύτοις ἐπιτιμίζεται, ὅτι δὲ τὰς τὰ τοιαῦθ' αὑτοῖς ἀπονέμοντας, εἰώθασι λέγειν οἱ πολλοὶ φιλαύτους, οὐκ ἄδηλον· εἰ γάρ τις ἀεὶ σπουδάζει τὰ δίκαια πράττειν, αὐτὸς μάλιστα πάντων, ἢ τὰ σώφρονα, ἢ ὁποιαοῦν ἄλλα τῶν καλῶν τὰς ἕξεις, καὶ ὅλως ἀεὶ τὸ καλὸν ἑαυτῷ περιποιεῖται, οὐδεὶς ἐρεῖ φίλαυτον τοῦτον, οὐδὲ ψέξει. δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος εἶναι μᾶλλον φίλαυτος· ἀπονέμει γὰρ ἑαυτῷ τὰ κάλλιστα καὶ μάλιστα ἀγαθὰ, καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάσῃ τούτῳ πείθεται· ὥσπερ ἥ καὶ πόλις τὸ κυριώτατον μάλιστ' εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶν ἄλλο σύστημα, οὕτω καὶ ἄνθρωπος. καὶ φίλαυτος δὴ μάλιστα ὁ τὸν ἀγαπῶν, καὶ τούτῳ χαριζόμενος· καὶ ἐγκρατὴς * δὴ καὶ ἀκρατὴς λέγεται

τῷ κρα-

τῷ κρατῆν τὸν νοῦν, ἢ μὴ, ὡς τύτῳ ἑκάστῳ ἔστιν. καὶ πεπραγμέναι δοκοῦσιν αὐτοὶ, καὶ ἑκουσίως, τὰ μὲν λόγῳ μάλιστα. ὅτι μὲν οὖν τοῦθ' ἕκαστός ἐστι μάλιστα, οὐκ ἄδηλον, καὶ ὅτι ὁ σπουδαῖος μάλιστα τοῦτο ἀγαπᾷ. ἀφ' οὗ φίλαυτος μάλιστ' ἂν εἴη, καθ' ἕτερον εἶδος τὸν ὀνειδιζομένου· καὶ διαφέρει πολλοῦ, ὅσον τὸ κατὰ λόγον ζῆν, ἢ κατὰ πάθος, καὶ ὀρέγεσθαι τοῦ καλοῦ, ἢ ὧν δοκοῦντος συμφέρειν. τοὺς μὲν οὖν περὶ τὰς καλὰς πράξεις διαφερόντως σπουδάζοντας, πάντες ἐπαινοῦσι καὶ ἐπαινοῦσι· πάντων δὲ ἀμιλλωμένων ὡς τὸ καλὸν, καὶ διατεινομένων ἐν τοῖς καλλίστοις πράττειν, κοινῇ τ' ἂν πάντα εἴη τὰ δέοντα, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, εἴπερ ἡ ἀρετὴ τοιοῦτον. ὥστε τὸν μὲν ἀγαθὸν, δεῖ φίλαυτον εἶναι, καὶ γὰρ αὐτὸς ὠφεληθήσεται τὰ καλὰ πράττων, καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελήσει· τὸν δὲ μοχθηρὸν, οὐ δεῖ. βλάψει γὰρ καὶ ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πέλας, φαύλοις πάθεσιν ἑπόμενον. τῷ μοχθηρῷ μὲν οὖν διαφωνεῖ, ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ἃ πράττει· ὁ δ' σπουδαῖος, ἃ δεῖ, πάντα καὶ πράττει· πᾶς γὰρ νοῦς αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ· ὁ δ'

ea quæ facere oportet, facit.

cuntur ex eo, quod in ipsis penes mentem potestas sit aut non sit: quasi scilicet quilibet nostrûm nihil aliud sit, quam sua mens: Denique existimantur homines ipsi maximè egisse illa, quæ cum ratione egerunt. Quod igitur unusquisque illud sit maximè, quod jam diximus, perspicuum est: sicut etiam illud quod hæc pars optimo cuique sit carissima. Itaque qui meritissimè φίλαυτος dicatur, erit quidam longe alius, quàm ille superius notatus. Et tantum ab illo differt, quantum discrepant, rectæ rationis dictamini congruenter vivere; & affectibus parere: item honestum verum appetere, & illa, quæ utilitatis speciem habent, sequi. Jam illud certum est, eos homines, qui præ cæteris honestis actionibus incumbunt, ab omnibus probari, laudarique omnium ore: Quippe omnibus ad honestum certatim connitentibus, pulcerrimaque contentione pergere in eo cupientibus, tam publicè omnibus, quam privatim unicuilibet maxima bona proventura videntur. Quid ita? Quoniam ea est vis ac potestas, hoc proprium, virtutis & actionum cum virtute consentientium. Ex quo sequitur, optimum quemque oportere sui amantem esse. quando & ipse honestis actionibus, in hoc proposito incumbens, juvatur, idemque aliis simul prodest: Improbum contra sese amare minime debere. Nocebit enim hic & sibiipsi, & proximis, affectibus pravis indulgendo. Sane improbi hominis facta, ab iis, quæ facienda erant, plurimum discrepant: Vir autem bonus, etenim omnis mens quod sibi est optimum

mum eligit. At verò menti per omnia
37 obtemperat vir bonus. Insuperque verum etiam illud est, quod de bono viro dici solet, eum multa amicorum, & patriæ causa agere: Atque etiam si usus postulet, eorumdem gratia mortem
38 minime gravate oppetere. Etenim negligit ille opes, honores cæteraque bona, vulgo magna contentione quæri solita. Cæterum ita ac non aliter illa negligit, ut sibi honestatem per id paret.
39 mavult enim paulisper voluptate magna perfrui, quam diu remissa: unum annum honeste vivere, quàm multos temere & absque insigni dignitate. Vnam
40 denique actionem magnam, & honestam anteponit multis & iisdem parvis.
41 Atqui omnibus his ille fortasse potitur, qui pro patria vel amicis occumbit: eligitque sibi talis, quod est apprime ho-
42 nestum. Porro etiam opes profundens talis, illud utique agit, ut amicos locupletiores reddendo illis quidem pecunias acquirat, sibi vero ipsi honestatem: atque ita sibi certè majus bonum attri-
43 buit. De honoribus & magistratibus idem judicandũ. Omnia enim hæc amico relinquens, id sibi sumit, quod est
44 honestum ac laudabile: Summa certe ratione. Nihil enim magis convenit viro probo quàm rebus omnibus antepo-
45 nere virtutem. Postremo etiam cum functiones honestas amico permittit,
46 eadem est ratio cum antedictis. Videtur namque honestius esse, auctorem talium agendorum fuisse amico, quàm ipsum egisse. In omnibus igitur speciebus rerum laudabilium virum bonum

ὀπαδικὴς στοχάζεται τῷ νῷ. ἀληθὲς δὴ τὸ σπουδαῖον, καὶ τὸ τοῖς φίλοις ἕνεκα πολλὰ πράττειν καὶ τῆς πατρίδος, κἂν δέῃ ὑπεραποθνήσκειν. περιόψεται γὰρ καὶ χρήματα, καὶ τιμὰς, καὶ ὅλως τὰ περιμάχητα ἀγαθὰ, περιποιούμενος ἑαυτῷ τὸ καλόν· ἐλίττει γὰρ χρόνου ἡδῆναι σφόδρα, μᾶλλον ἤ λοιτ' ἂν, ἢ πολλῷ ῥήμα· καὶ βιῶσαι καλῶς ἑαυτὸν, ἢ πολλὰ ἔτη τυχόντως. καὶ μίαν πρᾶξιν καλὴν καὶ μεγάλην, ἢ πολλὰς καὶ μικράς· τοῖς δὲ ὑπὲρ φίλων ἀποθνήσκουσι τοῦτ' ἴσως συμβαίνει. αἱρεῖται γὰρ μέγα καλὸν ἑαυτῷ, καὶ χρήματα περίοιντ' ἄν, ἐφ' ᾧ πλείω λήψονται οἱ φίλοι. γίγνεται γὰρ, τῷ μὲν φίλῳ χρήματα· αὐτῷ δὲ, τὸ καλόν· τὸ δὲ μεῖζον ἀγαθὸν ἑαυτῷ ἀπονέμει. καὶ περὶ τὰς τιμὰς δὲ καὶ ἀρχὰς, ὁ αὐτὸς τρόπος· πάντα γὰρ τῷ φίλῳ παύτα περήσεται· καλὸν γὰρ αὐτῷ τοῦτο καὶ ἐπαινετόν. εἰκότως δὲ δοκεῖ σπουδαῖος εἶναι, ἀντὶ πάντων αἱρούμενος τὸ καλόν. ἐνδέχεται δὲ τὴν πρᾶξιν τῷ φίλῳ περῆσθαι, καὶ εἶναι καλλίονα αὐτὸν πρᾶξαι, τὸ ἄπρον τῷ φίλῳ ἡμῖσυ. ἐν ἅπασι δὲ τοῖς ἐπαινετοῖς, ὁ σπουδαῖος φαίνεται

ἑαυτῷ

ἑαυτῷ δ' καλῶ πλέον νέμων. ὕτω μὲν οὖν δεῖ φίλαυτον εἶναι, καθάπερ εἴρηται· ὡς δ' οἱ πολλοὶ, δ χείρω.

veriorem & meliorem partem boni sibi tribuere videmus. Dicto igitur modo φίλαυτον esse oportet, non autem vulgi more. 48

CAPVT IX.

Beatum opus habere amicis honestis.

Ἀμφισβήτηται δὲ κ πρὸ τὸν εὐδαίμονα εἰ δεήσει φίλων, ἢ μή· οἱ γάρ φασι φίλων δεῖν τοῖς μακαρίοις κ) αὐτάρκεσιν· τὸ γὰρ αὐτοῖς τἀγαθά. αὐτάρκεις ὄντας, ἀδενὸς προσδεῖσθαι· τὸν δὲ φίλον, ἕτερον αὐτὸν ὄντα, πορίζειν, ἃ δι αὑτῷ ἀδυνατεῖ ὄφειν τό.

Ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;

δοικε δ' ἄτοπον, τ' πάντα ἀπονέμοντας τἀγαθὰ τῷ εὐδαίμονι, φίλους μὴ ἀποδιδόναι· ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέγιστον εἶναι. εἰ δὲ φίλους δεῖ μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν, ἢ πάσχειν· κ) ἔστι τ' ἀγαθοῦ κ) τῆς ἀρετῆς, τὸ εὐεργετεῖν· κάλλιον δ' εὖ ποιεῖν φίλους ἐθνείων· τὸν εὖ πεπονθόν δεήσει ὁ σπουδαῖος. διὸ κ) ζητεῖται, πότερον ἐν ἀτυχίαις μᾶλλον δεῖ φίλων, ἢ ἐν εὐτυχίαις· ὡς κ) ἀτυχοῦντες δεόμενοι τῶν εὐεργετησόντων· κ) τῶν εὐτυχοῦντων, ὡς εὖ ποιή-

IAm & de beato quæri disputariq; solet, Anne ille egeat aliquando amicis: An nunquam? felicibus enim nullaque re egentibus ajunt minimè opus esse amicis, cum suppetant ipsis bona omnia. Porro cum sint semetipsis contenti, amicorum illos præsidio minimè egere. Atqui amici, cum sit alter idem, proprium esse, ea supplere quæ quis à seipso habere non potest. Ex quo illud est factum, 1 a M.M.ij. 7 Eu. c.ij & 12

Cui sunt secunda res, quid amicis ei est opus?

Atqui perabsurdum videtur, beatis tribuere omnia bona, & interim negare amicos eis esse, cum hi sint in bonis externis pars præcipua. Quod si amici proprium est conferre potius in alterum quam ab altero accipere beneficium; Si item viri boni & virtutis benefacere; Si denique pulcrius est benefacere amicis, quam peregrinis; amicis profecto vir bonus egebit. Atque hoc ita esse vel ex illo quoque liquet. Quod quæri etiam solet, Magisne, fortuna adversante, an favente, amicis egeamus: nimirum, quod & in adversitatibus requiruntur, qui nos sublevent? Et vero in rebus secundis desideramus aliquos habere, in quos conferantur officia. 2 3 4 5 6 7

8 Quin & illud absurdum est, Beatum velle solitarium facere. Nemo enim velit vel omnibus bonis affluere, hac condi-
vid. sup. l. 1. c. 7. §. 21. 9 tione, ut solitariè vivat. est enim animal civile homo, naturaque ita factus,
10 ut in societate vivat. Porro beatus bonis affluit. Possidet enim ille cuncta na-
11 turæ bona. Est verò illud quoque perspicuum, melius esse, cum amicis, & viris bonis, quàm cum peregrinis, & forte fortuna oblatis consuetudinem
12 habere. Omnino ergo beato amicis est
13 opus. Quid igitur dicunt priores illi, & quo sensu assertio eorum consistere potest, quæ est, beato amicis non esse
14 opus? An non ita res habet quod cum vulgus eos modo censeat esse amicos, à quibus utilitas exspectatur ac percipitur; isti, quod intelligant, talium amicorum beatum non egere (ut qui bonis abundet) quemadmodum ne illis quidem etiam eget, in quibus voluptas spectatur, aut parum certe eget (tota enim ejus vita cum jucunda sit, non eget ille certe adventitia voluptate) hoc inquam cum intelligant, consequens esse putant, eum, qui talibus non egeat
15 amicis, absolute non egere amicis. At hoc fortasse verum non est; in primo enim libro ostendimus, quod beatitudo sit energia; hæc autem assidue fit, seu nascitur (id est, continua in actione consistit) non autem ut possessio quæ-
16 dam obtinetur. Quod si beatum esse consistit in vivendo, & in muneris fun-
17 ctione; Sique boni viri actio bona & jucunda est per se, (sicut initio dictum
18 est.) Si item jucundum est id, quod cu-
3 Pol. 6. que proprium est, cum quidem illud, quod in altero existit, illo quod

σιν. ἄτοπον δ' ἴσως καὶ τὸ μονότλον ποιεῖν τὸν μακάριον· ἐθέλοις γὰρ ἂν καθ' αὑτὸν τὰ πάντ' ἔχειν ἀγαθά. πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος καὶ συζῆν πεφυκώς· καὶ τῷ εὐδαίμονι δὴ τοῦθ' ὑπάρχει. τὰ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὰ ἔχει· δῆλον δ' ὡς μετὰ φίλων καὶ ἀστείων κρεῖττον, ἢ μετ' ἀθνείων καὶ τῶν τυχόντων συνημερεύειν. δεῖ ἄρα τῷ εὐδαίμονι φίλων. τί οὖν λέγουσιν οἱ πρῶτοι, καὶ πῇ ἀληθεύουσιν; ἢ ὅτι οἱ πολλοὶ φίλους οἴονται τὰς χρησίμους εἶναι, τούτων μὲν οὖν οὐθὲν δεήσει ὁ μακάριος, ἐπεὶ τἀγαθὰ ὑπάρχει αὐτῷ. οὐδὲ δὴ τῶν ἡδέων τὸ ἡδύ, ἢ ὅλως μικρόν· ἡδὺς γὰρ ὁ βίος ἂν οὐθὲν δέοιτο ἐπεισάκτου ἡδονῆς. ὑ δεόμενος δ' τούτων φίλων, ὑ δοκεῖ δεῖσθαι φίλων. τὸ δ', οὕτως ἔστιν ἴσως ἀληθές· οὐ γὰρ ἐν ἀρχῇ γὰρ εἴρηται, ὅτι ἡ εὐδαιμονία, ἐνέργειά τίς ἐστιν· ἡ δ' ἐνέργεια, δῆλον ὅτι γίνεται, καὶ οὐχ ὑπάρχει, ὥσπερ κτῆμά τι. εἰ δ' τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστὶν ἐν τῷ ζῆν καὶ ἐνεργεῖν, τοῦ ἀγαθοῦ δ' ἡ ἐνέργεια σπουδαία καὶ ἡδεῖα καθ' αὑτήν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται· ἔστι δ' καὶ τὸ οἰκεῖον, τῶν ἡδέων θεωρεῖν δ' μᾶλλον τὰς πόλεις ἐνοά-

nostrum

μᾶλλον ἢ ἑαυτὸν, καὶ τὰς ἐκείνων πράξεις, ἢ τὰς οἰκείας· αἱ τῶν σπουδαίων δὲ πράξεις, φίλων ὄντων, ἡδεῖαι τοῖς ἀγαθοῖς· ἄμφω γὰρ ἔχειν τῇ φύσει ἡδέα. ὁ μακάριος δὴ φίλων τινῶν δεήσεται, ὅσῳ θεωρεῖν σπουδαίους πράξεις ἐπιεικεῖς καὶ οἰκείας. τοιαῦται δ' αἱ τῶν ἀγαθῶν, φίλων ὄντων. οἴεσθαι δὲ δεῖν ἡδέως ζῆν τὸν εὐδαίμονα· μονώτῃ μὲν οὖν χαλεπὸς ὁ βίος· οὐ ῥᾴδιον γὰρ καθ' αὑτὸν ἐνεργεῖν συνεχῶς· μεθ' ἑτέρων δὲ καὶ πρὸς ἄλλους ῥᾷον. ἔσται οὖν ἡ ἐνέργεια συνεχεστέρα ἡδεῖα οὖσα καθ' αὑτήν, ὃ δεῖ εἶναι τὸν μακάριον· ὁ γὰρ σπουδαῖος, ᾗ σπουδαῖος, ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι χαίρει, ταῖς δὲ ἀπὸ κακίας δυχεραίνει. καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται, ὁπὸ ἢ τοῖς φαύλοις λυπεῖται. γένοιτο δ' ἂν καὶ ἄσκησίς τις τῆς ἀρετῆς ἐκ τοῦ συζῆν τοῖς ἀγαθοῖς, * καθάπερ καὶ Θέογνίς φησιν. φυσικώτερον δὲ ἐπισκοποῦσιν. ἔοικεν ὁ σπουδαῖος φίλος τῷ σπουδαίῳ, τῇ φύσει αἱρετὸς εἶναι· τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὸν, εἴρηται ὅτι τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὸν καὶ ἡδύ ἐστι καθ' αὑτό· τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται, τοῖς ζώοις, * δυνάμει αἰσθήσεως· ἀνθρώποις δὲ, αἰσθήσεως, ἢ νοήσεως· ἡ

nostrum est, conspectius nobis esse soleat; honestæ item actiones illorum quam nostræ; Denique si actiones honestorum hominum, qui sint ipsis amici, jucundas esse bonis necesse est, (quando utraque pars talium habet, quæ sunt jucunda natura) Beatus sane eget ejusmodi amicis. Quippe cum velit contemplari actiones honestas, & propriας: Et verò cum tales actiones sint boni viri ejusque amici actiones. Ad hæc omnes existimant, Beatum suaviter & jucunde vivere oportere. Solitariam porro vitam viventi difficilis & acerba est vita. non potest enim perpetua esse actio, quam quis exercet ad sese: sed cum aliis, & erga alios facilius ea perpetuatur. erit verò perpetua illa potius energia, quæ per se jucunda est: quod is sanè beato convenit. Vir enim bonus, quâ bonus, delectatur actionibus secundum virtutem, & harum contrariis offenditur, perinde ut Musicus delectatur decente Symphonia, absonis & futilibus cantionibus offenditur. Præterea beato amicis opus est, quia ex assiduo cum bonis convictu exercitatio quædam virtutis existere solet. (in cujus energia consistit beatitudo.) Sed iis, qui in hac disquisitione etiam ex Physicis petitas considerationes adhibent, videtur omnino, bono viro bonus amicus expetendus esse. Dictum enim est, quod natura bonum est, id bono viro per se jucundum, ac bonum esse: Vivere autem (quod in animantibus sentiendi, in hominibus sentiendi aut intelligendi

facultate definitur: facultate quidem ad energiam pertinente; in energiaque consistente vitæ principatu. Denique cum plane videatur vivere esse propriè sentire aut intelligere.) Vivere inquam
29 est aliquid natura bonum. Vivere igitur de numero rerum per se bonarum & jucundarum est. quia finitum ac termi-
30 natum quiddam est. quod autem finitum, id ex ordine bonorum est. Porrò
31 quod natura bonum, etiam viro bono tale existit. quocirca vivere omnibus
32 videtur jucundum esse. non tamen pravam hic vitam intelligimus, aut corru-
33 ptam seu exercitam doloribus. talis enim vita nullis terminis finita est. sicut nec illa, quæ eidem insunt. quod deinceps ex disputatione de voluptate & do-
34 lore erit evidentius. Quod si vivere bo-
35 num est, sanè & jucundum erit. Idq; eo
3 Pol. 4. quoq; apparet, quòd omnes homines vitæ cupiditate ducuntur, maximeq; o-
36 mnium boni & beati viri. his enim maximè vita expetenda est, horumque vi-
37 tæ ratio universa beatissima est. Porrò qui videt, sentit se videre; qui audit, sentit se audire, qui ambulat, sentit se ambulare: atque sic etiam in cæteris aliquid est, quod sentit, nos actione qua-
38 piam fungi. similiterque & sentire etiam possumus, quod sentiamus, item intel-
39 ligere, quod intelligamus. Et hæc ipsa (cum sentimus, inquam, & intelligimus) sunt certè, intelligere nos esse. nam modo ostendebamus, vivere esse
40 sentire aut intelligere. Porro sentire se vivere annumeratur rebus per se ju-
41 cundis. Vita enim bonum est natura, &

δὲ δυάμις, εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀνάγκαι. τὸ δὲ κύριον, ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἔοικε· ἢ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν· τὸ δὲ ζῆν, τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν καὶ ἡδέων· ὡρισμένον γάρ· τὸ δὲ ὡρισμένον, τῆς τάξεως τῶν ἀγαθῶν· τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν, καὶ τῷ σπουδαίῳ. διὸ καὶ ἔοικε πᾶσιν ἡδὺ εἶναι. οὐ δεῖ δὲ λαμβάνειν μοχθηρὸν ζωὴν καὶ διεφθαρμένην, οὐδὲ ὀδυνηράς· ἀόριστον γὰρ ἡ τοιαύτη, καθάπερ καὶ τὰ ὑποδεχόμενα αὐτήν· ἐν τοῖς ἑξῆς δὲ περὶ τῆς λύπης ἔσται φανερώτερον. εἰ δὲ αὐτὸ τὸ ζῆν, ἀγαθὸν καὶ ἡδύ. ἔοικε δὴ καὶ ὑπ' ἅπάντων ὀρέγεσθαι αὐτοῦ, μάλιστα τῶν σπουδαίων καὶ μακαρίων· τούτοις γὰρ ὁ βίος αἱρετώτατος, καὶ ἡ τούτων μακαριωτάτη ζωή· ὁ γὰρ ὁρῶν, ὅτι ὁρᾷ, αἰσθάνεται· καὶ ὁ ἀκούων, ὅτι ἀκούει· καὶ ὁ βαδίζων, ὅτι βαδίζει· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως, ἔστι τι τὸ αἰσθανόμενον, ὅτι ἐνεργοῦμεν. αἰσθανόμεθα δ' ἂν, ὅτι αἰσθανόμεθα· καὶ νοοῦμεν, ὅτι νοοῦμεν. τὸ δ', ὅτι αἰσθανόμεθα, ἢ νοοῦμεν, ὅτι ἐσμέν· τὸ γὰρ εἶναι ἦν τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν· τὸ δ' αἰσθάνεσθαι, ὅτι ζῇ, τῶν ἡδέων καθ' αὑτό· φύσει γὰρ ἀγαθὸν ἡ ζωή.

τὸ δ'

τ' δ' ἀγαθὸν ὑπάρχειν ἑαυτῷ αἱρετὸν, ἡδύ. * αἱρετὸν δὲ τὸ ζῆν, καὶ μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς, ὅτι τὸ εἶναι ἀγαθὸν ὄφελος καὶ ἡδύ· συναισθανόμενοι γὰρ ἐφ' αὑτῷ ἀγαθῷ ἥδονται. ὡς δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ σπουδαῖος, καὶ πρὸς τὸν φίλον· ἕτερος γὰρ αὐτὸς, ὁ φίλος ὄφελος καθάπερ αὐτὸ τὸ αὐτὸν εἶναι, αἱρετὸν ὄφελος ἑκάστῳ, ὅπερ καὶ τὸ τοῦ φίλου, ἢ σχεδὸν πλησίως. τὸ δ' εἶναι, διὰ αἱρετὸν, διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτοῦ ἀγαθοῦ ὄντος· ἡ δὲ τοιαύτη αἴσθησις ἡδεῖαν καθ' αὑτήν. συναισθάνεσθαι ἄρα δεῖ καὶ τοῦ φίλου ὅτι ἔστι. ἔσται δὲ γίνοιτ' ἂν ἐν τῷ συζῆν, καὶ ποιητέον λέγομεν τὰς διανοίας. οὕτω γὰρ ἂν δόξειε τὸ συζῆν ὄφελος τοῦ ἀνθρώπου λέγεσθαι, καὶ ἔχ τῶν ἐστι ὄφελος τοῦ βοσκημάτων, τὸ ἐν τῷ αὐτῷ νέμεσθαι· εἰ δὲ τοῦτο μακαρίου τὸ εἶναι αἱρετὸν ὄφελος καθ' αὑτὸ, ἀγαθὸν τῇ φύσει ὂν καὶ ἡδύ· σχεδὸν πλήσιον ἢ καὶ τὸ τοῦ φίλου ὄφελος. καὶ ὁ φίλος, τῶν αἱρετῶν ἂν εἴη. ὃ δὲ δεῖ αὐτῷ αἱρετὸν, τοῦτο δεῖ ὑπάρχειν αὐτῷ. ἢ ταύτῃ ἐνδεὴς ἔσται· δεήσει ἄρα τῷ εὐδαιμονήσοντι φίλων σπουδαίων.

sentire quod nobis insit bonum est jucundum. Iam ipsum vivere optabile est, maximè bonis. quoniam ipsum esse talibus est & bonum & jucundum. Quippe cum ipsi boni etiam sensu percipiunt id, quod per se bonum est, voluptate perfunduntur. Vt autem vir bonus erga seipsum, ita etiam erga amicum affectus est. quia hic alter ipse est. Itaque ut unicuilibet expetendum est, ipsum existere, ita & amicisse esse, eidem est expetendum, aut non multò certè aliter. Suum autem esse, cuique optabile dicebamus esse, quia id sentiat esse bonum. cujusmodi sensus magna voluptate per se afficit. Igitur una secum sentire oportet amicum existere. quod contingit in societate vitæ, & sermonum atque cogitationum communicatione. sic enim societatem & convictum hominibus proprium definiri debere videtur: non, ut in pecudibus, pascuorum & pabuli communitate. Si igitur viro beato expetendum per se est, ut sit: cum id sit bonum, atque jucundum natura, sique idem ipsi est de amico sentiendum: profectò amicus ipsi in rebus expetendis erit habendus. Porrò quod beato expetendum est, idipsum ut eidem etiam suppetat oportet. Alioqui ab hac parte indigentia laborabit. Concludimus igitur, qui beatus futurus sit, ei amicis opus esse virtute præditis.

CAPVT X.

De numero Amicorum.

Ἆρ' οὖν ὡς πλείστους φίλους πρακτέον, ἢ καθάπερ ὄφελος

NVnquid igitur quam plurimi amici nobis adsciscendi sunt? An illud, quod

1 M.M.16. 1 Rhe. 5.

quod est in hospitalitate apte dictum, etiam in amicitia valere debet:

Ne sis multorum, ne sis quoque nullius hospes?

2 Respondetur, quod de amicitia utilitatis gratia instituta, verissimum hoc esse dictu, neque inopem oportere ab amicis esse, neque item nimium illis abun-
3 dare. multis namque vicissim deservire difficile ac laboriosum est: neque muneri ei vitæ nostræ rationes sufficiunt.
4 Plures igitur quàm conditio cujusque admittit amici, supervacanei sunt, &
5 beatæ vitæ cursum impediunt. Tum etjam in iis amicitiis, quæ voluptatis causa quæruntur, pauci sufficiunt amici, sicut cibo modicum sufficit condimen-
6 tum. Sed de viris bonis quæritur, utrumne hos quam plurimos in amicitiam assumi oporteat; an verò ut civitatis, ita & amicorum numero modus a-
7 liquis ponendus sit. Nam neque ex decem hominibus constare possit civitas, neque centum hominum millia civitas
8 etiam adhuc fuerint. Cæterum quantitas definiri certa fortasse non potest, nec est hoc unius, sed est illud univer-
9 sum, quod inter aliqua definita inter-
10 jectum est. Atque etiam amicorum est aliqua definita copia. Ac fortasse maximus numerus fuerint ii, cum quibus commode convictum habere quispiam
11 potest. Convictus namque amicitiæ maximè proprius esse suprà docebatur.
12 Porrò ut cum multis quispiam vivat, & iis sese impertiat, id fieri non posse per-
13 spicuum est. Præterea illos ipsos inter se quoque amicos esse necesse est, siqui-

7 Eu. c. 11.

τῆς ξενίας ἠμελῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, τὸ,

Μήτε πολύξεινος, μητ' ἄξεινος;

καὶ ὅτι τῆς φιλίας ἁρμόττει μήτ' ἄφιλον εἶναι, μήτ' αὖ πολύφιλον καθ' ὑπερβολήν. τῆς μὲν δὴ πρὸς χρῆσιν, καὶ πάνυ δόξειεν ἂν ἁρμόζειν τὸ λεχθέν. πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν ἐπίπονον, καὶ οὐκ ἱκανὸς ὁ βίος ἅπασι τοῦτο πράττειν, οἷς πλείους δὴ τοῦ πρὸς τὸν οἰκεῖον βίον ἱκανῶν ἐμποδίζει καὶ ἐμπόδιος πρὸς τὸ καλῶς ζῆν. ἀφετέον οὖν δὴ τούτων. καὶ οἱ πρὸς ἡδονὴν δέ, δόξειεν ὀλίγοι, καθάπερ ὀ τῇ τρυφῇ τὸ ἥδυσμα. τοὺς δὲ σπουδαίους, πότερον πλείστους κατ' ἀριθμόν, ἢ ἕως τινὸς μέτρου καὶ φιλικοῦ πλήθους, ὥσπερ πόλεως· ἔστι γὰρ οὐκ ἐπὶ δέκα ἀνθρώπων ἡ πόλις, οὐδ' ἐὰν ἐπὶ μυρίοις ἐστὶν ἡ πόλις δῆλον· τὸ δὲ πόσον οὐκ ἔστιν ἴσως ἕν τι, ἀλλὰ πᾶν τὸ μεταξύ τινων ὡρισμένων. καὶ φίλων δὴ ἔστι τι πλῆθος ὡρισμένων. καὶ ἴσως οἱ πλεῖστοι, μεθ' ὧν δυνατὸς τις συζῆν· τοῦτο γὰρ ἐδόκει φιλικώτατον εἶναι. ὅτι δ' οὐκ οἷόν τε πολλοῖς συζῆν καὶ διαιρεῖσθαι αὐτὸν, οὐκ ἄδηλον. ἔτι δὲ, καὶ καθ' αὑτοὺς δεῖ ἀλλήλους φίλους εἶναι, εἰ μάλ-

οἱ μέλλουσι πάντες μετ' ἀλλήλων συνημερεύειν, ἔστω ἢ ἐργῶδες ἐν πολλοῖς ὑπάρχειν. χαλεπὸν δὲ γέλασαι καὶ τὸ συγχαίρειν καὶ τὸ συναλγεῖν οἰκείως πολλοῖς· εἰκὸς γὰρ συμπίπτειν ἅμα, τῷ μὲν, συνήδεσθαι, τῷ δὲ, συνάχθεσθαι. ἴσως οὖν εὖ ἔχει, μὴ ζητεῖν ὡς πολυφιλούντθαι εἶναι, ἀλλὰ τοσούτους, ὅσοι εἰς τὸ συζῆν ἱκανοί· ἐδὲ γὰρ ἐνδέχεσθαι δέξασθαι ἂν πολλοῖς εἶναι φίλον σφόδρα· δηλοῦσθαι δὲ ἐοικεν οὐδὲ ἐφ' ἑαυτῶν πλειόνων· ὑπερβολὴ γάρ τις εἶναι βούλεται φιλίας· τοῦτο δὴ πρὸς ἕνα· καὶ τὸ σφόδρα δὴ πρὸς ὀλίγους· ὅτῳ δ' ἔοικεν ἔχειν καὶ δεῖ τῶν πραγμάτων ἐγγενέσθαι γὰρ φίλοι πολλοὶ καὶ τὴν ὑπερβολὴν φιλίαν· αἱ δ' ὑμώνυμοι, ἐν ἐνσὶ λέγονται· οἱ δ' πολύφιλοι, καὶ πᾶσιν οἰκείως ἀπηγχάνοντες, οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι, πλὴν πολιτικῶς, ὡς καὶ καλοῦσιν ἀρέσκους. πολιτικῶς μὲν οὖν ἔστι πολλοῖς εἶναι φίλον καὶ μὴ ἄρεσκον ὄντα, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ἐπιεικῆ. δι' ἀρετὴν δὲ καὶ δι' αὐτὸν, οὐκ ἔστι πρὸς πολλοὺς· ἀγαπητὸν ἢ καὶ ὀλίγους εὑρεῖν τοιούτους.

dem usu & consuetudine vitæ cum altero illo conjungi debent. hoc autem in multis inveniri operosum est: Est & illud perdifficile, ut cum multis & condoleas, & læteris, ad cujusque affectum accommodatè. Etenim subinde coincidet, ut dolendum sit cum uno, lætandum cum altero amicorum. Fortasse igitur rectum est, nolle implicari complurium amicitia, sed tot amicos adscisscere, quot ad vitæ societatem videntur nobis esse commodi. Etenim nec natura ferre videtur, ut quispiam multis fiat excellenter amicus. (unde nec amor quidem etiam esse potest plurium.) Etenim in eo genere, quo de hic agimus, videtur spectari excellentia quædam amicitiæ. At excellentia tantum in uno spectatur. Ergo etiam vehementer amare tantum inter paucos locum habet. Atque hanc assertionem nostram etiam res ipsa comprobat. non enim multos reperias sodalitia illa amicitia conjunctos: Et quæ hujus generis vulgo celebratæ sunt, binorum sunt omnes: Qui verò multis sunt amici omnibusque familiariter utuntur nulli videntur amici esse, præter quàm civili more, vocanturque blandi, seu placendi studiosi. Civili sanè modo potest quispiam multis esse amicus, ita ut vitiosè blandus non sit, sed præstet se virum bonum & honestum; At virtutis nomine propterque ipsos ut quis multos amet. id plane fieri nequit; ac præclare rem cecidisse putandum est, si vel paucos tali amore dignos nacti fuerimus.

CAPVT XI.

Vtra in fortuna Amicos maximè desideremus.

VTrumnam vero in rebus secundis potius, an in adversis egemus amicis? Vtroque enim tempore requiruntur. Et infelices enim egent amicis auxilii causa: Et felices item, ut habeant convictores, & quibus benefaciant. Proprium enim horum est benefacere. Itaque adverso quidem tempore magis sunt necessarii amici: ideoque hic utilibus amicis opus est. Cæterum rebus secundis honestior est eorundem possessio. Ex quo illud est, quod amici quæruntur boni viri: quod expetibilius sit talibus benefacere, & cum iis conjunctum esse. Est scilicet ipsa præsentia amicorum tam in secunda, quam in adversa fortuna suavis. Etenim mœrentes alevantur amicorum condolentia. Ex quo etiam addubitari queat, utrumne amici quasi oneris aliquam partem in sese derivent: An vero nihil hujus: sed ipsa potius præsentia, suavis existens, & persuasio, quod condolere eos putamus, minuat dolorem? Sed num propter has, an ob alias causas dolore leventur tales, omittatur in præsentia: cæterum rem ipsam evenire experientia docet. Videtur autem amicorum præsentia mixtum aliquid esse. Etenim ipse quidem illorum conspectus (præsertim calamitoso) jucundus est, existitque inde levatio quædam doloris. ineest enim amico vis quædam consolan-

Πότερον δὲ ἐν εὐτυχίαις φίλων μᾶλλον δεῖ, ἢ ἐν ἀτυχίαις; ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐπιζητοῦνται· οἵ τε γὰρ ἀτυχοῦντες, δέονται ἐπικουρίας, οἵ τ' εὐτυχοῦντες, συμβίων, καὶ ὧς εὖ ποιήσουσι· βέλτιον γὰρ εὖ ἐρᾶν. ἀναγκαιότερον μὲν δὴ ἐν ταῖς ἀτυχίαις. διὸ τῶν χρησίμων ἐνδεῖσθαι δεῖ. κάλλιον δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις· διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσι. τούτους γὰρ αἱρετώτερον εὐεργετεῖν, καὶ μετ' τούτων διάγειν· * ἔστι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ τῶν φίλων ἡδεῖα, καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις, καὶ ἀτυχίαις· κουφίζοιεν γὰρ ἂν λυπούμενοι, συναλγοῦντων τῶν φίλων· διὸ καὶ ἀπορήσειέ τις, πότερον ὥσπερ βάρος μεταλαμβάνουσι, ἢ τοῦτο μέν, ὅτι ἡ παρουσία δι' αὐτῶν, ἡδεῖα ἐστι, καὶ ἡ ἔννοια ἡ συναλγεῖν ἐλάττω τὰν λύπην ποιεῖ. εἰ μὲν οὖν διὰ ταῦτα, ἢ διὰ ἄλλό τι κουφίζονται, ἀφείσθω· συμβαίνει δ' οὖν, φαίνεται τὸ λεχθέν. ἔοικε δὲ ἡ παρουσία μικτή τις αὐτῶν εἶναι. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ὁρᾶν τοὺς φίλους, ἡδύ, ἄλλως καὶ ἀτυχοῦσιν. καὶ παραμυθητικὸν γὰρ ὁ φίλος ᾧ τῇ

παρουσία πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι.

τῇ ὄψει, καὶ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ
ἐπιδέξιος· οἶδε γὰρ τὸ ἦθος
καὶ ἐφ' οἷς ἥδεται καὶ λυπεῖται.
τὸ δὲ λυπούμενον αἰσθάνεσθαι ἐπὶ
ταῖς αὐτοῦ ἀτυχίαις, λυπηρόν·
πᾶς γὰρ φεύγει λύπης αἴτιον
εἶναι τοῖς φίλοις. διόπερ οἱ μὲν
ἀνδρώδεις τῇ φύσει, σύνεσιν ἔχουσι
συλλυπεῖσθαι τοῖς
φίλοις αὐτοῖς. καὶ μὴ ὑπερβολὴν
τῇ ἀλυπίᾳ τοῦ ἑτέρου ὁμοιοπαθῶν λύπαν,
ἐκ ὑπομένει.
ὅλως τε σωθρόνων ἐ θρηνητικὸν
εἶναι, ἀλλ' τὸ μηδ' αὐτὸς εἶναι
θρηνητικός. γυναῖα δὲ καὶ οἱ
τοῦτο ἄνδρες, τοῖς συνηδέσι
χαίρουσι, καὶ φιλοῦσιν ὡς φίλους
καὶ συναλγοῦντας. μιμεῖσθαι
δ' ἐν ἅπασι δεῖ, δηλονότι τὸν
βελτίω· ἢ δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις
τοῖς φίλων παρουσία, τῷ τὸ
ἀναγωγὸν ἡδὺ ἔχειν, καὶ τῷ
εὔνοιαν, ὅτι ἥδονται ἐπὶ τοῖς
αὐτοῦ ἀγαθοῖς, διὸ δόξειεν ἂν
δεῖν, ὡς ἐμοὶ πρὸς εὐτυχίας καλεῖν
τοὺς φίλους προθύμως· εὐεργετικὸν γὰρ εἶναι, καλόν· εἰς δὲ
τὰς ἀτυχίας, ἐκουσίως· μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν
κακῶν. ὅθεν τὸ,

Ἄλλοις ἐγὼ δυσχῶν.

μάλιστα δὲ προσκλητέον, ὅταν
μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες,
μεγάλα αὐτὸν ὠφελήσειν· ἴσον
δὲ ἀνάπαλιν ἴσως ἀξιοῦσι,

di tum aspectu tum sermone, qui quidem fuerit accommodatus. novit namque talis amicus ingenium alterius, & scit, quibus gaudeat, & quibus contristetur: Rursum autem eundem molestia affectum sentire ex tuis rebus adversis, id vero ægritudinem affert. Omnis porro amicus cavet, ne amico causam dolendi præbeat. Itaque fortes quidem & magnanimi natura viri nolunt committere, ut ipsis amici condoleant, neque fert amicum hujusmodi aliquis, nisi is potest talem se præbere, qui indolentia sua longo intervallo superet dolorem prioris. In summa collacrimantes non admittit vir talis, quia nec ipse est querulus aut lamentator. At vero mulierculæ, & his similiter affecti viri, quærunt lamentorum socios. porrò omnibus in rebus meliorem imitari scilicet æquum est. Iam porro in rebus prosperis præsentia amicorum tum consuetudinem habet jucunditatis plenam, tum etiam cogitationem: nimirum cum utrique iisdem bonis suaviter afficiantur. Quocirca faciendum videtur, ut advocemus amicos studiose ad res secundas (de aliis etenim bene mereri res pulcra est) contrà vero ad minus secundas lente. quia malorum participem facere amicum quam minime oportet. Ex quo illud factum:

Satis est me esse miserum.

Atque accersendi sunt tum potissimum, cum quo possunt parva fuscepta molestia maximis amicum incommodis liberare. At vero accessus ad amicos nostri contraria est ratio: ad infelices scilicet

ultro eundum est, neque dum voceris
24 exspectandum. Amici enim est benefacere, & maxime duris amicorum temporibus. Atque iis etiam, qui id minime postularint. utrisque enim hoc &
25 honestius & jucundius est. At vero ad res amicorum secundas, adjutorii quidem gratia promtè eundum est: huic enim rei usui sunt amici. At verò ad beneficij participationem, est non nisi lente accedendum. Non enim honestum est,
26 cupidum esse beneficii accipiendi: Est tamen & hic fortasse suspicio acerbitatis fugienda, in repudiando inquam oblato beneficio: qua in re nonnunquam
27 peccari consuevit. præsentia igitur amicorum quolibet tempore expetenda est.

πρὸς μὲν τὰς ἀτυχοῦντας, ἕτοιμος εἶναι καὶ προθύμως· φίλου γὰρ εὖ ποιεῖν, καὶ μᾶλλον τοὺς ἐν χρείᾳ, καὶ τὸν μὴ αἰτήσαντα· ἀμφοῖν γὰρ κάλλιον καὶ ἥδιον· εἰς δὲ τὰς εὐτυχίας, συνεργοῦντα μὲν, προθύμως· καὶ γὰρ ἐν ταῖς χρείαις φίλοι· πρὸς εὐπάθειαν δὲ, χολαίνοντα. οὐ γὰρ καλὸν τὸ προθυμεῖσθαι ἀφελεῖσθαι. δόξειε δ' ἀνδρὸς εἶναι τὸ διωθεῖσθαι ἴσως εὐλαβητέον. ἐνίοτε γὰρ συμβαίνει. ἡ παρουσία δὲ τῶν φίλων ἐν ἅπασιν αἱρετὴ φαίνεται.

CAPVT XII.

De præcipuo munere Amicorum sive bonorum sive Improborum.

7 Eud. 6. & 12. 1 NVmnam autem amicitia conversationem & convictum requirit? perinde ut amantibus rei amatæ aspectus est jucundissimus cæterisque sensibus anteponitur, utpote ex quo constet ori-
3 aturque maxime amor; ut scilicet quemadmodum his aspectus amasij, sic etiam amicis vitæ societas optabilissima sit. Amicitia quippe societas quæ-
4 dam est: & sicut erga seipsum animatus quispiam est, ita etiam est erga amicum.
5 de seipso autem sentire se esse, amabile
6 est. proindeque & de amico. Sensio porro illa consistit in vitæ societate.
7 Merito igitur illa gaudent amici. Ad

Ἆρ' οὖν ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητόν ἐστιν, ἢ καὶ μᾶλλον αἱροῦνται διὰ τοῦτο τὴν αἴσθησιν, ἢ τὰς ἄλλας, ἐν ᾧ ταύτην μάλιστα τοῦ ἔρωτός ἐστιν· καὶ γνωριζόμενοι ὅτι τοῖς φίλοις αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν. κοινωνία γὰρ ἡ φιλία. καὶ ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἔχει, οὕτω καὶ πρὸς τὸν φίλον. ἐκ δὲ τούτου δὴ ἡ αἴσθησις ὅτι ἐστὶν, αἱρετή· καὶ ἐκ τοῦ φίλου δή. ἡ δὲ ἐνέργεια γίνεται αὐτοῖς ἐν τῷ συζῆν· οὗ εἰκότως τούτου ἐφίενται. * ἡ

ὃ πε-

ἢ τοῦτ' ἔστιν ἑκάστοις τὸ εἶναι, ἢ ἕνεκά γε αἱρετῶν τὸ ζῆν· ἐν τούτῳ δὲ τῷ τῶν φίλων θέλουσι μάλιστα μετ' ἀλλήλων διάγειν· οἱ μὲν, συμπίνουσιν· οἱ δὲ, συγκυβεύουσιν· ἄλλοι δὲ καὶ συγγυμνάζονται καὶ συγκυνηγετοῦσιν, ἢ συμφιλοσοφοῦσιν· ἕκαστοι δ' ἐν τούτῳ συμπαρεύονται, ἃ τί περ μάλιστα ἀγαπῶσι τὸν ἐν τῷ βίῳ συζῆν· γὰρ βιλόμενοι μετὰ τῶν φίλων, τοῦτα ποιοῦσι, καὶ τούτων κοινωνοῦσι, οἷς οἴονται συζῆν. γίνεται δὴ κἀνταῦθα, ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία, μοχθηρά· κοινωνοῦσι γὰρ φαύλων, ἀβέβαιοι ὄντες. καὶ μοχθηροὶ δὲ γίνονται, ὁμοιούμενοι ἀλλήλοις· ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν, ἐπιεικὴς, συναυξανομένη ταῖς ὁμιλίαις. δοκοῦσι δὲ καὶ βελτίονες γίνεσθαι ἐνεργοῦντες, καὶ διορθοῦντες ἀλλήλους· ἀπομάττονται γὰρ παρ' ἀλλήλων, οἷς χρῶνται· ὅθεν τὸ,

ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ', ἐσθλά.

hæc quacunque in re cuique sunum esse, & sunum vivere situm est, seu cujus rei gratia exoptat quis vivere, in ea re vult cum amicis vitam traducere, quocirca alii unà potant, alii unà ludunt, alii unà exercentur, aut unà venantur, aut philosophantur, his in rebus tempus unà exigentes, quas res præ omnibus in vita rebus maximè adamarunt. Amicis enim conjuncti esse volentes hæc faciunt, illarumque rerum eis participant, quibus contineri putant illud *una vivere*. Malorum quidem igitur amicitia est vitiosa; malas enim res invicem communicant, cum & ipsi sint instabiles: corrumpunturque insuper, dum similes invicem fiunt. contra verò, Bonorum amicitia bona est, aucta indies conversationibus: videnturque etiam ipsi meliores indies fieri, agendo nimirum operandoque, & mutuo errata corrigendo. Exprimit enim ac deformat sibi quisque eorum ab altero, quæ in eo probat. Vnde illud factum:

Namque bona addisces ex his, qui sunt boni & ipsi.

De amicitia tantum dictum sit, sequitur ut de voluptate dicamus.

περὶ μὲν οὖν φιλίας, ὅσα ἔχομεν εἰρῆσθαι· ἐπόμενον δ' ἂν εἴη διελθεῖν περὶ ἡδονῆς.

ARISTOTELIS ETHICORUM Nicomachiorum Lib. X.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ Νικομαχείων τὸ Κ.

CAPVT I.

De Voluptate.

2 M.M. 7. 1
3 Rhet. 10. f. & c. 11.

DEHINC fortasse de voluptate ut dicamus ordo postulat. maximè namque hæc naturæ hominis propria esse videtur. ideoque puerorum informatores, voluptatis & doloris veluti gubernaculo ad officium eos adducunt. Videtur verò etiam ad moralem virtutem plurimum referre, ut & gaudeant rebus iis, quibus oportet gaudere; & oderint ea, quæ odisse oportet. duo enim hæc per totam vitam, extenduntur, momentum præcipuum habentia ad virtutem, adeoq; ad vitam beatam. quandoquidem omnes jucunda sequuntur, fugiuntque contraria. ejusmodi porrò quæ sunt, de iis minimè videtur tacendum: præsertim, cum de eorundem natura opiniones varient. Quidam enim voluptatem bonum dicunt; nonnulli contra magnum malum eam asserunt esse, atque id quidem partim eorum quod fortasse verè ita se rem habere existimant: partim verò quod utilius ad bene vivendi rationem esse existimant, repudiare voluptatem, ac in numero malorum eam habere, etiamsi malum ipsa non sit. Vltro enim ad eam ferri homines plerosque omnes, eique

ΜΕΤΑ δὲ ταῦτα περὶ ἡδονῆς ἴσως ἐπὶ διελθεῖν μάλιστα δοκεῖ σαφηνιεῖσθαι τὸ ἦθος ἡμῶν. δύο παιδεύουσι τοὺς νέους, οἰακίζοντες τὴν δυσὶ καὶ λύπῃ. δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν τὸ ἦθος δεῖσθαι μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ, καὶ μισεῖν ἃ δεῖ. διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου, ῥοπὴν ἔχοντα καὶ δυνάμεως πρὸς ἀρετήν τε καὶ τὸν εὐδαίμονα βίον· τὰ μὲν γὰρ ἡδέα προαιροῦνται, τὰ δὲ λυπηρὰ φεύγουσιν. ἐπεὶ δὲ τοιαῦτα, ἴσως ἂν δόξειε περιεῖναι ἄλογα τὰ περὶ αὐτὰ ἔχοντα ἀμφισβήτησιν. οἱ μὲν γὰρ τἀγαθὸν, ἡδονὴν λέγουσιν· οἱ δὲ, ἐξ ἐναντίας, κακὸν φασίν. οἱ μὲν, ἴσως πεπεισμένοι ὅτω καὶ ἔχειν· οἱ δὲ εἰδότες βέλτιον εἶναι πρὸς τὸν βίον ἡμῶν, λοιδοφαίνειν τὴν ἡδονὴν τὴν φαύλων, καὶ εἰ μὴ ἔστι· ῥᾴστην χάριν τοὺς πολλοὺς πρὸς αὐτὴν καὶ δου-

λεύειν

λεύειν ταῖς ἡδοναῖς. διὸ δεῖν εἰς τοὐναντίον ἀνάγειν· ἐλθεῖν γὰρ ἂν οὕτως οὗ τὸ μέσον μάλιστα ἢ ὡς καλῶς τοῦτο λέγεται. οἱ γὰρ περὶ τὰ ἐν τοῖς παθεσι καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι, ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων. ὅταν οὖν ἀλλοφωνῶσι τοῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν, καταφρονούμενοι καὶ ταληθὲς παραπαίουσιν· ὁ γὰρ ψέγων τὴν ἡδονὴν, ὁποτὲ μὲν ὡς φαύλην ἐφίεται αὐτῆς, δοκεῖ δὲ πολλάκις δοκεῖ πρὸς αὐτὴν, ὡς τι τοιοῦτον ὂν οἷον ἄπασιν. τὸ διορίζειν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν· ἐοίκασιν οὖν οἱ ἀληθῆ τὸν λόγον, ἃ μόνον πρὸς τὸ εἰδέναι χρησιμώτατα εἶναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν βίον· συμφωνοῦντες γὰρ τοῖς ἔργοις, πιστεύονται, διὸ προτρέπονται τοὺς ξυνιέντας ζῆν κατ' αὐτούς. τὸν μὲν οὖν τοιοῦτον ἄλις, τὰ δὲ εἰρημένα περὶ τῆς ἡδονῆς ἐπιλθωμεν.

servire. ideoque oportere ipsos in contrarium reflecti. Sic enim solere, quæ incurvata sunt, rectificari & ad mediocritatis statum redigi. Sed fortasse non 10
satis rectè ob id asseritur, voluptatem esse malum. Nam quod attinet ad per- 11
suadendum hominibus ea, quæ sunt in affectibus, & actionibus, multo minus valet oratio quàm ipsi eventus atque res ipsæ. Itaque cum usurpata dehis oratio 12
diserepat ab opere sensibus comperto, primum ipsa ut falsa repudiatur; deinde si quid etiam veri complectebatur, id una evertitur. Reprehendens enim vo- 13
luptatem. si forsan contrà quam docuerat, eandem appetere videatur, facere id existimabitur eo, quia ostendat, omnem voluptatem alius esse modi, quam docendo ipse statuerat. vulgus 14
